Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
1
24 G
19

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA DIPLOMATICA

FRIDERICI SECUNDI

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUÆ SUPERSUNT
ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPARUM ET DOCUMENTA VARIA.

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT
ET NOTIS ILLUSTRAVIT

J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES,

IN ARCHIVO CAESAREO PARISIENSI ARCHIVARIUS.

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

H. DE ALBERTIS DE LUYNES,

UNIUS EX ACADEMIAE INSCRIPTIONUM SOCIIS.

TOMUS V.

PARS I.

PARISIIS

EXCUDEBAT HENRICUS PLON,

8, VIA DICTA GARANCIÈRE.

MDCCCLVII

1. 241. G. 9

FRIDERICI SECUNDI

ROMANORUM IMPERATORIS, JERUSALEM
ET SICILIAE REGIS

HISTORIA DIPLOMATICA.

Digitized by Google

HISTORIA DIPLOMATICA

FRIDERICI SECUNDI

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUÆ SUPERSUNT ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPARUM ET DOCUMENTA VARIA.

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT

J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES,

IN ARCHIVO CAESAREO PARISIENSI ARCHIVARIUS.

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

H. DE ALBERTIS DE LUYNES,

UNIUS EX ACADEMIAE INSCRIPTIONUM SOCIIS.

TOMUS V.

PARS I.

PARISIIS

EXCUDEBAT HENRICUS PLON,

8, VIA DICTA GARANCIÈRE.

MDCCCLVII

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIAE DIPLOMATICAE

PARS SEXTA.

A MENSE JANUARIO 1237 AD MENSEM AUGUSTUM 1241.



Sigillum Cunradi, imperatoris Friderici filii, Romanorum in regem electi et Jerusalem haeredis.

TOMI QUINTI PARS PRIMA.

Digitized by Google

FRIDERICI SECUNDI

ROMANORUM IMPERATORIS, JERUSALEM
ET SICILIAE REGIS

HISTORIA DIPLOMATICA.

ANNO 1237. — INDICTIONE 10.

Fridericus, Romanorum imperator, universis mutariis et thelonariis in Styria constitutis mandat ut praepositi Seccoviensis et ecclesiae ejus res deportari libere et sine ulla exactione permittant, sicut temporibus ducis Liupoldi usi fuerunt. Apud Gretze, 3 januarii.

(Edit. ap. Pusch et Froelich, *Diplomat. Styriae, docum. Seccov.*, p. 207.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis mutariis et theloniariis in Styria constitutis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Supplicavit celsitudini nostre venerabilis prepositus Seccoviensis fidelis noster ut sibi et ecclesie sue consuetudines approbatas, videlicet de portandis rebus ecclesie sue per Styriam libere et sine aliqua theolonii exactione, sicut usi sunt temporibus ducis Leopoldi pie memorie et predecessorum suorum, confirmare dignaremur. Cum igitur omnes fideles nostros et precipue personas ecclesiasticas et loca religiosa velimus in suis juribus et approbatis consuetudinibus conservari, suis justis precibus annuentes, fidelitati vestre mandamus precipiendo firmiter et districte quatenus res suas et ecclesie

Digitized by Google

suo libere deportari per Styriam siue omui exactione theloaei permittatis, etc. (*sic*).

Datum apud Gretze, tertio januarii, decima indictione.

Apud Graeze, 3 januarii.

Fridericus, Romanorum imperator, Alberoni de Polheim mandat ut Rupertum de Ense coerceat ad restituendos ecclesiae Seckoviensi census quos ab ista jam a duobus annis extorsit et ad abstinendum de caetero omni calumnia sive damno in eamdem ecclesiam illato.

(Memorat. ap. MUCHAR, *Gesch. des Herzogth. Steiermark*, t. V, p. 150-151 et not. 1, ex Johann. urkund.)

Datum apud Graeze, tertia januarii, decima indictioue.

Apud Wiennam, januario.

Fridericus, Romanorum imperator, universis fidelibus suis mandat ne abbatissam et conventum de Erla in antiquis et approbatis earum consuetudinibus molestare praesumant.

(Edider. B. PEZ et P. HUEBER, *Codic. diplomat. histor. epist.*, pars II, p. 90, n° CLII.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis presentes litteras iuspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Supplicaruut celsitudiui uostre venerabilis abbatissa et conventus de Erla fideles uostre ut ejus antiquas et approbatas consuetudines ecclesie sue, videlicet ut advocatia ipsius ecclesie uti debeant annuatim, jus quod de more debetur nostre curie persolvendo, et ut res et victualia ecclesie libere et sine aliqua telouei exactione per Aus-

triam faciant deportari, sicut use sunt temporibus quondam ducis Lupoldi dilecti principis nostri, observare de nostra gratia dignaremur. Cum igitur omnes fideles nostros et precipue personas Deo dicatas velimus in suis juribus ac approbatis consuetudinibus observari, suis justis precibus annuentes, universitati vestre precipimus et mandamus quatenus prememoratam abbatissam et conventum fideles nostras tam in advocatia quam in rebus victualibus ecclesie sue deportandis, sicut temporibus dicti quondam ducis Lupoldi dilecti principis nostri bone memorie consueverunt, molestare nullatenus presumatis. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad hujus itaque rei memoriam et robur eis in posterum valiturum presens scriptum fieri jussimus sigillo nostro munitum.

Datum apud Wyennam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense januarii, decime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, abbatem de Chotwic (Gotwich) in Austria cum monasterio ejus sub suam et imperii protectionem recipit, mandans ut nullus sit qui illum in bonis et juribus molestare praesumat. Apud Viennam, januario

(Edit. in *Chronic. Gotwicens.*, tom. I, lib. II, cap. 17, p. 421, ex fac-simile super originale deprompto. Sigilli forma insimul exhibetur.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos venerabilem abbatem de Chotwic fidelem nostrum, monasterium ipsum, personas ibidem Domino famulantes cum bonis et juribus suis que juste tenent et possident et in antea justo acquisitionis titulo poterunt adipisci, divine remunerationis intuitu quo personas Deo dicatas respicimus, sub nostram et imperii

Digitized by Google

protectionem recepimus specialem, mandantes et precipientes universitati vestre firmiter et districte quatenus nullus sit qui dictum abbatem cum suo monasterio et personis ibidem Deo famulantibus pro bonis et juribus suis que rationabiliter possidet, contra hujus protectionis nostre munimen (*a*) aliquatenus molestare [presumat]. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incurrisse. Ad hujus itaque protectionis nostre memoriam et robur in posterum valiturum, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre fecimus communiri.

Datum apud Wyennam, anno Domini millesimo ducentesimo trecesimo septimo, mense januarii, decime indictionis.

Apud Viennam, januario.

Fridericus, Romanorum imperator, conventum de Lambach cum bonis et juribus quae tenent aut justo titulo adipisci poterunt, sub sua et imperii speciali protectione recipit.

(Edid. Fr. Kurz, *Beytrage zur Geschichte des Landes Oesterreich ob der Enns*, t. II, p. 454, nº XIV, ex autographo, unde sigillum pendebat.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis quod nos divine remunerationis intuitu quo personas Deo dicatas respicimus, venerabilem abbatem monasterii de Lambach fidelem nostrum, monasterium ipsum, personas ibidem Domino famulantes cum bonis et juribus suis que juste tenent et possident et in antea justo acquisitionis titulo poterunt adipisci, sub nostra et imperii speciali recepimus protectione, mandantes et precipientes firmiter et districte quatenus nullus sit qui dictum abbatem, monasterium et personas ibidem Deo famulantes in bonis et juribus suis que rationabiliter possident contra hujus protectionis

(*a*) Amanuensis aut incisoris oscitantia legitur *in noiem* pro *munimen, paginam,* sive aliquo verbo hujus modi.

nostre tenorem presumat aliquatenus molestare. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ad hujus rei memoriam et robur in posterum valiturum, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum apud Wyennam, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense januarii, decime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, mandat mutariis suis apud Danubium constitutis ut libertatem a vectigalibus vini et victualium monasterio de Alderspach a duce Leupoldo indultam et a se approbatam, ipsi juxta formam privilegii conservent. Apud Viennam, 24 januarii.

(Edit. in Hund, *Metrop.*, II, 66. — Et ap. *Monum. Boica*, V, 373, n° 19. Correctius quoque ibidem, tom. XXXI, pars I^{a}, p. 566, ex antiquiore libro cop. Aldersb. circa ann. 1326 conscripto.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis mutariis suis apud Danubium constitutis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Ex parte venerabilis abbatis et conventus de Alderspach fidelium nostrorum nostro fuit culmini humiliter supplicatum ut gratiam et libertatem ab illustri duce Leupoldo felicis memorie super vectigalibus vini et victualium suorum per loca mutarum ecclesie sue indultam nostre approbationis dignaremur munimine confirmare. Nos itaque pietate solita qua personis religiosis favor adesse consuevit, devotis eorum precibus favorabiliter inclinati, gratiam et libertatem quam ab eodem duce Leupoldo in suis actenus obtinuerunt privilegiis circa vectigalia vini et victualium suorum, eisdem abbati et conventui auctoritate presentium duximus confirmanda, mandantes universitati vestre et firmiter precipientes quatenus gratiam et libertatem eamdem et hanc nostram eisdem indulte libertatis approbationem juxta formam pri-

Digitized by Google

vilegii sui predictis fidelibns nostris in antea more solito conservetis ut jnstam de vobis non habeant materiam conquerendi.

Datum apud Wiennam, VIIII kalendas februarii, X indictione.

Apud Viennam. 26 januarii.

Fridericus, Romanorum imperator, abbatem et conventum Sanctae Mariae in Seitenstetten cum bonis quae juste tenent aut obtinere poterunt, sub sua speciali protectione recipit.

(Edid. Hormayr, *Archiv für Geschichte*, etc., ann. 1826, p. 800.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimns universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod venerabilis abbas et conventus monasterii Saucte Marie in Seitensteten, fideles nostri, celsitndini nostre hnmiliter supplicarunt quatenns eos et monasterium antedictum et bona ipsorum que juste tenent et possident et in antea jnsto titulo poterunt obtinere, in nostra et imperii protectione dignaremur recipere speciali. Nos itaque qui loca Deo dicata et religiosas personas digno favore proseqnimur, ipsornm piis snpplicationibus benigniter inclinati, predictos abbatem et conventum ac monasterium sepedictum et eorum bona que juste tenent et possident et in antea jnste poterunt adipisci, in nostra et imperii protectione recipimus speciali. Quare mandamus et districte precipimus quatenus nullus sit qui predictos abbatem, conventum et monasterinm atque bona predicta contra hujns protectionis tenorem molestare presumat. Quod qui facere presnmpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ad cujns rei memoriam presens scriptum fieri jnssimus majestatis nostre sigillo muuitum.

Datum apud Wiennam, vicesimo sexto januarii, decime indictionis.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Eglolfi abbatis monasterii Sanctae Crucis in Austria, eumdem conventum et bona ejus in protectione sua suscipit, immunitatesque de jure advocatorum et de victualium libero conductu eidem monasterio renovat et confirmat. Wiennae, januario.

(Edider. B. PEZ et P. HUEBER, *Codic. diplomat. histor. epist.*, pars II, p. 38, n° CL, ex autographo. — LUDEWIG, *Reliq. manusc.*, t. IV, p. 254. — STILLFRIED, *Monum. Zoller.*, t. I, p. 38.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat et extollit cum divine pietatis intnitu per quam preest principibus orbis terre, personas religiosas et loca venerabilia pia mentis affectione protegit ac tuetur et eorum justas favorabiliter petitiones admittit. Ea propter noverit presens etas et futura posteritas quod ad supplicationem fratris Eglolfi, venerabilis abbatis monasterii Sancte Crucis in Anstria Cisterciensis ordinis, fidelis nostri, abbatem nostrum (*sic*), conventum, monasterium et omnia bona sua que in presenti juste tenent et possident et qne in antea jnsto titnlo poternnt obtinere, sub nostra et imperii protectione recipimus speciali, mandantes ut qnecumqne jnra, quecumque exemptiones et libertates a felicibus imperatoribus predecessoribus nostris vel ab aliis imperii principibus rationabiliter eidem monasterio sunt collata vel juste de cetero conferentur, rata sibi omni tempore integraqne serventur. Et sicut ordo Cisterciensis ab exordio sue institntionis nnllis unquam fuit obnoxius advocatis, ita predictum monasterinm cum omnibus possessionibus ejus ab omni advocatorum ratione atque exactione sit liberum tam communi ordinis libertate quam presenti concessione

nostra exemptum. Paci insuper et immunitati ipsius de imperiali clementia providentes, inhibemus omnino ne quisquam dicti monasterii aut ullius predii sui advocatiam in feudo a quoquam habeat vel habere ullo nomine aut jure valeat, nec donationis alicujus predii ratione seu commisse aut expedite defensionis occasione vel quasi a progenitoribus hereditaria successione nomen et jus advocati in eos aut bona eorum sibi quispiam vendicet vel assumat, sed quodcumque predium eidem monasterio est hactenus vel amodo fuerit in elemosynam datum aut justis modis aliis acquisitum imperiali tuitioni eo ipso subjaceat quia monasterii esse cepit. Verum ne plerumque nobis absentibus aliquid juri et utilitatibus dicti monasterii valeat exinde deperire, defensorem eis ipsum duntaxat quem abbas et conventus predicti ad hoc elegerint, deputamus et habere concedimus, cui in eorum defensione in contractibus, in causis civilibus et in aliis civilium negotiorum transactionibus nostre vicis executionem non in feudo habendam, non perpetuo obtinendam neque heredibus relinquendam, sed salva dicti monasterii libertate committimus; ita ut liberum eis esse debeat recusare eum et alterius defensioni se et sua committere si sub nomine defensoris se ipsis exhibuerit offensorem, si immunitatis eorum privilegium ullo vexationum aut exactionum genere infringere et evacuare voluerit. Volumus enim nostre potestatis executores nostre sectatores pietatis habere, precipientes ut qui nostra jussione vel ex eorum petitione seu quacumque occasione ipsos et eorum jura defendunt, liberaliter, sincere et pro sola Dei retributione defendant, ita ut neque banna neque petitiones quas steuras vocant neque pernoctationes neque operarios nec ulla omnino servitia eis invitis vel a colonis eorum sub obtentu defensionis exigant aut extorqueant; colloquia in locis suis placita cum colonis ipsorum nulla prorsus habeant; de placitis eorum que cum colonis suis habere voluerint nisi ab eis rogati se nullatenus intromittant et indulta sibi exemptionum privilegia nulla vi vel fraude convellant. De abundantiori quoque gratia nostra eis concedimus ut propria victualia domorum suarum, videlicet annonam, caseos, sales, pisces, oleum, vinum et pecudes, ad usus suos tantum tam in aquis quam in terris sine teloniis, vectigalibus et aliis exactionibus libere ducere permittantur,

prout ex concessioue quondam ducum Austrie qni prefatum monasterinm fundaverunt, libertatem istam soliti snnt babere. Statuimus igitur et imperiali sancimns edicto ut nulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, predictum abbatem, conventum et successores eorum, monasterium et bona sua contra presentis privilegii nostri seriem super aliquibns ausu temerario molestare presumat. Quod qui presumpserit preter indignationem nostri culminis quam incurret, centum libras auri puri componat, medietate fisco nostro, reliqua dicto mouasterio persolvenda. Ad hujus itaque nostre protectionis et concessionis memoriam et robur in posterum perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimns insigniri.

Hujns rei testes sunt: patriarcha Aquilegensis et Maguntinus, Salzburgensis et Trevirensis archiepiscopi, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius et G. (a) Bambergensis episcopi, O. dux Bawarie, B. dux Karinthie, H. langravins Turingie, frater Hermannus venerabilis magister domus Sancte Marie Thentonicorum in Jerusalem, C. comes de Hardegke, L. comes de Playn, Gotfridns de Hohenloch, burgravius de Nuremberg.

Signum domini Frederici II Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense januarii, decima indictione, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejns anno septimo decimo, regni Jerusalem undecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Datum Wienne, anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, universis imperii fidelibus mandat ne contra privilegium quod monasterio Sanctae Crucis de *Apud Wiennam, februario.*

(a) Sic; legendum vero *E*.

libero conductu victualium ejusdem conventus concessit, venire praesumant.

(Edider. B. PEZ et P. HUEBER, *Codic. diplomat. histor. epist.*, pars II, p. 92, n° CLVII.)

Fridericus (*a*) Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod venerabilis abbas et conventus monasterii Sancte Crucis in Austria, fideles nostri, celsitudini nostre humiliter supplicarunt quod cum ex concessione quorumdam ducum Austrie qui ipsum monasterium fundaverunt propria victualia domorum suarum, videlicet annonam, vinum, caseos, sales, pisces, oleum et pecudes, ad usus suos tantum sine teloneis, vectigalibus et aliis exactionibus tam in terris quam in aquis libere ducere consueverunt, nos eis libertatem ipsam concedere de nostra gratia dignaremur. Nos igitur qui religiosas personas et loca Deo dicata digno favore prosequimur, eorum supplicationibus inclinati, libertatem ipsam eis de gratia nostra concedimus, prout ex concessione dictorum ducum et eorum temporibus soliti sunt habere, secundum quod etiam in privilegio nostro dicto monasterio a nobis indulto bulla aurea impressa tipario nostri culminis insignito pleniter continetur. Quare mandamus et precipimus fidelitati vestre quatenus nullus sit qui dictum abbatem et conventum monasterii Sancte Crucis in Austria fideles nostros super aliquibus ausu temerario contra predicti privilegii et presentis scripti tenorem offendere vel impedire presumat, sicut penam privilegio ipso impositam et indignationem nostram desiderat evitare. Ad hujus itaque concessionis nostre memoriam et constantem firmitatem, presens scriptum fieri et sigillo nostro jussimus insigniri.

Datum apud Wiennam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense februarii, decime indictionis.

(*a*) In impresso additur *nos Fridericus*.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem magistri Petri de Sancto Germano magnae curiae suae judicis, privilegium a Landolfo Cassinense abbate eidem et patri ejus Theodino anno 1235 concessum, in omnibus et singulis partibus ejus eisdem confirmat.

Apud Viennam, februario.

(Edit. apud Gattola, *Accession. ad histor. Cassin.*, t. I. p. 299, ex registro 1° abbatis Bernardi, fol. 101.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris quod magister Petrus Theodini de Sancto Germano magne curie nostre judex, fidelis noster, majestati nostre humiliter supplicavit ut infrascriptum privilegium indultum sibi a Landolfo quondam Cassin se abbate confirmari sibi de nostra gratia dignaremur; cujus tenor per omnia talis est:

Nos Landulfus, Dei gratia Cassinensis abbas, attendentes grata servitia que vos, domne Theodine et magister Petre judex et advocatus Cassinensis, monasterio nostro et nobis fideliter exhibuistis et in Domino poteritis exhibere, damus et concedimus vobis ut omnes terras quas a quacunque persona aquisitis et aquirere poteritis in futurum quocumque modo in castris et terra ipsius monasterii, de quibus terraticum vel alia res debetur monasterio Cassinensi, habeatis in servitio equi vestri et liberas et exemptas ab omni alio prestationis onere. Censum etiam libre cere quem vos magister Petre reddere debetis annuatim de molendino vestro ad Refosorium in vita vestra et filiorum vestrorum relaxamus; quinque etiam socias (a) de terra in limata Bantre vobis patri et filio concedimus et confirmamus; damus insuper et concedimus vobis et heredibus vestris ad

(a) Sic pro *socas* sive *sogas;* modus agri centum pedes habens.

cautelam abundantiorem ut si quando nos vel posteros nostros datam vel adjutorium quomodocumque ponere contigerit pro re quacunque ad opus nostrum in abbatia nostra Cassinensi, vos sitis liberi et immunes, et de gratia speciali ab hominibus quos nunc habetis in terra Sancti Benedicti vel in antea habere poteritis partem collecte ipsos contingentem per bajulos nostros vel vestros juxta electionem vestram exigere et habere ad opus vestrum, et ut vobis liceat ab hominibus ipsis recipere quandocumque placuerit fidelitatis et homagii sacramentum, salva in omnibus et per omnia fidelitate domni imperatoris et nostra et monasterii Cassinensis. Et pro hac nostra datione et concessione recepimus a vobis grandia et valde utilia servitia et viginti uncias boni auri ad generale pondus regni pro urgentibus necessitatibus et debitis quibus tenebatur Cassinense monasterium. Propterea concedimus vobis magistro Petro ut si magistrum Raynaldum de Caira conjudicem vestrum premori contigerit, vos soli remaneatis in officio judicatus, nullo alio vobis adjuncto, cum unus solus judex et advocatus Cassinensis debeat et consueverit esse in tota terra monasterii Cassinensis et ex post sacro (*a*) manifeste cognovimus magistro Raynaldo officio judicatus injuste concessisse (*b*) a bone memorie abbate Stephano predecessore nostro vobis primo legitime concessum. Ad cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem hoc de omnibus suprascriptis scriptum fieri fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum apud Sanctum Germanum, anno Domini MCCXXXV, mense madii, indictione octava.

. Nos igitur attendentes fidem puram et devotionem quam predictus magister Petrus ad nostram semper habuit (*c*) majestatem necnon et grata servitia que celsitudini nostre hactenus exhibuit et exhibere poterit in antea gratiora, privilegium suprascriptum in omnibus et singulis suis partibus sibi et predicto Theodino patri suo de gratia nostra duximus confirmandum; mandantes quatenus nullus sit qui ipsos contra privilegii predicti tenorem in aliquo molestare aut impedire presumat. Quod qui pre-

(*a*) Sic, forsitan *satis*.
(*b*) Legendum tamen *officium..... concessum esse*.
(*c*) In impresso *apud*, male.

Digitized by Google

sumpserit indignationem nostram se noverit incursurum, salvo mandato et ordinatione nostra. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum apud Viennam, anno dominice incarnationis MCCXXXVII, mense februarii, decima indictione.

Fridericus, Romanorum imperator, postquam ducatus Austriae et Styriae ad suum dominium devenerint, Wiennae in curia cum principibus residens, monasterio de Alta (Niederaltaich) privilegium Liupoldi, ducis quondam Austriae et Styriae, eidem anno **1210** indultum, renovat et confirmat. Apud Viennam, februario.

(Edit. ap. *Monum. Boica,* t. XV, p. 8.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis per Austriam et Styriam constitutis fidelibus nostris quod abbas et conventus monasterii de Alta fideles nostri [nobis] apud Wiennam cum principibus nostris residentibus representaverunt in curia nostra quoddam scriptum dilecti principis nostri Lupoldi clare memorie quondam ducis Austrie et Styrie ipsis et monasterio eorum clementer indultum; cujus tenor talis est:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Luitpoldus, Dei gratia dux Austrie et Styrie, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quando quidem rerum gestarum recordatio futuris est profectus et initio, ea propter commonefactus ego Lupoldus, Dei gratia dux Austrie et Styrie, monasterio de Alta recognovi justitiam in muta que in diebus patris mei non modicum a mutariis fuerat contra jus illius disturbata. Predicto itaque cenobio concessi perpetuo eamdem gratiam et justitiam quam ab avo et proavo meo eadem ecclesia possedisse et habuisse tam ministerialium quam etiam mutariorum meorum attestatione dinoscitur, quorum veridico relatu et suf-

ficienti testimonio probaverunt quod a victualibus sepedicte ecclesie pro muta mutarii mei pro jure suo plus non debent percipere quam LXIIII denarios et in superiori muta nil amplius debent recipere mutarum quam talentum piperis et duas pelves (*a*) et dnas cirothecas. Ut autem hec mea gratia et concessio rata in evum et inconvulsa perseveret, presentem paginam sigilli mei firmitudine feci communiri. Testes qui intererant subscribendo : Henricus marchio Hystrie, Otto advocatus de Lengebach, Cunradus et Luitholdus comites de Pleien, Ulricus de Pernecke, Hademarus de Chunrich, Wikardus de Sevelt, Marquardus de Hintperch, Rudolphus de Potendorff, Herrandus de Wildorn, Ditmarus de Lichtenstein, Hermannus de Puten et alii quamplures. Acta sunt hec anno MCCX, in nostro foro Wienne, temporibus Friderici regis Romanorum, regis Sicilie (1).

Verum quia nostro culmini supplicarunt ut quia iidem ducatus Austrie et Styrie ad nostrum et imperii dominium Domino favente devenerant, predictum scriptum nominis nostri titulo innovare et eamdem concessam eis per eundem ducem gratiam concedere et conservare de nostra gratia dignaremur; nos tamquam qui excellentiorem locum pre ceteris principibus optinemus ad tuitionem ecclesiastice libertatis et pro religiosis locis in statu debito conservandis, idem scriptum de verbo ad verbum innovare jussimus, ea que continentur in eo et secundum quod memoratus dux recognovit eorum justitiam et gratiam conservavit, clementius concedentes et presentis scripti auctoritate servari mandantes. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo valiturum, presentem paginam fieri jussimus et majestatis nostre sigillo communiri.

Hujus autem rei testes sunt rex Boemie, patriarcha Aquilegensis, Maguntinus, Salzburgensis et Treverensis archiepiscopi, Bambergensis et imperialis aule cancellarius Ratisponensis episcopi, dux Baivarie, dux Karin-

(*a*) *Pelvis,* mensura aridorum. *Tres pelves avenae, duas pelves plenas salis,* sicut legimus in nova Cangii editione.

(1) Anni notatio erronea videtur, dum Fridericus secundus non ante annum 1212 exeuntem in Alemanniam venerit neque prius rex Romanorum legitime potuerit intitulari.

thie, langravius Turingie et Saxonie palatinus comes, burcravius de Nuremberch, Gotfridus de Hohenloch, et alii quamplures qui interfuerunt.

Datum apud Wiennam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense februarii, decime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem praepositi et conventus de Walthusen confirmat et de verbo ad verbum inserit quoddam rescriptum anno 1204 in coena Domini a Luipoldo, Austriae et Styriae duce, eidem conventui concessum, quo multam rerum et annonae in Steine remiserat cum libero transitu super flumen Danubii. Apud Viennam, februario.

(Edidit FR. KURZ, *Beytrage zur Geschichte des Landes Oesterreich ob der Enns*, t. IV, p. 456, n° XIV, ex autographo.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Tenore presentium notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod constituti coram nobis Hartwicus venerabilis prepositus et conventus de Walthusen optulerunt culmini nostro quoddam scriptum patens indultum eis a quondam Luipoldo, duce Austrie et Styrie, supplicantes humiliter ut divine pietatis intuitu paupertati sui monasterii consulentes idem scriptum renovare et confirmare misericorditer dignaremur; cujus tenor per omnia talis erat :

Ne presentis etatis negotia oblivionis consumat tinea vel malignantium sicut fieri solet corrumpat invidia, litterarum et testium indigent indicio confirmari. Sciant ergo tam presentes quam posteri quod ego Liupoldus, Dei gratia dux tam Austrie quam Styrie, paupertatem et penuriam cenobii Sancti Johannis in Walthusen videns non modicam, situmque loci ipsius durum satis et asperum considerans, statui fratribus Deo ibidem militan-

tibus in remissionem peccatorum meorum aliquam subsidii conferre consolationem. Nunc ergo remitto eis et omnibus ipsorum successoribus in remedium anime mee et omnium parentum meorum defunctorum, multam rerum suarum et annone in Steine hucusque nobis debitam et transitum ipsis et navibus ipsorum tam sursum quam deorsum per flumen Danubii liberum et immunem ab omni censu sive tributo imperpetuum concedo et presentem paginam sigilli mei munimine et impressione roboravi. Acta sunt hec feliciter in Cena Domini aput Niwenburch, anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo IIII, presentibus domino Marco Beritensi episcopo, et Sigehardo archidiacono, et Ypolitensi preposito, et Manegoldo Chremis monasterii abbate, et Wechelone Kotewicensi abbate, et Heinrico abbate Celle Sancte Marie, et Gotescalco preposito Sancti Andree, et domino Dietrico Niewenburgensi preposito, et omnibus ducis capellanis. Affuerunt testes ydonei quorum hec sunt nomina : Tuto de Heimenburch, Sifridus de Holarbrunnen, Heinricus de Mistelbach, Ulricus de Valchensteine, Ulricus de Zwetel, Ulricus de Draschirchen, Hartungus de Widervelde, Chadelhohus de Muhlich.

Nos itaque pietate moti qua in favorem locorum venerabilium religiosis personis super eorum justis petitionibus favorabiliter inclinamur, dictorum prepositi et conventus supplicationibus annuentes, idem rescriptum renovamus et de plenitudine imperialis gratie confirmamus; mandantes et sub interminacione gratie nostre firmiter precipientes quatenus nullus sit qui predictos prepositum et conventum contra presentis renovationis et confirmationis nostre paginam presumat temere molestare. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ut autem predicte renovacionis et confirmationis gratia eidem preposito et conventui ac ipsorum monasterio inviolabiliter observetur, presentem paginam conscriptam sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

Testes sunt hii venerabilis Sifridus Maguntinus archiepiscopus, Ecgebertus Babbenbergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Rudegerus Pataviensis, Conradus Frisingensis episcopi, Otto comes palatinus Reni, dux Bawarie, Heinricus lantgravius Thuringie,... dux Karinthie, marschalcus Heinricus de Babbenheim, et alii quamplures.

Actum anno dominice incarnationis MCCXXXVI, mense februarii, X indictione.

Datum apud Wiennam, anno, mense, indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Felicis abbatis monasterii Sanctae Mariae de Scotis, renovat et inserendo confirmat privilegium eidem monasterio ab Henrico Austriae duce ejus fundatore anno 1161 indultum. Viennae, februario.

(Edidit HORMAYR, *Wiens Geschichte*, tom. I, pars Iª, p. 75, num. 24, ex originali in archiv. Schottenklost.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus favente divina clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis thronus extollitur et augustalis honoris titulus decoratur cum ad loca religiosa consideratio benigna porrigitur et eorum status et commoditas liberali munificentia promoventur. Ea propter notum fieri volumus fidelibus nostris tam modernis quam posteris universis quod nobis Wienne presentibus, promovente Domino feliciter nostri culminis incrementum et ducatibus Austrie et Styrie dominio nostro prospera sorte subactis, frater Felix venerabilis abbas et conventus monasterii Sancte Marie de Scottis in Wienna, fideles nostri, quoddam privilegium quondam Henrici ducis Austrie dicto monasterio clementer indultum nostre celsitudini presentarunt, suppliciter postulantes ut ipsum privilegium de verbo ad verbum transcriptum innovare et que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor est per omnia talis:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hainricus, Dei gratia dux Austrie, universis fidelibus salutem in perpetuum. Pia et salubris est intentio qua quisque ad serviendum Deo movetur. Que quidem voluntas in levioribus personis et hiis quibus rerum non suppetit facultas sufficit et est

Digitized by Google

meritoria, qnippe cum voluntas pro facto repntetnr; in magnatibus vero et universis quibus copia rerum et auctoritas agendi quidlibet amminiculantur, hec eadem laudabilior est et majorem habet efficaciam cum ipsi hoc quod per bonam voluntatem concipiunt in meute ad exseqnendnm in opere habeant. Nobis igitur universis principibns quibus plus est commissum ut et plns a nobis exigatnr, expedit ut bonam volnntatem et opera caritatis habnndantins quam ceteri ad universos extendamns, maxime tameu ad religiosos et monastice professionis viros qnos secnlaria negotia postponentes ad obsequia divina et cultum religionis observandum propensiori cura et benivoleutia fovere debemus et amplecti. Pietatem itaque antecessorum nostrorum quam circa ecclesias accurata sollicitudine intendere consueverunt, imitari cupientes, universas ecclesias precipne tamen eas qnarum fundatores ipsi extiterunt, pro posse manutenere et promovere intendimus, etsi non plura eis conferendo, saltem ab antecessoribus nostris et aliis ipsis collata patrocinatus nostri defensione eisdem conservando. Cnm antem nos quosdam exules et simplices Scotos videlicet divine pietatis intuitu collegissemus, Wienne in predio nostro libere fundationis jnre eos collocavimus, monasterinm ibidem in honore beate ac gloriose Dei genitricis Marie et beati Gregorii eisdem construendo, et redditus ad subsidium ibidem Deo famulantibus eisdem Scotis benigna devotione donavimus quos in presenti pagina exprimi jussimus, una sepulture et aliorum quam essent habituri justitiam ascribendo. Decimam coquine nostre, dnas parochias Pulca videlicet et Echeudorf cum attinentibns et capellas Wiennenses, capellam sancti Pancratii et capellam beati Petri et capellam beate Marie et capellam beati Rudberti et in Cremse capellam beati Stephani, in Tuln capellam Sancte Crucis et nnnm mansum, capellam beati Cholomani in Lonp, in Wirochperge XII mansus cum attinentibus, in Eborsdorf XII mansus et nnum dominicale, in Ladendorf XVI mansus cum attinentibus, in Hypelinsdorf XVIII mansus cnm attinentibus, in Grihtsansteten curiam villicariam cum attiuentibns, in Ruspach curiam villicariam et unum mansnm cnm attinentibus, in Erpurch jnxta Falchenstein VIIII mansus cnm attinentibus, in Fuldramsdorf V mansus, in Swechent II mansus, in Wolfpeizzingen I mansum, in Hawmat V mansus. Nos quoque et omnem

posteritatem nostram nniversamque familiam nostram in eodem monasterio statuimus sepeliri. Hujus rei testes sunt: comes Hainricus de Schala, comes Chunradus de Pilstein, comes Leupoldus de Plaigen, Otto de Lengenpach, Ulricus de Asparn, Otto de Ascbaun, Eberhardus de Rudnich, Albero de Chunringen et filius ejus Hadmarus et frater ejus Rapoto castellanus de Medlich et Rapoto filius ejus, et Otto de Purcharchsdorf, Wernhardus de Rawanstein, Ulricus Dapifer, Bertholdus de Iwanstal, Heinricus de Mistelbach, Irnfridus de Gnannendorf et alii quamplurimi. Acta sunt hec coram illustri conjuge nostra Theodora ducissa Austrie et filiis nostris Luipoldo et Henrico necnon et filia nostra Agnete. Hanc autem supradicte donationis ac nostre confirmationis paginam presentem sigilli nostri impressione corroboravimus ne aliquis nostrum pactum retractare audeat vel mutare. Data Wienne, anno ab incarnatione Domini MCLX primo, X kalendas maii (1).

Nos igitur qui ad ampliandum ecclesiarum statum et locorum religiosorum commoditates augendas pio favore tenemur, privilegium ipsum de verbo ad verbum presenti privilegio inseri jussimus, singula que continentur in eo de imperiali gratia confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictos abbatem et conventum monasterii nominati super premissis contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario molestare presumat; quod qui presumpserit centum libras auri componat, medietatem fisco nostro, reliqua dicto monasterio persolvenda. Ut autem hec nostra innovatio et confirmatio perpetue firmitatis robur obtineat, presens privilegium fieri et bulla aurea tipario nostre majestatis impressa jussimus insigniri.

Hujus rei testes sunt: patriarcha Aquilegiensis, S. Maguntinus, Th. Trevirensis et E. Salzburgensis archiepiscopi, E. Babenbergensis et S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius episcopi, O. dux Bawarie pala-

---

(1) Hoc Henrici ducis diploma typis impressum non absque multis mendis reperitur apud LUDEWIG, *Reliq.*, t. IV, p. 244, et ap. PEZ, *Cod. dipl. histor. epist.*, t. I, p. 437.

Digitized by Google

tinus comes Reni, Bernhardus dux Karinthie, H. lantgravius Thuringie, frater H. venerabilis magister domus Sancte Marie Teuthonicorum in Jerusalem, Gottifridus do Hohenloh, burccravins de Nuremberc, et alii qnamplures.

Signum domini Friderici secundi, Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis gloriosissimi (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo dncentesimo tricesimo septimo, mense februarii, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejns anno octavo decimo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Datum Wienne, anno, mense et indictione prescriptis.

Viennae, februario.

Fridericus, Romanorum imperator, privilegium libertatis et exemptionis a se ipso anno 1213, quarto decimo die februarii, monasterio Sancti Floriani in Austria indultum denuo confirmat.

(Memoratum ap. Stulz, *Geschichte des Stiftes St. Florian*, p. 309. — Vide supra t. I, p. 242. Hic eamdem privilegii non transcribendi causam affert, testibus tantum et notis chronologicis insertis quae sunt ita :)

. . . .

Hujus rei testes snnt... venerabilis patriarcha Aquilegensis, S. Moguntinus,... Salzburgensis et... Trevirensis archiepiscopi,... Pambergensis et... Pataviensis episcopi, S. Ratisponensis episcopus imperialis anle cancellarius,... rex Boemie, frater Hermannus venerabilis magister domus Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem,... dux Bawarie,... dux Karinthie, langravius Turingie, Gutfridus de Hohenloh, bnrcravius de Nuoremberc, et alii quamplures.

Digitized by Google

Signum domini Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense februarii, decima indictione, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus octavo decimo, regni Jernsalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Data Wienne, anno, mense et indictione prescriptis.

Apud Viennam, februario.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Theoderici abbatis de Wilhering, Cisterciensis ordinis, monasterium ipsum cum possessionibus ejus sub sua speciali protectione recipit, ab omni advocatorum exactione eximit, variasque immunitates ibidem expressas concedit.

(Edid. Jod. Stulz, *Geschichte des Klost. Wilhering*, Urkund., n° 32, ex cop. authent. anni 1680, cum originale, paucis exceptis verbis, nunc legi non possit.)

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secnndns divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis auctoritas tunc precipue auctori suo per quem salubriter regnat et imperat sne devotionis exhibet debitum, cnm ob ejns reverentiam loca venerabilia et personas religiosas in eisdem Domino famulantes pie mentis affectione protegit et eornm libertatibus ac justis petitionibus favorabiliter se inclinat. Ea propter ad notitiam nniversorum presentium et futurorum nostrornm et imperii fidelium volumus pervenire quod ad supplicationem Theodorici venerabilis abbatis monasterii de Wilhering Cisterciensis ordinis, fidelis nostri, cum idem ordo preter Romanum imperatorem nullum prorsns habere debeat advocatum, ab-

Digitized by Google

batem ipsum suosque successores regulariter institutos, conventum, monasterium et omnia bona sua que in presenti juste tenent et possident et que in antea justo titulo poterunt adipisci, sub nostra et imperii protectione recipimus speciali; mandantes ut quecumque jura, quecumque exemptiones et libertates a felicibus imperatoribus predecessoribus nostris vel ab aliis imperii principibus rationabiliter eidem monasterio sunt collata vel juste de cetero conferentur, rata sibi omni tempore integra que serventur. Et sicut ordo Cisterciensis ab exordio institutionis sue nullum unquam preter Romanum imperatorem ut predictum est habuit advocatum, ita predictum monasterium cum omnibus possessionibus ejus preter nos et Romanorum imperatores ab omni advocatorum ratione atque exactione sit liberum, tam communi ordinis libertate quam presenti nostra concessione exemptum. Paci insuper eorum et immunitati ipsius de imperiali clementia providentes inhibemus omnino ne quisquam dicti monasterii aut ullius predii sui advocatiam in feudo a quoquam habeat, vel haberi possit ullo nomine aut jure nec donationis alicujus predii ratione seu commissione aut expetite defensionis occasione vel quasi a progenitoribus hereditaria successione nomen et jus advocati in eos aut bona eorum sibi quispiam vendicet aut assumat. Sed quodcumque predium eidem monasterio est hactenus vel amodo fuerit in elemosinam datum aut justis modis aliis acquisitum, imperiali tuitioni eo ipso subjaceat quod ejusdem monasterii esse cepit. Verum de abundantiori benevolentia nostri culminis ad parcendum predictis abbati et conventui super laboribus et expensis ne continue ad curiam imperialem pro jure et utilitatibus suis venire cogantur, defensorem eis ipsum duntaxat quem abbas et conventus jamdicti ad hoc elegerint deputamus et habere concedimus. Cui in eorum defensionem in contractibus, in causis civilibus et in aliis civilium negotiorum transactionibus nostre vicis executionem non in feudo habendam, non perpetuo obtinendam neque heredibus relinquendam salva dicti monasterii libertate committimus; ita ut liberum eis esse debeat recusare et alterius defensioni se et sua committere si sub nomine defensoris se ipsis exhibuerit offensorem, si immunitatis eorum privilegium ullo vexationum aut exactionum genere attemptaverit in-

Digitized by Google

fringere aut evacnare. Volumus enim nostre potestatis executores nostre pietatis sectatores habere, firmiter precipientes ut qui nostra jussione vel ex eorum petitione seu qnacumque occasione ipsos et eorum jura defendunt, liberaliter, sincere et pro sola Dei retribntione defendant, ita nt neqne banna, petitiones, precarias sive steuras neque pernoctationes neque ad opera ipsorum operarios nec ulla omnino servitia (a) eis invitis vel a colonis ipsorum pretextu defensionis exigant aut extorquere presumant. Adjicimus etiam eidem monasterio talem gratiam juxta ordinis libertatem ut homines ipsius sive coloni per nullum judicem secularem vel etiam per aliquem advocatum ad communia vel privata placita nisi per se venire voluerint aliquatenus compellantur. Preterea auctoritate presentis privilegii concedimus abbati et fratribns memoratis nt propria victualia domorum suarum, annonam videlicet, caseos, salem, pisces, oleum, vinum et pecudes, et alia qnecunque ad usus suos pertinentia tam in aquis quam in terris sine theloneis, vectigalibus et aliis exactionibus, prout ex concessione ducum Austrie libertatem ipsam soliti sunt habere, deducant salubriter et quiete. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto ut nulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, predictum abbatem, conventum et successores eorum, monasterium et bona sna contra presentis privilegii seriem snper aliquibus ausu temerario molestare presnmat. Qnod qni presumpserit preter indignationem nostri cnlminis quam incurret, centum libras pnri auri componat quarum dimidia pars fisco nostro, reliqna vero pars passis injuriam persolvetur. Ad hujus itaque rei memoriam presentis protectionis et libertatis nostre divalem paginam conscribi fecimns et sigillo majestatis nostre ipsam jnssimus insigniri.

Hujus itaque rei testes snnt : venerabiles Sifridus Moguntinus, Theodericns Treverensis, Eberhardus Salisburgensis archiepiscopi, Ekkebertns Babenbergensis, Sifridus Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Rndegerus Pataviensis, Conradus Frisingensis episcopi; Batzeslans rex Boemorum; Otto comes palatinus Rheni, dux Bavarie; Heinricus

(a) In impresso *servitii*.

Digitized by Google

Raspo landgravius Turingie, comes palatinus Saxonie; Bernhardus dux Karinthie, principes; Hermanuns marchio de Baden, Conradus burcgravius de Nurenberk, Fridericus de Truheudingen, comes Hartmannus de Dilingeu, Gotfridus de Hohenloch, Conradus frater ejusdem, nobiles; Heinricus de Babbenheim imperialis aule marscalcus, Ramungus Kamerstaine, Albertus de Muerach, Hermanus de Rotenvelse, Siboto de Kulme, Rindcsmulus, Croffo de Flugelingeu, Hermanus de Huleberk, Conradus et Gotfridus de Valkhenberk, Hertnidus de Weitwe, Hainricus de Scharffenberk, Heinricus de Truchse, Switgerus de Hohenburk, Erkengerus de Landesere, Dietmarus et Ulricus de Liechtenstein, Otto de Wasen, Otakarus de Volkenstein, Ulricus de Muerperg, Ulricus et Lentoldus fratres de Wildonia, Reinpertus de Muerek, et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sycilie regis (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense februarii, decima indictione, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sycilie rege, Romani imperii ejus anno XVIII, Jerusalem XII, regni vero Sicilie XXXVIII, feliciter. Amen.

Datum apud Wiennam, anno, mense, indictioue prescriptis.

Apud Viennam, 20 februarii.

Fridericus, Romanorum imperator, Alberoni de Polheim judici provinciali committit conventum de Wilhering et universa bona fratrum ut sit eorum defensor et judex in justis querimoniis nec ratione defensionis aliquid exigat ab eisdem.

(Edidit Jodok Stulz, *Geschichte des Cisterc. Klost. Wilhering*, Urkundenbuch, n° 30, ex cop. authent. anni 1680 (Linz, 1840).)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jeru-

Digitized by Google

salem et Sicilie rex, Alberoni de Pollenhaim (a) judici provinciali fideli suo gratiam suam et omue bouum. Supplicaruut culmini nostro venerabilis abbas et couveutus de Wilaringen Cisterciensis ordiuis, fideles uostri, ut ipsos et uuiversa bona sua que legitime pertineut ecclesie memorate defeusioui tue committere teque super justis eorum querimoniis eisdem judicem concedere dignaremur. Nos itaque iu favorem ordiuis dictorum abbatis et couventus snpplicatiouibns favorabiliter iuclinati, predictos abbatem et conventum nec nou universa bona sua que mero jure pertineut ecclesie preuotate, defensioui tue committere teque eis judicem in eorum justis querimouiis dnximns concedendum. Quare fidelitati tue mandamus firmiter precipieutes quatenus predictos abbatem et conveutum in bonis ecclesie sue legitime spectautibus autoritate uostri culminis contra uuiversos injuriatores snos manuteueas et defendas, super justis eorum querimouiis ipsis nihilominus faciens justitie complementum, nec ratione defensiouis nec ratioue judicii aliquid exigas ab eisdem, sed tanquam pietatis nostre fidelis et sincerus executor dictis fratribus super bonis et eorum juribus sic provideas ex parte uostra ut a uullo iudebite molestentur.

Datum apud Wieuuam, XX februarii, X indictione.

Apud Viennam, 28 februarii.

Fridericus, Romanorum imperator, universis judicibus et mutariis per Austriam et in Welse constitutis mandat ut conventui de Wilhering eamdem immunitatem in ducendis victualibus per loca mutarum observent quam dux Leopoldus quondam eidem monasterio concessit et ipse confirmavit.

(Edit. ap. Stulz, *ibid.*, n° 31, ex eadem copia.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, universis jndicibus et mutariis suis per Austriam et

(a) Scilicet *de Polheim.*

Digitized by Google

in Welse constitutis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Notum facimus universitati vestre quod nos ad supplicationem venerabilis abbatis et conventus de Wilhaeringen Cisterciensis ordinis, nostrorum fidelium, volentes eis observare favorabiliter inconcussam eorum ordinis libertatem, immunitatem et gratiam in ducendis victualibus et aliis rebus propriis ad usus eorum per loca mutarum tempore ducis Leopoldi felicis memorie per eum habitam et obtentam, eis duximus per speciale privilegium concedendam, sicut in privilegio ejusdem concessionis sibi clementer indulto plenius continetur. Quare mandamus et precipimus universitati vestre quatenus eandem immunitatem et gratiam quemadmodum predicti ducis tempore fuit obtenta et per nostrum privilegium est concessa tam in terris quam in aquis in ascensu et descensu per mutas et thelonea conservetis eisdem, ut indultam eis gratiam felici tempore nostro quiete gaudeant obtinere.

Datum apud Wiennam, ultimo februarii, decime indictionis.

Viennae, februario.

Fridericus, Romanorum imperator, domos ordinis Theutonicorum sitas in ducatibus Austriae et Styriae et Marchiae Carniolae cum hominibus et bonis earum sub sua protectione speciali recipit.

(Edider. DUELLIUS, *Histor. Equit. Theuton.*, pars III, p. 47, n° 1. — PUSCH et FROELICH, *Diplomat. sacr. Styriae*, pars II, p. 181. — HENNES, *Cod. ord. Theuton.*, p. 106, n° 96.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, etc. Notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod cum sanctam domum Sancte Marie Theutonicorum Ierosolimitanam tanquam progenitorum nostrorum opus favorabili complectamur affectu et ubique per imperium nostrum protectione nostra gaudeat et favore, similem sibi gratiam in ducatibus Austrie et Stirie et marchie Carniole ampliantes, domos

ejusdem ordinis sitas in provinciis memoratis cum preceptoribus, fratribus, hominibus, colonis, servientibus et famulis eorum necnon cum omnibus bonis que in presentiarum juste tenent et possident vel justis titulis poterunt adipisci, sub nostra et imperii nostri protectione recipimus speciali, eximentes eos ab omni seculari judicio, munere servitiouum et exactionum onere, secundum indultam eis ejusdem ordinis libertatem, etc. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri fecimus et sigillo nostro fecimus communiri.

Testes autem sunt hi : W. rex Boemie, Bertholdus Aquilegensis patriarcha, Sifridus Moguntinus, Theodericus Trevereusis et Eberhardus Saltzburgensis archiepiscopi, Ecgebertus Babenbergensis, Sifridus Ratisponeusis imperialis aule cancellarius episcopi, Otto comes palatinus Reni, dux Bavarie, Bernhardus dux Charintie, Heinricus lautgravius Thuringie comes palatinus Saxonie, Gothefridus et Conradus fratres de Hohenloch, Conradus et Liutholdus fratres comites de Hardecge, Otto de Slnentz, Heinricus et Wernardus fratres de Schowenberc, Kadoldus dapifer de Veldesberc, Hademarus et Rapoto de Schoeneuberc, Hademarus de Sunnenberc, Heinricus de Brunen, Imfridus de Hinperc cum fratribus suis, Wichardus de Arnstein, Heinricus de Sevelt, de partibus Austrie; comes Ulricus de Phannenberc, comes Willehelmus de Huuenberc, comes Hermannus de Ortenburg, Luitholdus et Ulricus de Wildonia, Fridericus et Hartnidus de Betowe, Reiubertus de Muerecge, Heinricus de Trichse cum quampluribus aliis de Styria; comes Galle de Carniola, et alii quamplures qui interfuerunt.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense februario, decime indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, Romani imperii ejus anno XVIII, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie XXXVIII, feliciter. Amen.

Datum Wienne, anno, mense, indictione prescriptis.

Digitized by Google

Viennae, februario.

Mathildis, marchionissa de Hohenburg, in praesentia Friderici, Romanorum imperatoris, Bertholdo et Diopuldo filiis suis ejusdem imperatoris valletis jus et actionem cedit quae sibi contra comitem de Wasserburg fratrem suum competunt.

(Edit. ap. *Wiener Jahrbuch. der litter.*, t. XL, p. 74, ex Münchner Reichsarchiv.)

In nomine Domini. Amen. Ego Mathildis, marchionissa de Hohenburc, per presens scriptum notum facio universis quod in presentia domini Friderici, Dei gratia serenissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis, sicuti mihi congruum fuit, bona et gratuita voluntate mea Bertholdo et Diupoldo filiis meis ejusdem domini imperatoris valletis cessi et tradidi omne jus et omnem actionem que mihi nunc competit vel aliquo modo competere poterit contra comitem de Waszerburg (*a*) fratrem meum super hiis que de bonis ejusdem comitis fratris mei me hereditario jure vel quocumque alio jure contingunt vel contingere possent, ut iidem filii mei eamdem quam ego possem contra comitem memoratum super bonis prefatis prosequi valeant actionem. Unde ad futuram memoriam et predictorum filiorum meorum perpetuam firmitatem, presens scriptum fieri eis feci sigilli mei impressione munitum. Testes sunt : dominus Sifridus venerabilis Maguntinus archiepiscopus, B. Aquilegiensis patriarcha, E. Babenbergensis episcopus, H. comes de Andecse, H. de Villberc, Heinricus de Grellenstein, Otto de Kungesfvelt, Heinricus Huibeschmanus, A. de Rummesperge, et alii quamplures.

Actum Wienne, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense februarii, decime indictionis.

(*a*) Scilicet *Conradus de Wasserburg.*

Maguntinus, Treverensis et Salzeburgensis archiepiscopi, Babenbergensis, Ratisponensis, Frisingensis et Pataviensis episcopi, Bohemiae rex, Bavariae dux, landgravius Thuringiae et dux Karinthiae, apud Viennam constituti, Conradum Friderici imperatoris filium et regni Hierosolymitani haeredem in Romanorum regem eligunt et Henrico primogenito ejus fratri propter istius rebellionem subrogant.

Apud Viennam, februario vel martio.

(Ediderunt BALUZIUS, *Miscell.*, t. I, p. 472. — MURATOR., *Scriptor.*, t. IV, p. 676. — LEIBNITZ, *Cod. jur. gentium*, t. I, p. 9. — LUNIG, *Reichsarchiv*, t. IV, p. 168. — DUMONT, *Corps diplomat.*, t. I, p. 174. — PERTZ, *Monum. Germ. histor.*, t. IV, p. 322, ex codice Vaticano n° 4957. Nunc quoque collatum edimus cum cod. Bibl. reg. Paris. 8567, fol. 59 recto verso. — Bibl. Wolfenbutt. seu Guelferbitanae, Helmastd. CCXCVIII, f. 125. — Bibl. Rhedig. Vratislas., XLVII, n° 64.)

In Christi nomine et Salvatoris nostri Jhesu Christi, anno ab incarnatione ejus millesimo [ducentesimo] tricesimo (a) sexto et XVII° anno imperii domini nostri Federici secundi, Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis, mense octubris, IIII° (*sic*) indictione (1). Expectatio gentium Jhesus Christus quem mittendum sacra

(a) In codice Rhedigerlano *tricentesimo*, male.

(1) Notatio mensis et indictionis, ut in codice Rhediger. exhibetur, mendosa est. Nam etsi rex Boemiae et dux Bavariae, testante Dubravio, civitatem Wiennam ante adventum imperatoris et circiter in octobri mense 1236 occupaverint, non admitti potest ipsos caeterosque imperii principes hoc mense, absentibus patre et filio, ad electionem Romanorum regis processisse. Nondum insuper septimus et decimus annus imperii Friderici secundi in octobri manse 1236 inceperat. Indictio vero, sive ad annum 1236 sive ad 1237 referatur, decima numerari debet. Unde legendum credimus : *mense februarii* [vel *martii*], *decima indictione*. De hac electione ita sonant *Annales Argentinenses*, ap. Boehmer, *Fontes*, t. III, p. 110 : « Inde venit [imperator] ad civitatem Wienae quae similiter ipsius dominio se subjecit. Ubi etiam Chunradum filium suum de uxore transmarina genitum eligi fecit in regem. Quem elegerunt archiepiscopi Moguntinus et Treverensis et rex Boemiae et dux Bawariae qui et palatinus comes Rheni, con-

Digitized by Google

prophetarum oracnla predixerunt, auferens sceptrum de Juda et ligans ad vineam pullum suum, hoc est ad nove plantatiouis Ecclesiam Romannm imperium alligans, in ipsius clipeo tutelam nostre fidei positam manifestissime presagivit. Probat hoc clarius sequentium rerum eventus interpres cnjnslibet et probatio certa presagii, dum nedum imperio patiento naufragium, sed nntante solnmmodo spumosis incursibus procellarum interdnm, heresum gramina que materialis imperii serra non resecat in demolitiouem vinee domini Sabaoth perniciose succrescunt. De inexcusabilis itaque negligentie vitio manifeste convincitur qui tam nobile fidei fulcimentum qualibet hominis provisione non adjuvat, sed conquati patitur qnasi fidem non diligat qui fidei negligit armaturam. Nec tamen hoc ad quorumcumque fidelium culpam aut notam juste reducitnr, sed illorum potissime negligentiam condempnat ad quos divina sententia seu more majorum jus et anctoritas provisionis hnjusmodi pertinere noscuntur. Nam quauquam in Urbis iuitiis post memorabile Troyanornm exilium et deletam tam inclitam civitatem, apud illins nove cougregationis patres summi regui potestas et imperialis creationis snffraginm residerent, in successivis tamen et continuis incrementis imperii postmodum calescente virtute, tante fortnne fastigium apud nnicam civitatem licet pre ceteris regiam non potuit contineri. Sed postquam etiam remotissimos terminos quadam girovaga peregrinatione lustravit, tandem apnd Germanie principes non minus probabili quam necessaria ratioue permansit ut ab illis origo prodiret imperii per quos eidem utilitas et defensio procnratnr. Cnm igitur nos Sifridnm Maguntiuum, Theodericum Trevereusem, Eberardum Salzebnrgensem archiepiscopos, Ekkebertum Babenbergensem, Sifridnm Ratisponensem imperialis aule cancellarium, Frisingensem et Pataviensem episcopos, Ottonem palatinnm comitem Reni ducem Baiwerie, Wencezlanm regem Boemie, Henricnm landgravinm Thuringie et B. dncem Karinthie principes (*a*), qui

(*a*) Nomina addimus ex codicibus Guelferb. et Rhedigerano, sed mendis correctis.

sentientibus caeteris principibus qui aderant, tamen paucis, et relicto ibi praesidio militum rediit ad partes Rheni. Deinde remisit Eberhardum de Eberstein cum ducentis militibus ad custodiendam civitatem Wienae. »

Digitized by Google

circa hoc Romani senatus locum accepimus, qui patres et imperii lumina reputamur, coram tremendo judice de cura tante villicationis oporteat reddere rationem, nobiscum sollicita meditatione pensantes quod tantum negotium non tam sortis judicio quam industria provisionis indigeat, illud etiam diligentius attendentes quod post unius regnantis occasum interstitium temporis inter predecessoris obitum et plenum dominium successoris, quod interregnum veteres appellabant, grande possit imperio, sed etiam catholice fidei maximum afferre discrimen, prevenire salubrius tempus elegimus quam dispendium temporis expectare. Nam licet per vires, industriam et labores excellentissimi domini nostri Friderici, Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis, cujus vitam et imperium cupimus, satis ad presens imperio sit provisum; quia tamen preminentia dignitatis longioris vite beneficium regibus non concedit, presentis vite lubricum merito formidantes, ipso vivente salubriter et regnante feliciter de successoris nobis electione providimus ne per ejus interitum justicia diminutionem status pateretur, imperium et tranquillitas interiret; et cum de substituenda persona diligenti meditatione nobiscum et sollicite pensaremus, preteritorum cauta provisio salubre consilium prebuit in futuris. Considerationibus tamen nostris occurrit qualiter divi Cesares progenitores imperatoris ejusdem qui longis retro temporibus imperio prefuerunt, non solum ut domini justitie solium inclite tenuerunt, sed tanquam patres imperii paterne dilectionis zelum ad omnes et singulos habuerunt, qualiter nec personarum periculis nec rerum parcendo dispendiis et plerumque per dubia bellorum discrimina imperii nostri fines in citramarinis et transmarinis partibus produxerunt, propter quod parentum laboribus fraudari filios nostri noluere majores, nos ipsorum vestigiis laudabiliter inherentes, presentem imperatorem quem in exaltationem romani nominis et dignitatis auguste predecessorum suorum verum successorem agnoscimus et filium experimur, in sobole sua simili retributione decrevimus honorare, ut dum filium ejus ex nunc in futurum imperatorem nostrum post ejus mortem assumimus, juste pro imperio pater hactenus laborasse se gaudeat, laboret quoque libentius amodo velut laborum suorum fructus non relicturus extraneo, sed ex communi voto parentum filio paraturus.

Sicque nos, inspirante nobis tam salubre consilium gratia summi regis, ad vocationem et preces ejusdem domini nostri imperatoris, apud Wiennam(a) unanimiter vota nostra contulimus in Corradum antedicti domini imperatoris filium, regni Ierosolymitani legitimum successorem, eligentes ipsum ibidem in Romanorum regem et in futurum imperatorem nostrum post obitum patris habendum ac etiam fide data eidem domino imperatori sacramento firmavimus quod prefatum Conradum a nobis in regem electum post mortem prenominati patris sui dominum et imperatorem nostrum habebimus, eidem in omnibus que ad imperium et jus imperii pertinent intendentes, sibique jurabimus fidelitatem eidem prout est moris et juris imperii sacramenta prestantes, ac ad illud obtinendum imperii dyadema sibi prout de jure tenemur consilium et auxilium impendemus. Et licet H. primogenitum filium suum pridem nobis in regem simili provisione duxerimus eligendum, quia tamen cum in honore esset non intellexit, sed ab aquilone sedem sibi constituens contra patrem, loco tanti regiminis se monstravit indignum, justo patris judicio et ejus ultronea voluntate quam sibi conscientia proprie transgressionis ingessit, ab eodem H. soluti prefato sacramento quod de electione sua similiter feceramus, Henrico Conradum velut David Sauli sancta facta deliberatione providimus subrogandum.

Ad cujus rei memoriam, etc. (*sic*). Interfuerunt similiter patriarcha Aquilejensis et quamplures alii (*b*).

Viennae; martio.

Fridericus, Romanorum imperator, papae exponit diffidentiam suam de legationibus sibi missis super negotio Lombardiae, et scribit magistrum Theutonicorum ad Sedem Apostolicam a se destinari ut pax si fieri possit procuretur.

(Inedit. ex cod. MSS. Biblioth. cesar. Paris., *fonds Saint-Germain-Harlay*, n° 455, pars I^a; foliorum numeri desunt. Coll. cum codice biblioth. univers. Vratislasensis, Class. IV, n° 102.)

(*a*) Ita ex codicibus Guelferbitano, Rhedigerano et Vaticano.

(*b*) Additur ex codicibus Guelferbitano et Vaticano.

Digitized by Google

[Fridericus, etc.] Evidentium clara cognitio certum plerumque facit hominibus quadam ratione probabili judicium de occultis nec casus eventibus ascribi patitur quod procuratum consiliis hominum et curiosa subtilitas intrinseca colligens manifeste convincit. Illud tamen inficiari nolumus quin absit rerum veritas a conjectis, quin a factis interdum intentio sit remota. Tamdiu certitudinis locum probabiliter obtinet violentia conjecture, tamdiu conscientie lumen siderationis umbra vel dissimulationis obducit, quamdiu dilucida probatione contrarii veritas clareat in utroque. In verbo verumtamen patris justissime miratus est filius dum id quod per industriam hominis, si tamen cardinalis est homo, in detrimentum imperii provenisse non conjectura, sed veritas manifeste testatur, serenitatem nostram impinxisse descripsit Ecclesie puritati. Absit hoc penitus a nostre conscientie gremio quod unius quantumcumque preminentis per transgressum in sacrosancte matris Ecclesie quam pontificalis vestre beatitudinis regit auctoritas, vicium inducamur. Tacere verumtamen puritas filii de matris sinceritate zelotipi non permisit quin libentissime vidissemus quod saltem ad publicam venustatem non nomina[ti] vestris litteris, nec utinam nominandi, vobis et fratribus contra nos et imperium ingratum fore processum contrarie voluntatis judicio monstraretis; nec ad hoc dilectorum amicorum nostrorum... Hostiensis episcopi et magistri T. tituli Sancte Sabine venerabilium cardinalium ad nostram presentiam transmissorum legatio (1), contradita ipsis super Lombardorum non super imperiali negotio potestate, fidem nobis facere poterat aut aliis faciebat. Nam licet istorum legatorum sequentium fides et merita [non solum] apud Deum et homines, sed apud nos maxime longe discrepent a priori, eadem tamen erat omnimode legationis istorum forma cum prima. Sicut enim per apostolica scripta recepimus, ille Silvester cum plene legationis officio venerat super negotio Lombardie, nisi quod ille pontificalibus litteris

(1) Isti duo etenim cardinales, exeunte anno praecedenti, ad partes Lombardiae post objectam episcopo Prenestino repulsam a papa missi fuerant, ut testantur auctor vitae Gregorii et litterae ipsius papae, *datae Interamne, III kalend. decemb., ann. X* (29 novemb. 1236). Vid. supra t. IV, p. 925. Forma autem ineundae pacis in litteris istis nullomodo exprimitur.

Digitized by Google

commendatior nobis istis accesserit, velut in superlativo purissimus et a se prorsus abjiciens seculi vanitates; propter quod etiam si in aliorum legatorum occursum qui tercii veniebant, H. venerabilem magistrum Sancte Marie Theotonicorum in Lombardiam destinare noluimus, vestra paternitas non miretur, velut qui ad quorumlibet legatorum nomen, legationis causa non cognita, ex predictis merito formidamus. Sed ecce ad instantiam magistri predicti, quantumcumque nostris foret presertim ad presens negociis opportunus, magistrum eumdem sub solita fidei et industrie sue fiducia, quia commune bonum Ecclesie et imperii semper zelatus est hactenus, ad sedem apostolicam destinamus (1). Et quanquam ab hoc multarum et convincibilium rationum varietas nostra consilia revocaret, ne tamen imperialis prosperitatis eventibus de humilitatis homine rapti in virus superbie subito videremur, elegimus in hac parte tam humiliter agere quam prudenter, cum nullam presertim ex alludentis nobis in talibus fortune blandiciis justam superbie causam subesse credamus. Quod enim sollicitudinis nostre laboribus suum divina potentia diebus nostris exaltat imperium, quam nostris provide possibus (*sic*) (*a*) ascribere titulis non videmus. Immo si subtiliter et efficaciter verum vellemus inspicere, major vobis ex hoc exaltationis materia deberet afferri quam nobis, ut pote cum in exaltatione Romani imperii Romana patenter exaltetur Ecclesia, unde per hoc fidei christiane cujus caput et mater esse dinoscitur, cultus extollitur et defensio procuratur. Datum Vienne super Danubium..... (*b*).

Viennae, martio. Fridericus, Romanorum imperator, abbati et conventui Sco–

(*a*) Locus mutilus; forsitan legendum : *Quomodo nostris provide possimus ascribere titulis.*

(*b*) Additur datum ex cod. Vratislasiensi.

(1) De hujus adventu Riccardus de Sancto Germano nos his verbis monet : « Mense aprilis magister domus Theutonicorum et magister Petrus de Vinea missi ab imperatore ad papam veniunt pro facto Lombardiae. »

Digitized by Google

torum apud Viennam renovat et inserendo confirmat privilegium a Liupoldo Austriae duce eisdem 27 februarii 1200 concessum, quo fundatio a duce Heinrico facta confirmatur.

(Edid. HORMAYR, *Wien's Gesch.*, t. I, pars I^a, Urkundenb., p. 77, n° XXV.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue auctori suo per quem sumpsit plenitudinem potestatis, devotionis sue rependit meritum cum ob ejus reverentiam religiosarum personarum justis supplicationibus se inclinans venerabilia ipsorum loca et in eis Domino famulantes pia studet providentia in suis justis petitionibus et libertatibus confovere. Hac itaque consideratione ducti notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod constituti coram nobis venerabilis abbas et conventus Scotorum apud Wiennam, fideles nostri, obtulerunt majestati nostre quoddam privilegium indultum eis et ecclesie sue a quondam Liupoldo duce Austrie felicis memorie, humiliter supplicantes ut idem privilegium renovare et confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor per omnia talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Leupoldus, Dei gratia dux Austrie et Styrie, universis fidelibus salutem in perpetuum. Pia et salubris est intentio qua quisque ad serviendum Deo movetur et ad bene agendum intentam habet voluntatem. Quequidem voluntas in levioribus personis et hys quibus rerum non suppetit facultas sufficit et est meritoria, quippe cum voluntas pro facto reputetur; in magnatibus vero et universis quibus copia rerum et auctoritas agendi quidlibet adminiculantur, hec eadem laudabilior est et majorem habet efficaciam cum ipsi hoc quod per bonam voluntatem concipiunt in mente ad exsequendum opere habeant facultatem. Nobis igitur universisque principibus quibus plus est commissum ut et plus a nobis exigatur, expedit ut bonam voluntatem et opera caritatis habundantius quam ceteri ad universos extendamus, maxime tamen ad religiosos et monastice professionis viros quos

Digitized by Google

secularia negotia postponentes ad obseqnia divina et cnltnm religionis observandum propensiori cura et benivolentia fovere debemus et amplecti. Pietatem itaqne antecessorum nostrornm quam circa ecclesias accnrata sollicitudine jugiter intendere consueverunt, imitari cupientes, universas ecclesias precipue tamen eas qnarum fundatores ipsi extiternnt, pro posse mantenere et promovere intendimus, etsi non plura eis conferendo, saltem ab antecessoribus nostris et aliis ipsis collata patrocinatus nostri defensione eisdem conservaudo. Cnm antem beate memorie avns noster dux Henricus exules quosdam et simplices Scotos videlicet maxime pietatis affectu collegisset, Wienne in predio sno libere fundationis jnre eos collocavit, monasterium ibidem in honore beate ac gloriose Dei genitricis Marie et beati Gregorii eisdem constrnendo et redditus ad subsidium illic Deo famnlantibus benigna devotione donavit quos in presenti pagina exprimi jussimus: duas parochias, Pulca videlicet et Echendorf cum attinentibus et capellas Wiennenses, capellam beati Petri et capellam beate Marie et capellam beati Rudberti et in Chremese capellam beati Stephani, in Tnlne capellam Sancte Crucis et unnm mansum, capellam beati Colomanni in Lovpe, in Wirochperge XII mansus cnm attinentibns, in Eberstorf XII mansus et unum dominicale, in Landendorf XVI mansns cnm attinentibus, in Hipplinsdorf XVIIII mansus cum attinentibus, in Grihtsansteten curiam villicariam cum attinentibus, in Ruspach curiam villicariam et unum mansum cnm attinentibus, in Erpurch juxta Falchenstein VIIII mansus cnm attinentibns, in Fuldramsdorf V mansns, in Swechent II mansns, in Wolfpaizzingen I mansum, in Houmat V mansus; insuper redditus quos alii fideles divine retribntionis intuitn eidem cenobio contulerunt, in Enceinsdorf XI mansus et ecclesiam et molendinnm cnm aliis attinentiis, in Ganristeine II mansns, in Unzinsdorf mansum et dimidinm, in Sconenpnhel I mansnm, in Velce II mansus, in Liucenloch II mansus, in Chirhaim IIII mansus et ecclesiam, in Gravendorf II mansns, in Dietrichesdorf II mansus cum attinentibns, in Stallarn IIII mansus, in Prunen II mansns, in Preitenvelde II mansus, in Preitenle I mansum, in Malesdorf I mansum, in Rudperthesdorf I mansum, in Scirneinsdorf II mansus, in Wolfmanesdorf I mansum, in Heimbnrc III areas. Quoniam autem pre-

dictorum fratrum simplicitas antecessorum nostrorum secura presidio a prima fundatione redditus sibi collatos sub forma privilegii in scriptum redigere neglexit, quamvis etiam in omnibus quamdiu vixerimus nostro securi possint esse patrocinio, tamen ne post decessum nostrum heredumque nostrorum, si quos per Dei gratiam sumus habituri, aliqua calumpniationis occasione vexari possint vel inquietari, omnia que a pluribus quam XL annis a parentibus nostris et ab aliis collata in pace possederunt, eis presentis pagine indicio sigillique nostri impressione subscriptioneque testium quorum nomina sunt hec confirmamus: de ordine comitum: comes Fridericus de Zolre, comes Chunradus de Hardeke, dominus Udalricus de Perneke; de ordine liberorum: dominus Werenhardus de Scowenberg, dominus Crapto de Amzinspach, dominus Chunradus de Valchenberc; de ordine ministerialium: Wicbardus dapifer, Udalricus Struno, Marquardus de Huitperc, Pilgrinus de Swartenowe, Hugo de Eigen, Heinricus de Rotenstein, Rudolfus Mace et frater ejus Chunradus, et alii multi. Datum apud Heimburc, per manus Udalrici notarii, presente domino Tittone plebano de Heimburc et domino Chunrado capellano, anno incarnationis Domini M. CC, III kalendas martii, indictione III.

Igitur pietate solita qua profectum et libertatem omnium ecclesiarum amplectimur, predictorum abbatis et conventus devotis supplicationibus annuentes, divine retributionis intuitu et pro nostre salutis augmento predictum privilegium renovamus et de plenitudine imperialis gratie confirmamus; statuentes et presentis scripti auctoritate mandantes quatenus nulla persona humilis vel alta, ecclesiastica vel mundana, contra presentis renovationis et confirmationis nostre paginam ausu temerario venire presumat. Quod qui presumpserit in vindictam temeritatis sue quinquaginta marcas auri componat, quarum media pars camere nostre, reliqua vero passis injuriam persolvatur. Ad hujus itaque renovationis et confirmationis nostre robur et memoriam perpetuo duraturam, presens privilegium fieri et typario nostre celsitudinis fecimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt: W. illustris rex Boemie, Bertholdus patriarcha Aquilegensis, Sifridus Maguntinus, Theodericus Trevirensis, Eberbardus Salzburgensis archiepiscopi, Eggebertus Babenbergensis, Sifridus

Digitized by Google

Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Ruedegerus Pataviensis, Conradus Frisingensis episcopi, Otto comes palatinus Reni dux Bawarie, Bernhardus dux Karinthie, Henricus lantgravius Thuringie comes palatinus Saxonie, Gotfridus et Conradus de Hohenloch, Conradus et Luitholdus de Hardegge, Otto de Slenze, Heinricus et Wernhardus fratres de Schowenberc, Cadoldus dapifer de Veldesperc, Hademarus et Rapoto de Schoeninberc, Hademarus de Sunnenberc, Heinricus de Prunn, Hirnifridus de Hiniperc, Heinricus de Sevelt, et alii quamplures.

Signum domini Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense martii, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Jerusalem duodecimo, regni Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Datum Wienne, anno, mense, indictione prescriptis.

Viennae, martio. Fridericus, Romanorum imperator, abbati et conventui Scotorum apud Viennam renovat et inserendo confirmat privilegium Liupoldi Austriae ducis eisdem 1° septembris 1181 indultum super exemptione de juribus *Landding* et *Marchmutte* dictis.

(Edider. B. Pez et P. Hueber, *Codic. diplom. histor. epistol.*, pars II, p. 89, n° CLI, ex autographo.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue auctori suo per quem sumpsit plenitudinem potestatis, devotionis sue rependit meritum, cum ob ejus reverentiam religiosarum personarum justis supplicationibus se

Digitized by Google

inclinans venerabilia ipsorum loca et in eis Domino famulantes pia studet providentia in suis justis petitionibus et libertatibus confovere. Hac itaque consideratione ducti, notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod constituti coram nobis venerabilis abbas et conventus Scottorum apud Wiennam, fideles nostri, obtulerunt majestati nostre quoddam privilegium indultum eis et ecclesie sue a quondam Liupoldo duce Austrie felicis memorie, humiliter supplicantes ut idem privilegium renovare et confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor per omnia talis erat :

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Leupoldus, Dei gratia, dux Austrie. Cum protectionis nostre debito universaliter omnium ecclesiarum injurias pro viribus nostris propulsare et paci ecclesiastice providere de jure debeamus, specialiter tamen illas que solum nos in suis necessitatibus respiciunt et que ad nos jure fundationis pertinent, que etiam nobis accuratius commisse sunt, amplius defensare et quieti ipsarum consulere dignum judicamus. Inde est quod nos paterne institutionis successores, in ecclesia Viennensi Scotorum existentes, paterne etiam pietatis sequi decet devotionem ut que ipsius diligentia eidem ecclesie contulit, hec et alia post hec superaddita distrahi nullatenus patiamur. Cum enim varias et diversas justitias in terra nostra jure requirere debeamus, nos tamen redditus ipsius ecclesie ab omni jure nostro tam a placito provinciali quod vulgo Lautinc dicitur quam a pabulo quod marstallo nostro solvitur scilicet Marchmutte, penitus excepimus et liberos esse in perpetuum statuimus. Inde si quidem divine contra nos indignationis offensam provocare timeremus ut quod patris nostri traditio ad eternam obtinendam salutem Deo obtulit, nos rursus ad usus nostros redire cogeremus. Ne quis autem de cetero judex sive preco sive etiam marschalcus aut quilibet officialis noster in bonis fratrum predicte ecclesie intus aut foris audeat nostre repentine (*sic*) justitie quam prorsus eis remisimus aliquid exigere, districte prohibemus et presentis scripti nostri pagina quod sigilli nostri impressione munivimus interdicimus. Testes etiam subscribentes tam liberos quam ministeriales : Chunradus comes de Raker, comes Conradus de Bilsteine, comes Leupoldus de Pleien, Otto de Lengenbach,

Digitized by Google

Ulricus de Asparn, Grafto de Amzinesbach, Ulricus de Rudenich, Hademarus de Kuneringen, Wichardus dapifer et frater ejus Chadoldus, Albertus de Phaphstaide, Otto de Burchartsdorf, Bertholdus de Ivvanstal, Ortolfus camerarius, et alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo LXXXI, regnante domino nostro glorioso Romanorum imperatore Friderico.

Datum Wienne, kalendis septembris.

Igitur pietate solita qua profectum et libertatem omnium ecclesiarum amplectimur, predictorum abbatis et conventus devotis supplicationibus annuentes, divine retributionis intuitu et pro nostre salutis augmento predictum privilegium renovamus et de plenitudine imperialis gratie confirmamus; statuentes et presentis scripti auctoritate mandantes quatenus nulla persona humilis vel alta, ecclesiastica vel mundana, contra presentis renovationis et confirmationis nostre paginam ausu temerario venire presumat. Quod qui presumpserit in vindictam temeritatis sue quinquaginta marcas auri componat, quarum media pars camere nostre, reliqua vero passis injuriam persolvatur. Ad hujus itaque renovationis et confirmationis nostre robur et memoriam perpetuo duraturam, presens privilegium fieri et typario nostre celsitudinis fecimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt : W. illustris rex Bohemie, Bertholdus patriarcha Aquilegensis, Sifridus Maguntinus, Theodericus Treverensis, Eberhardus Salzburgensis archiepiscopi, Egebertus Babenbergensis, Sifridus Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Ruedegerus Pataviensis, Conradus Frisingensis episcopi, Otto comes palatinus Reni dux Bavarie, Bernhardus dux Karinthie, Hainricus lantgravius Thuringie comes palatinus Saxonie, Gotfridus et Conradus de Hohenloch, Conradus et Luitholdus de Hardecge, Otto de Sluense, Heinricus et Bernhardus fratres de Schowenberc, Kadoldus dapifer de Veldesperc, Hademarus et Rapoto de Schoeninberc, Hademarus de Sunnenberc, Heinricus de Prunnun, Hirinfridus de Hinperc, Heinricus de Sevelt, et alii quamplures.

Signum domini Frederici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tri-

Digitized by Google

cesimo sexto, mense martii, decima indictione, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Datum Wienne, anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, ad quem ducatus Austriae et Styriae jam pervenerant, monasterio de Raitenhaslach, Cisterciensis ordinis, privilegium a Liupoldo, quondam duce Austriae et Styriae, anno 1207 indultum, ad amovendam suspicionem, quae ex confractione sigilli poterat suboriri, renovat. Apud Viennam, martio.

(Edit. ap. *Monum. Boic.*, t. III, p. 134.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Suadente religionis cultu nostra clementer inducitur celsitudo ut piis religiosorum petitionibus favorabiliter annuamus. Hinc est quod tenore presentium notum fieri volumus universis quod fratres de Raitenhaslach Cisterciensis ordinis, fideles nostri, presentaverunt nostre curie quoddam scriptum quod a clare memorie Leupoldo quondam duce Austrie ipsis fuit clementer indultum; serenitati nostre humiliter supplicantes quatenus quod sigillum eidem scripto appositum erat pro majori parte confractum, ut dictum scriptum renovare et de nostra confirmare clementia dignaremur; cujus scripti tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Leopoldus, Deí gratia dux Austrie atque Styrie, omnibus fidelibus in perpetuum. Quoniam Deo annuente et id ipsum sua nobis dignatione habundantius suggerente nihil horum que pater meus necnon et dilectus frater meus Fridericus successor suus pro reverentia et honore omnipotentis Dei et omnium

Digitized by Google

sanctorum, pro redemptione animarum suarum statuerunt et datis privilegiis perpetuo confirmarunt, annullare vel detractare nec volumus nec possumus; quin etiam ut benefactorum ipsorum communionem in presenti simul et futuro habeamus, quecunque illi fecere fideliter et devote suis temporibus hec eadem et nos donatione privilegii et impressione sigilli nostri confirmare curabimus, videlicet ut fratres de Raitenhaslach liberum transitum habeant Chremsa, Persnburg et Mauthausen, vel ad quemcumque locum eadem muta jussu ducum Austrie in futurum transferatur sine diminutione juris fratrum predictorum fiat; et quia volumus ut elemosina nostra libera sit et plenaria, mutariis interdicimus omnem de eisdem venerabilibus fratribus exactionem preter jus suum quod sunt XII denarii vel aliquod xenium quod pro eisdem numis constare poterit, et hoc tantum semel in ascensu navium ipsorum fiat. Quod si quisquam eorum predictos fratres contra hec nostra statuta ullo modo angariaverit vel ab incepto itinere quocunque modo retardaverit, quinquaginta libras argenti in cameram nostram pro tali presumptione appendat, salvo jure fratrum permanente, nostraque inviolabiliter donatione deinceps perseverante. Horum testes sunt : Eberhardus archiepiscopus [Salzburgensis] Apostolice Sedis legatus, Albertus Salzburgensis prepositus, Hartmannus de Sunger, Wichardus dapifer, Wicherus Zelkinger, Marquardus de Hinperch, Hainricus de Prunen, Adelolfus et frater suus Hartungen, et alii quamplures.

Acta sunt autem hec anno ab incarnatione Domini MCCVII, indictione X, in Neunburch.

Nos igitur ad quem predictorum ducatuum optenta munere dispensationis divine possessio jam pervenit, tanto ad exequendum preces servorum (*a*) Dei benignius inclinati quanto gratiores effici cupimus coram Deo de cujus plenitudine recepimus universa, presentatum curie nostre scriptum predicti ducis ad amovendum omnem suspicionem que pro confractione sigilli poterat suboriri, scribi et innovari mandavimus, illud et omnia que continentur in eo de superhabundanti gratia confirmantes.

(*a*) In impresso *suorum*, male.

Digitized by Google

Quapropter universis presentis scripti mandamus edicto quatenus juxta predicti ducis donationem et confirmationem nostram, indultam eisdem fratribus gratiam inviolabiliter observetis nec contra presentis innovationis et confirmationis nostre tenorem venire aliquatenus presumatis. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad cujus innovationis et confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum, presentem paginam fieri fecimus nostro sigillo munitam.

Hujus rei testes sunt : Salzburgensis, Moguntinus archiepiscopi, Babenbergensis et Ratisponensis imperialis aule cancellarius episcopi, O. dux Bavarie, B. dux Karintie et lantgravius Thuringie principes, comes Hainricus de Ortenberch, Rapoto palatinus de Ortenberch, Sifridus Frumesel, Wernhardus comes de Leonberch, Ekkardus de Tanne, Gerhonch (a) de Bercheim, et alii quamplures.

Acta sunt hec apud Wiennam, anno dominice incarnationis MCCXXXVII, mense martii, X indictione.

Fridericus, Romanorum imperator, judicibus et mutariis per ducatum Austriae constitutis mandat ut canonicis capituli Pataviensis libertatem observent, quam habent, ipsis indultam a duce Liupoldo super vectigalibus vini et victualium ipsorum per loca mutarum circa Danubium. Apud Viennam, martio.

(Editum ab Hormayr, *Jahrbüch. der litterat.*, XL band, s. 137. — Et ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 255, num. DCCXLVII, ex originali, unde sigillum hinc inde in ora laesum appendet ex segmento membranaceo.)

Fr[idericus], Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis judicibus et mutariis per ducatum Austrie constitutis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Ex parte prepo-

(a) Sic, verisimiliter pro *Geruncus*.

Digitized by Google

siti, decani et capituli Pataviensis ecclesie fidelium nostrorum nostro fuit culmini supplicatum ut gratiam et libertatem ab illustri duce Liuboldo felicis memorie super vectigalibus vini et victualium suorum per loca mutarum circa Danubium ipsis et ecclesie sue indultam, conservare eis de nostra gratia faceremus. Nos itaque justis ac devotis eorum precibus annuentes, ac volentes dictis canonicis et ecclesie Pataviensi propter devota sua merita eandem libertatis gratiam conservare, universitati vestre mandamus firmiter precipientes, quatenus eandem gratiam et libertatem quam indultam sibi ex privilegio ejusdem ducis allegant, per loca mutarum juxta tenorem ipsius privilegii eisdem preposito, decano et capitulo super vectigalibus vini et victualium suorum felici nostro tempore observetis, ut vestra super hoc possit devotio commendari.

Datum apud Wiennam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense marcii, X indictionis.

Viennae, martio.

Fridericus, Romanorum imperator, monasterio Richersbergensi privilegium Liupoldi quondam ducis Austriae et Styriae, datum 9 martii 1203, inserendo renovat ac confirmat.

(Edit. ap. *Monum. Boic.*, tom. IV, p. 444, n° 41.)

Fridericus, Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Accedentes ad presentiam nostram honorabiles Chuno prepositus et conventus de Richersperge, fideles nostri, obtulerunt culmini nostro quoddam scriptum patens indultum eis a quondam Leupoldo duce Austrie et Styrie felicis memorie, supplicantes humiliter majestati nostre ut divine pietatis intuitu paupertati dicti monasterii misericorditer consulentes idem scriptum renovare et confirmare de pietatis nostre gratia dignaremur; cujus tenor per omnia talis erat :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Luipoldus, Dei gratia dux Austrie ac Styrie, universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Cum

Digitized by Google

ea qne ad honorem Dei et superne cultum pietatis expediunt et conducere videntur, promovere ac sublimare snmmopere teneamur, divina nobis providente misericordia liberalitatis nostre donacionem ecclesie in Richersperge conferre pium decrevimus. Hinc est qnod universitatem tam presencium quam futurorum latere nolumus qnod in honorem Sancte Marie Sanctique Michaelis, pro remedio animarum videlicet pie recordationis patris nostri ducis Luipoldi fratrisque ducis Friderici ac omnium parentum seu antecessorum nostrorum, obtentu Ortolfi ejusdem loci tunc celerarii, omninm rernm mobilium per terras nostras sine omni vectigalium aut pedagiorum exactione libertatem transitus eidem ecclesie contulimus et indulsimus. Ut autem hec liberalitatis nostro donatio rata et inconvulsa in perpetuum perseveret, presentem paginam sigilli nostri impressione testiumque subscriptione roborari jussimus quorum nomina sunt hec: Krafto de Anzinspach, Walchunus de Wasenperch, Chunradus de Lapide, Wikardus dapifer et filii sui, Wigandus de Chlambe, Ditmarus de Liechtensteine, Otto de Lewbin, Albero de Grimmenstein, Heinricus de Tumbenowe, Ortolfus de Atzinprukke, Ditmarus marschalcus et alii quamplures. Datum Newenburch, anno incarnacionis Domini M. CCIII, indictione VI, septima idus marcii.

Nos itaque pietate moti qua omnium locorum venerabilium et religiosarum personarum justis petitionibus favorabiliter inclinamur, dictorum prepositi et conventus supplicationibus annuentes, idem scriptum indultum eis per eundem Luipoldum ducem felicis recordationis de plenitudine imperialis pietatis renovamus et salubriter confirmamus, mandantes et presentis scripti auctoritate precipientes quatenus nullus sit qui contra presentis renovationis et confirmationis nostre paginam venire presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ad hujus itaque renovationis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

Hujus rei testes sunt venerabilis..... patriarcha Aquilegiensis, Sifridus Maguntinus, Theodericus Treverensis et Eberhardus Salzburgensis archiepiscopi, E. Babenbergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius

episcopi, O. dux Bavarie comes palatinus Reni, Wernhardns dux Karinthie, H. lantgravius Thuringie, Gotfridus de Hohenlocb, Chnnradus burgravins de Nuremberch, et alii quamplnres.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXVI, mense marcii, X indiccionis, imperante domino nostro Friderico II, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper angnsto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno XVII, regni Jerusalem XII, regni vero Sicilie XXXVIII, feliciter. Amen.

Datum Wienne, anno, mense, indiccione prescriptis.

Apud Viennam, martio.

Fridericus, Romanorum imperator, mandat judicibus et mutariis suis per Austriam et Styriam ut privilegium Liupoldi quondam ducis praeposito ac conventui de Richersperg conservent.

(Edtt. ap. *Monum. Boic.*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 567, e cod. memb. monast. Richersp., anno 1420 conscripto, fol. 32 *b*.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis judicibus et mutariis suis per dncatus Anstrie et Styrie constitutis fidelibus suis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ex parte honorabilis prepositi et conventus de Richersperge fidelium nostrorum nostro fuit culmini humiliter supplicatum nt gratiam et libertatem ab illnstri duce Luipoldo felicis memorie dnce Austrie ac Styrie super vectigalium et pedagiornm exactionem omnium rerum suarum mobilium (*a*) ecclesie sue indultam, nostre approbationis dignaremur munimine confirmare. Nos itaque pietate solita qna personis religiosis favor noster adesse consnevit, devotis eorum precibus favorabiliter inclinati, gratiam et libertatem quam ab eodem duce Leupoldo in suis hactenus obtinuerunt privilegiis in deductione rerum

(*a*) Sensus obscurus, sed infra explanatus.

Digitized by Google

suarum mobilium sine vectigalium et pedagiorum exactione eisdem preposito et conventui de nostre pietatis gratia confirmantes, mandamus et presentium auctoritate precipimus universis quatenus gratiam et libertatem eamdem presentis approbationis nostre munimine roboratam juxta formam privilegii sui predictis preposito et conventui de Richersperge more solito salubriter conservetis, ut justam de vobis non habeant materiam conquerendi.

Datum apud Wiennam, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVI, mense martii, X indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, universis judicibus et mutariis per ducatum Austriae et Styriae constitutis mandat ut exemptionem de vasis vini monasterio Sancti Petri de Salzburg a duce Liupoldo concessam et a se ipso confirmatam inviolabiliter conservent. Apud Viennam, martio.

(Edit. ap. *Noviss. chron. monast. Sancti Petri Salzb.*, p. 269.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis judicibus et mutariis per ducatum Austrie et Styrie constitutis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Supplicarunt celsitudini nostre venerabilis abbas et conventus Sancti Petri de Salzburc fideles nostri ut gratiam et libertatem ab illustri duce Liupoldo felicis memorie super vectigalibus triginta vasorum vini, que nec plus quam quadraginta nec minus quam triginta urnas capiant, per loca mutarum ecclesie sue indultam (1) tam in aquis quam in terris, approbare et

(1) Datum Salzburgi, anno incarnationis dominicae MCCXV, indictione III, XV kalendas augusti (*ibid.*, p. 254). Confirmatum autem a Friderico Austriae duce Liupoldi filio apud Niunburg, anno incarnationis Domini M. CC. XXXVIIII, mense novembri, tertiae decimae indictionis, praesentibus episcopis Pataviensi, Frisingensi, Seccoviensi (*ibid.*, p. 269).

conservare eis de nostra gratia dignaremur. Nos itaque pietate solita qua personis religiosis favor noster adesse consuevit, dictorum devotorum nostrorum precibus inclinati graiam et libertatem eamdem favorabiliter approbantes et conservare volentes, universitati vestre mandamus et precipimus quatenus juxta tenorem privilegii dicti ducis libertatem sive gratiam eisdem indultam et a nostra celsitudine approbatam de premissis vasis vini tam in aqnis quam in terris per loca mutarum nostrarum inviolabiliter eis et suo monasterio conservetis. Quicunque autem eosdem fratres contra presentis scripti tenorem gravare presumpserit, offensam nostram se noverit incursurum.

Datum apud Wiennam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense marcii, decime indictionis.

Apud Viennam, april.

Fridericus, Romanorum imperator, fratribus Sancti Nicolai in Patavia inserendo renovat atque confirmat libertatem a vectigalibus, a duce quondam Austriae Liupoldo anno 1203, 7 aprilis, illis concessam.

(Edit. ap. Hund, *Metrop.*, t. II, p. 550, et ap. *Monum. Boic.*, t. IV, p. 343.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator [semper] augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Tenore presentium notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod fratres Sancti Nicolai in Patavia presentarunt nostre curie quoddam scriptum quod a clare memorie Leupoldo quondam duce Austrie ipsis fuit clementer indultum; serenitati nostre devotissime supplicantes quatenus dictum scriptum renovare et de nostra confirmare clementia dignaremur. Cujus scripti tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Leupoldus, Dei gratia dux Austrie ac Stirie, universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Excellentia sublimitatis desuper nobis collate ut ea que ad usum et profectum ecclesiarum conducunt et expediunt attentius promovere studeamus,

Digitized by Google

deposcere videtur. Huic enim consonat et applaudit quod dicitur : « ab eo plus exigitur cui plus comititur. » Multitudinem ergo commissorum nobis sincera mentis intentione diligenti consideratione perpendentes et divina revolventes percunctatione, peccatorum nostrorum vulneribus cujusdam medicaminis cauterium adhibere pium statuimus. Pro remedio enim animarum videlicet pie recordationis patris nostri ducis Leupoldi fratrisque nostri ducis Friderici nostreque salutis intuitu, fratribus in domo Sancti Nicolai Pataviensis Deo inibi militantibus, ob venerationem reliquiarum ibidem reconditarum, libertatem per terras nostras omnium rerum suarum mobilium transitus omnium vectigalium exactione semota contulimus. Ut autem hec liberalitatis nostre donatio rata et inconvulsa permaneat, presenti pagina sigillique nostri charactere ac testium annotatione quorum subscripta nomina sunt roboravimus : dominus Dietricus prepositus in Neunburch, dominus Sigehardus prepositus in domo Sancti Ypoliti, dominus Wicbardus prepositus in Ranshoven, dominus Pertholdus prepositus in Voranve, dominus Wisinto prepositus in domo Sancti Georgii, dominus Syfridus plebanus in Helaenprunn; de ordine liberorum Ulricus de Pernecke, dominus Wachimus de Waesenburch; de ordine ministerialium Wicbardus dapifer et filius ejus Catoldus, Dietmarus de Chacrnerprunn, Rudolfus de Potendorf, Henricus de Tumbenaue, Gotfridus camerarius, Adoldus dapifer. Datum per manus Danielis notarii apud Neuenburch, anno incarnationis MCCII, indictione VI, VII idus aprilis.

Nos igitur ipsorum supplicationibus misericorditer annuentes, predictum scriptum et omnia que continentur in eo de verbo ad verbum scribi et innovari mandamus et de nostre plenitudine gratie duximus confirmandum. Quapropter universis presentis scripti mandamus edicto quatenus juxta predicti ducis donationem et confirmationem nostram, eisdem fratribus indultam graciam inviolabiliter observetis nec contra presentis innovationis et confirmationis tenorem venire aliquatenus presumatis. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo valiturum presentem paginam fieri fecimus nostro sigillo munitam.

Hujus autem rei testes sunt : venerabiles Salzburgensis et Moguntinus

archiepiscopi, Pabenburgensis, Ratisponensis imperialis aule cancellarius et Frisingensis episcopi, Otto Bavarie et... Carinthie duces, burggravius de Nurembercb, G. de Hoenloch, et alii quamplures.

Acta sunt hec apud Viennam, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII (a), mense aprili, X indictione.

Apud Viennam, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, fratres Sancti Nicolai in Patavia sub specialem suam et imperii recipit protectionem.

(Editum ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 257, num. DCCL, ex originali unde sigillum in tota ora sinistra laesum appendet ex filis sericis purpurei ac flavi coloris.)

Fr[idericus], Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Supplicarunt celsitudini nostre fratres Sancti Nicolai in Patavia fideles nostri ut ipsos et ecclesiam eorum cum omnibus bonis suis sub specialem protectionem nostram et imperii recipere dignaremur. Nos vero cum personas et ecclesias Deo dicatas ab illicitis molestatoribus et malignorum insultibus non immerito defendere teneamur, ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati, predictos fratres, ecclesiam et omnia bona eorum, que in presentiarum juste tenent et possident vel in futurum justo acquisitionis titulo poterunt adipisci, sub protectionem nostram et imperii recepimus specialem. Inbibentes firmiter universis, quatinus nullus sit qui predictos fratres aut ecclesiam in bonis suis, contra hujus protectionis nostre paginam presumat temere molestare. Quod qui presumpserit, nostre majestatis offensam se noverit incursurum.

Datum aput Wienam, anno dominice incarnationis M. ducentesimo tricesimo septimo, mense aprilis, decime indictionis.

(a) In libro impresso *MCCXLVII*, male.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, monasterio Metmensi (Metten) privilegium a Luipoldo quondam duce Austriae anno 1198, 18 augusti, concessum inserendo renovat et confirmat. Viennae, aprili.

(Edit. ap. *Monum. Boica*, t. XI, p. 443; pendebat sigillum filis sericis flavi et rubri coloris implicatum.)

Fridericns, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Tenore presentium notnm fieri volnmus universis imperii fidelibns tam presentibns quam futuris quod fratres Metmensis monasterii ad nostram curiam accedentes quoddam scriptnm a clare memorie Luitpoldo quondam duce Austrie ipsis clementer indultnm nostro culmini presentarunt, humiliter supplicantes ut scriptum predictum renovare et de nostra confirmare clementia dignaremur; cujus scripti tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Luipoldus, Dei gratia dux Austrie et Styrie, omnibus Christi fidelibns salntem in perpetuum. Benevolentiam quam generaliter ad ecclesias virosqne religiosos et sacra undique loca extendere debemus, ecclesiis ad nos spectantibus tanto promptius impendere debemus quanto familiariore jure adstricti nos vobis esse videmur. Eo igitur intuitn Metmensi ecclesie quam ratione fundationis majori delectationis affectu amplecti debemus ejusdemque ecclesie fratribus in transducendis bonis ipsornm apud thelonea sive mutas nostras hoc ipsum juris donavimus quod a beate memorie patre nostro duce Liupoldo fratreqne nostro dnce Friderico habuerunt, cum et nos in bonis actibus eos imitari cupiamus, videlicet ut singulis annis supradicte ecclesie fratres pro omnibns bonis ipsorum qne apnd mutas nostras transducnntur nonnisi XXXII nummos apud Steine et totidem apnd Ipspurch vel quocumque mnta nostra transferatur persolvant. Insuper Anasi apnd mutam nostram qne dicitnr Furvart singulari nostra donatione

liberum eis transitum concedimus. Ut autem hoc jus nostre donationis stabile eis in posternm observetur, presentem paginam scribi sigillique nostri caractere roborari subscriptioneque testium quorum nomina sunt hec muniri jussimus : domnus Chuonradus cappellanus, Wolfgangus cappellanus, Krafto de Ancinspach, Wernhardus de Schowenberch, Wichardus dapifer, Otto de Harlouwe, Heindericus de Buorf, Hugo de Ottensteine, Vuolricus de Kunegesprunne, Ortolfus de Ramensteine. Datnm per manns Volrici notarii apud Plaedlingen super Iscrmos, anno ncarnationis Domini M. C. XCVIII, XV kalendas septembris.

Nos igitur ipsorum supplicationibus misericorditer annuentes predictum scriptum scribi et renovari mandavimus, illud et omnia que continentur de superhabnndanti gratia confirmantes. Quapropter universis presentis scripti mandamus edicto quatenus juxta predicti ducis donationem et confirmationem nostram indultam eisdem fratribus gratiam inviolabiliter observetis nec contra presentis innovationis et confirmationis nostre tenorem venire aliquatenus presumatis. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad cujus innovationis et confirmationis nostre memoriam et robnr perpetuo valiturum presens scriptum fieri et sigillo nostre majestatis jussimns communiri.

Hujus rei testes sunt venerabiles Salisburgensis et Moguntinus archiepiscopi, Babenbergensis, Ratisponensis et Frisingensis episcopi, Bavarie et Karinthie duces, langravius Thuringie, marchio de Baden, burgravius de Nuremberc, Godefridus de Hoenloch, et alii quamplnres.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo XXX septimo, mense aprili, X indictione, imperante domino nostro Friderico II excellentissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, Romani imperii anno decimo octavo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie trigesimo septimo, feliciter. Amen.

Datum Wienne, anno, mense et indictione prescriptis.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, monasterio de Seitenstetten privilegium a Luipoldo Austriae et Styriae duce eidem conventui indultum de restitutionibus et confirmationibus ibidem expressis anno 1203, renovat et confirmat. Apud Viennam, aprili.

(Edid. HORMAYR, *Archiv für Geschichte, Statistik*, etc., ann. 1827, p. 504.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Suadente religionis cultu nostra clementer inducitur celsitudo ut piis religiosorum petitionibus favorabiliter annuamus. Hinc est quod tenore presentium notum fieri volumus universis quod fratres de Sitansteten fideles nostri presentarunt nostre curie quoddam scriptum quod a clare memorie Luipoldo quondam duce Austrie ipsis fuit clementer indultum, serenitati nostre humiliter supplicantes quatenus dictum scriptum innovare et de nostra confirmare clementia dignaremur; cujus tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Luipoldus Dei gratia dux Austrie et Styrie universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in perpetuum. Quia omnis potestas est a Deo qui pius est et justus, nos et omnes qui ab ipso majorem inter homines potestatem accepimus, ipsum recognoscere et ad eum respicere magnopere debemus ut in ipso et per ipsum justitiam et misericordiam conservantes ejus semper muniamur auxilio et ab eo nunquam in perpetuum separemur. Quapropter nos et omnes parentes nostri ut omnium peccatorum nostrorum remissionem ab omnipotenti Deo consequamur, decimationes apud Sunilburg (1) fratribus de Sitansteten jamdiu injuste ablatas eidem monasterio devota mente restituentes, longam injuriam ad equitatem revocare curavimus et propter venerabilem ejusdem loci abbatem omnia que vel nos vel parentes nostri

(1) Locus situs juxta *Wallsee*.

Digitized by Google

eidem ecclesie contulimus, capellam scilicet apud Rebegove (1) et fodrum quod de bonis ipsorum habere possemus; et ut bona ipsorum sive per terram sive per aquam sine omni thelonei exactione liberum habeant transitum, et ut omnes quoque ministeriales nostri bona sua pro peccatis suis nostra permissione et licentia eidem monasterio libere contradant, hec inquam omnia jure perpetuo jamdicte ecclesie indulsimus et larga manu donavimus, et ne in posterum alicujus astutia vel malicia hec nostra donatio possit infringi vel deleri, universa hec in carta describi et sigilli nostri impressione muniri precipimus. Et ut in perpetuum rata et inconvulsa permaneant, omnes quorum nomina subjuncta sunt in testimonium illis adhibuimus : Crafto de Emcensbach, Ulricus de Pernecke, Hademarus de Kunring, Wichardus dapifer, Wichardus de Zebingen, Gundackarus de Styra, Ulricus Struno et alii quamplures. — Datum Nuenburc, anno incarnationis M. CC. III, indictione VI.

Nos itaque devotis ipsorum supplicationibus benignius inclinati, presentatum curie nostre scriptum predicti ducis scribi et innovari mandavimus, illud et omnia que continentur in eo de superhabundanti gratia confirmantes. Quapropter universis presentis scripti mandamus edicto quatenus juxta predicti ducis collationem et confirmationem nostram, indultam eisdem fratribus gratiam inviolabiliter observetis nec contra presentis innovationis nostre et confirmationis tenorem venire aliquatenus presumatis. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad cujus innovationis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presentem paginam fieri fecimus nostro sigillo munitam.

Hujus autem rei testes sunt Salzeburgensis et Moguntinus archiepiscopi, Babenbergensis, Ratisponensis imperialis aule cancellarius, et Pataviensis episcopi, burgravius de Nurembere, Godefridus de Hoenloch, de Hardecke et de Bleien comites, Heinricus de Prunne et Irnfridus de Hunperc, et alii quamplures.

(1) In superiori Austria juxta *Voklabruck*.

Digitized by Google

Datum apud Wiennam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense aprili, decima indictione.

Fridericus, Romanorum imperator, civitatem Viennensem ob civium fidelitatem et Friderici ducis Austriae oppressiones innumeras, in suam et imperii ditionem immediate recipit, libertates ejus confirmat, judicem in ea instituit, novaque privilegia impertitur : scilicet de servitio exhibendo, de judaeis, de actionibus civibus intentatis, de duello, de studio regendo, de advenis et de naufragiorum reliquiis. Viennae, aprili.

(Edid. Lunig, *Reischsarchiv*, t. VII, p. 265. — *Steyerer comm.*, p. 437. — Lambacher, *Oestr. interr.*, p. 10. — Hormayr, *Wiens Gesch.*, t. I, 2ª pars, p. 26, nº 50, qui quidem prioribus rectius, non tamen omnino perfectum exhibuit. Nunc autem collatum cum *Archiv für Kunde oesterreichischer Gesch.*, Zehnter Band, p. 125, et cum cod. Biblioth. Cesar. Vindob., nº 915 (nunc 2733), *Hist. prof.*, fol. 105 recto, 107 verso, *et cod.* S. II, p. 449, nº XI.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Romanum imperium ad tuitionem fidei et diversarum gentium moderamina per eum qui celestia simul et terrestria moderatur, filium summi regis qui condit regna et firmat imperia, summe dispensationis munere constitutum, ex dispensatione divina robur et regimen sue dignitatis accepit ut subjectos sibi populos in opulentia pacis et favore justitie foveat, fidem provehat, perfidiam persequatur, humiles protegat, sublimes humiliet et fastuosos, oppressiones relevet subditorum, ab improbis et ingratis dominis quos excessuum commissorum enormitas indignos imperio representat, materiam bonorum (a) subtrahat, per que Deo et hominibus

(a) Alibi *honorum*.

se prorsus efficiunt odiosos et desuper sortem justorum virgam auferat (*a*) iniquorum. Ea propter noverit presens etas et futura posteritas quod nos attendentes quam fideliter et devote cives Viennenses fideles nostri universi pariter et singuli magni et parvi nostrum et imperii dominium sint amplexi, jugum oppressionis et injustitie declinando quibus Fridericus quondam dux a suorum progenitorum probitate degenerans, oblitus devotionis et fidei civium predictorum, contempta imperii et nostra reverentia, in juris injuriam contra eos per fas et nefas enormiter seviebat exercens indifferenter in omnes pro judicio voluntatem, ratus cuncta sibi licere pro libitu, pauperes aggravans, divites inquietans, pupilli causam et vidue non admittens, spolia omnium sitiens et diversas neces excogitans in personas nobilium et virorum quamplurimum honestorum. Considerantes insuper qualiter iidem cives devotione promptissima et fide sincera se nobis et imperio indissolubiliter alligarunt, et quod nostra interest commissum nobis populum, utpote qui pro ejus salute ac de commissa nobis reipublice cura et universitatis regimine generali, tenemur summo regi reddere rationem, potentis dextere subsidio relevare, dictam civitatem et cives in nostram et imperii perpetuo et irrevocabiliter recipimus dicionem, ut ammodo in nostris [et] regum et imperatorum successorum nostrorum manibus teneantur, et quod nunquam per concessionem alicujus beneficii de nostra et imperii transeant potestate; quin potius speciali nostro et imperii munimine, munificentie nostre privilegiis, libertatum et bonarum approbatione consuetudinum, quasi pro fidei eorum pignore velud murorum propugnaculis muniantur. Statuimus igitur et presentis privilegii auctoritate sanctimus ut ammodo in eadem civitate judex singulis annis per nos reges et imperatores successores nostros, communicato ad hoc si necesse fuerit consilio civium, statui debeat, qui pro honore et fidelitate (*b*) nostra sufficiens et ydoneus videatur ad idem officium exercendum; presenti prohibentes edicto quatenus nullus judex a nobis vel a rege seu ab aliquo successorum nostrorum pro tempore constitutus nostra vel alicujus successoris nostri vel sua pre-

(*a*) Alibi *afferant*, male.

(*b*) Alibi *et utilitate*, minus recte.

Digitized by Google

sumat auctoritate talliam quamque seu precariam (*a*) in predictos cives facere nec eos impetere sive cogere ad aliquid nobis seu nostris successoribus exhibendum, nisi quod et quantum dare voluerint de spontanea voluntate. Preterea ex abundantia gratie indulgemus ut nemini liceat prenotatos cives ad aliquod servicium ultra progredi cogere quam ut eo die quo clara luce de domibus suis exierint, cum splendore solis regredi permittantur. Ad hec catholici principis partes fideliter exequentes, ab officiorum prefectura Judeos excipimus, ne sub pretextu prefecture opprimant christianos, cum imperialis auctoritas a priscis temporibus ad perpetrati (*b*) judaici sceleris ultionem eisdem judeis indixerit perpetuam servitutem. Declaramus insuper et observari censemus ut si quando contra quemquam civium civilis seu criminalis actio intemptatur, secundum jura et approbatas consuetudines civitatis ejusdem a civibus judicetur, lese majestatis crimine vel prodende civitatis excessu dumtaxat exceptis, in quorum animadversionem velut detestabilium criminum licite cives et exteros mandamus admitti. De duello vero si quis civis impetitur, si septima manu honestarum personarum expurgare se poterit, eum ab impetitione duelli decernimus absolutum. Volentes etiam commode studio provideri per quod prudentia docetur in populis et rudis etas instruitur puerorum, potestatem damus plenariam magistro qui Wienne per nos vel successores nostros ad scolarium regimen assumetur ut alios doctores in facultatibus substituat de consilio virorum prudentium civitatis ejusdem, qui habeantur sufficientes et ydonei circa suorum studium auditorum. Ceterum ut sub augustalis felicitate dominii continuum eadem recipiat nostra imperialis civitas incrementum, statuimus ut omnes incole et advene ibidem inhabitare volentes in nostra et imperii dominatione sub tuta et libera lege ab omni servili conditione liberi vitam agant, qui videlicet per annum et diem sine alicujus impetitione se pro civibus tenuerunt (*c*) secundum jura et approbatas consuetudines civitatis. De in-

(*a*) Alibi *portariam*, male.

(*b*) In privilegio pro civibus Novae Civitatis legitur *ad perpetuam*, quod rectius arbitramur.

(*c*) Alibi *pro civibus tenti fuerint*.

nata quoque clementia sedis nostre que pacem et justitiam comitatur in principe, decernimus et mandamus ut si quandoquidem aliquis Wiennensium civium naufragii casum incurrerit, res suas quas ab impetu torrentis manus hominis absportaverit, libere possit repetere et habere a quolibet detentore, cum indignum penitus censeamus immisericorditer reliquias naufragii detineri per hominem, quibus rapacis fluminis seviens unda pepercit. Statuimus itaque et presentis auctoritate privilegii prohibemus quatinus nullus dux, marchio, comes, advocatus, scultetus vel aliqua persona ecclesiastica vel mundana, humilis vel sublimis, contra prescripte gratie ac concessionis nostre tenorem venire presumat. Quod qui presumpserit in vindictam temeritatis sue C libras (*a*) auri se compositurum agnoscat, medietatem videlicet camere nostre et reliquam passis injuriam persolvendam. Ad quorum omnium predictorum memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri fecimus et bulla aurea typario majestatis nostre impressa jussimus insigniri.

Testes autem hujus rei sunt (1) : venerabiles Sifridus Maguntinus, Eberhardus Salzburgensis archiepiscopi, Ekbertus Babenbergensis, Syfridus Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Rudgerus Pataviensis, Chunradus Frisingensis episcopi, Otto comes palatinus Rheni dux Bavarie, Henricus lantgravius Thuringie comes palatinus Saxonie, Bernhardus dux Karinthie, comes Henricus de Hartenberg (*b*), Hermannus marchio de Baden, Chunradus burgravius de Nurenberch, Gotfridus de Hohenloch, Fridericus de Thruhendingen, comes Hermannus de Dillingen, comes Hermannus de Ortenburg (*c*), comes Wilhelmus de Heunberg (*d*), comes Chunradus de Hardeck, Henricus de Schaumberg, Henricus de Brunne (*e*),

(*a*) Alibi *marcas;* ap. *Archiv* quoque *libras.*
(*b*) Alibi *de Hortenberg* seu *Horlenberg.*
(*c*) Alibi *de Orlenburg*, male.
(*d*) Alibi *Heunenburg* sive etiam *Heimenberg.*
(*e*) Alibi *de Prume.*

(1) In primo codice sicut et in impressis desunt nomina testium et loci notatio quae ex secundo exhibemus, quum originale jamdudum deperditum fuerit; vetustissima hujus privilegii copia de anno 1320 extat in chartulario nunc vocato *Eisenbuche.*

Digitized by Google

Irnfridus (*a*) de Hintperch, Hadmarus de Sunnenberch, et alii quamplures.

Datum Wienne, anno dominice incarnationis M° CC° XXXVII°, mense aprilis, decime indictionis, imperii nostri (*b*) anno XVIII°, regni Jerusalem XII°, regni vero Sicilie XXXVIII°, feliciter. Amen.

Fridericus, Romanorum imperator, Novam Civitatem juxta Wiennam in suam et imperii ditionem immediate recipit, eique eadem privilegia et libertates quas Viennensibus contulit impertitur. Apud Wiennam, april.

(Edider. Hormayr, *Archiv* ad ann. 1828, p. 313. — Hugo, *Die Mediatisirung*, p. 287; ambo tamen mendose, dum praeterea confirmationem ab ipso Friderico secundo indultam exhibeant sub his quae omnem sensum excedunt chronologicis notis : *Acta sunt hec in castris apud Wiennam anno incarnationis dominice MCCLI, decime indictionis*. Unde liquet eos exemplaribus valde adulteratis usos fuisse (1).)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Romanum imperium ad tuitionem fidei, etc. [*Sequitur de verbo ad verbum sicut in privilegio praecedente, nisi quod* pro cives Viennenses fideles nostri *legitur* cives Nove Civitatis fideles nostri *et caetera, mutatis mutandis.*]

(*a*) Alibi *Janfridus*, male.
(*b*) Forma prorsus insolita neque ad fidem originalis chartae accommodata.

(1) Hoc privilegium valde dubium ex aliis etiam causis habendum censemus. Fridericus enim Austriae dux, tunc imperatori rebellans, apud Novam Civitatem (Neustadt), ut infra videre erit, assidue morabatur, ubi etiam anno 1239 sororis suae nuptias cum Thuringiae landgravio celebravit. Qua mente imperator tanta liberalitate erga cives sibi adversantes usus fuerit non bene comperimus, nisi conjiciamus quod hac arte eosdem sibi alliciendos Fridericus speraverit.

Digitized by Google

Testes autem hujus rei sunt, etc., *ut supra* (*a*).

Signum domini nostri Friderici secundi, Dei gratia Romanorum imperatoris invictissimi semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII, mense aprilis, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno XVIII, regni Jerusalem XII, regni vero Sicilie XXXVIIII, feliciter. Amen.

Tunc dictus Fridericus dux terrore imperialis fortitudinis non concussus, cum paucis qui sibi adhaeserant in oppidum quod dicitur Nova Civitas se recepit, exinde pro sua defensione quae poterat exercendo. Imperator itaque cernens quod Fridericus dux parvipenderet illata nec curaret gratiam imperii quaerere, recessit ab Austria, relinquens ibi capitaneos Ekkebertum Babenbergensem episcopum et de Heuneberch et de Eberstein et de Nurnberch comites. HERMANN. ALTAICH., ap. BOEHMER, *Fontes*, t. II, p. 504.

[Circa aprilem.] Fridericus, Romanorum imperator, fidelibus suis Alsatiae nuntiat se versus partes illas mox adventurum, monens ut sibi et exercitui suo omnia necessaria ministrare procurent.

(Inedit. ex codice Biblioth. Cesar. Vindob., dicto *Philol.*, n° 305, fol. 133 verso.)

Fredericus, etc. Licet ex presentia nostra (*b*) in ducatibus Austrie et Styrie per quos noviter nostro dominio applicatos potentia nostra est

(*a*) Testium nomina apud Hormayr desunt.

(*b*) In codice additur *est ita*, quae interpolata videntur.

Digitized by Google

dilatata, non modicum nobis profectus multipliciter promittatur, Alsatiam tamen, a vice hereditatis nostre funiculum quem inter alia jura nostra patrimonialia cariorem habemus, volentes prius exhibicione presentie pre ceteris Theutonie provinciis honorare, ut labores ac angustias fidelium nostrorum in ipsa degentium per potentie nostre presentiam relevemus, expeditis pro voto negociis Italie, versus partes ipsas sine protractione more cujuslibet, cum processibus nostris nullum amodo supersit obstaculum, procedemus. Vos igitur qui dudum ad felicem adventum nostrum desideriis precordialiter aspirastis, in victualibus aliisque rebus necessariis nobis et exercitui nostro possitis (*sic*) habundancius ministrare.

Mense aprilis magister domus Theutonicorum et magister Petrus de Vinea missi ab imperatore ad papam veniunt pro facto Lombardiae. . . . . . . Mense madii magister domus Theutonicorum a papa ad imperatorem revertitur. Episcopus Ostiensis et Thomas Capuanus tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis legati ad imperatorem vadunt ex parte papae. Ricc. de S. Germ. ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1037.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem ministerialium et comprovincialium Styriae, eorum ducatum non duci Austriae qui pro tempore fuerit, sed alicui speciali principi porrigendum promittit, approbatas eorum consuetudines et jura recenset, renovat et confirmat, aliaque de sua speciali gratia concedit. **Apud Anassum, aprili.**

(Edider. Lunig, *Reichsarchiv*, t. VII, p. 141. — Rousset, *Suppl. au corps diplom.*, pars 1ª, p. 92. — Schrotter, *Abhandlung.*, t. III, p. 28, non tamen integre.)

Digitized by Google

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Ad Romani decus imperii provenit et augustalis exigit officium dignitatis ut subjectorum statui benigne prospiciens ipsos a jugo deprimentium eruat, approbatas consuetudines et eorum jura restauret ac ea que suis provisa sunt commodis prosequatur et approbet gratia generali. Hinc est igitur quod presentis privilegii serie notum fieri volumus modernis ac posteris universis imperii fidelibus quod cum ministeriales et comprovinciales Styrie fideles nostri celsitudini nostre humiliter supplicarint ut eos in nostram et imperii ditionem perpetuo recipere ac tenere nullique alii concedere necnon jura et consuetudines approbatas que per Ottocarum Styrie et per Leopoldum Austrie duces ex illorum privilegiis obtinuisse noscuntur, nostri prosequentes approbatione favoris de nostra confirmare gratia dignaremur; nosque attendentes immensam fidem et devotionem sinceram quibus ministeriales Styrie supradicti jugum oppressionis et injustitie declinando quod majestatem nostram et imperii enormiter offendebat, nostrum et imperii justum et dulce dominium sunt affectibus totis amplexi; universos et singulos tam ministeriales quam ceteros in eodem ducatu Styrie constitutos fideles nostros sub nostram et imperii recepimus ditionem, ut non nisi a nobis imperatoribus et regibus successoribus nostris perpetuo teneantur. Si autem predictorum ministerialium Styrie favorabilis instantia nostram providentiam pulsaverit ut eundem ducatum de manibus nostris et imperii alicui principum quem nostra viderit dignum ad hoc sublimitas, porrigamus, non principi Austrie, ut hactenus fuit consuetum, qui pro tempore fuit, sed specialiter speciali principi eundem ducatum Styrie porrigi promittimus per nos vel nostros successores imperatores sive reges, hanc prerogativam nostre specialis gratie dictis ministerialibus pro ipsorum merito speciali per nos factam hujus nostri privilegii auctoritate benignius confirmantes. Confirmamus insuper eis omnes consuetudines approbatas et jura que predicti quondam Ottokarus Styrie et Leopoldus Austrie et Styrie duces ipsis liberaliter confirmarunt, prout in eorum privilegiis continentur, que propriis capitulis duximus exprimenda : vide-

Digitized by Google

licet quod quicunqne fidelis noster de Styria cum aliqno de Austria vel Australis cum Styriensi contraxerit, utatnr et gaudeat consuetndinibus et juribns provincie in qua degit et snam elegit mansionem, cum pro personis singularibns specialis consuetudo non debeat excipere generalem. Inimicam quoque jnstitie consuetudinem qne memoratos Styrienses indebite per principes eorum in eo premere videbatur quod filie ac filii eorum coactim quodammodo matrimonio copulabantur, nos ut zelatores eqnitatis penitns semovemus, hanc eisdem dantes ac imperiali justitia confirmantes libertatem ut libere filios ac filias eorum cui volnerint copulare debeant in futurum. Quicnnque autem Styriensis ab intestato decesserit, heres ejns vel qui in consanguinitatis linea ei proximus fuerit snccedere debeat bonis suis. Si inter Styrienses questionem oriri contigerit, duellnm locum non habeat vel probatio per campionem, ubi testes idonei prodncentur secundum quorum testimoninm questio dirimatur(1). Querimonia vero super prediis habita coram statutis jndicibus, auditis assertionibus testium, ordinario jndicio secnndum justitiam terminetur. In beneficiis autem molestiam qne Anfel vulgo vocatur tanqnam bonis et honestis consuetndinibus adversantem penitus amovemns. Ex innate quoque clementie nostre gratia presentis privilegii auctoritate sancimus ut filie in bonis patrum succedant eis herede carentibns masculino, per quas patrum memoria in filiis propagatur. Statnimus insuper nt beneficia ab aliis acquisita, etiamsi a domino terre in proprietatem fuerint empta, ei qui jus beneficii possidet, dimittantur. Concedimns insnper eisdem ministerialibus nostris et aliis comprovincialibus Styrie ut liceat eis eorum predia vendere vel donare. De afflnentiori quoque gratia nostra eximimus ducatum Styrie et habitatores ipsins ab exactionibus et gravaminnm molestiis qne per precones Austrie fieri et inferri solebant. Concedimns eis licentiam videlicet cuicunque in Styria de fundo suo si voluerit ecclesiam construendi vel conferendi de prediis eorum ecclesiis intuitu pietatis. Ad hec statuimus auctoritate

(1) De inhibitione duelli judiciarii, vid. *Constitut. regni*, lib. II, tit. 32 et 33.

Digitized by Google

qua fungimur confirmantes ut sepedictis ministerialibus ac comprovincialibus Styrie homines ipsorum proprietatis vel in prediis eorum modo quolibet positos (*sic*) qui ad civitates vel villas forenses que erecte per omnem ipsam terram fuerint et libertati dedite, occasione hujus libertatis confugiunt sine licentia dominorum ad quos pertinent, propriis dominis ipsorum restituantur cum rebus occasionibus quibuslibet pretermissis. Volentes etiam nostre nostrorumque successorum saluti ac sepedictis Styriensibus salubriter providere, statuimus ut omnes mute per Styriam que ultra debitum fuerant in suis redditibus aggravate, in summam redditunm quam solverunt predicti ducis Leopoldi tempore revertantur, nullique principi ejusdem terre liceat eas preter quod dictum est quibuslibet exactionibus aggravare. Monetam quoque que singulis annis avaritia exposcente solebat renovari in prejudicium commune habitatorum ejusdem terre, ex nunc volumus sine consilio communi ministerialium majorum Styrie nullatenus renovari et renovatam in pondere primo per quinquennium perdurare. Statuimus igitur et imperiali sancimus edito ut nulla persona alta vel humilis, publica vel privata, ecclesiastica vel secularis contra presentis privilegii confirmationem ausu temerario venire presumat. Quod qui venire presumpserit centum libras auri puri componat, medietate fisco nostro, reliqua passis injuriam persolvenda. Ut autem hec nostra confirmatio robur obtineat in posterum perpetue firmitatis, presens privilegium fieri et sigillo nostre typario majestatis impresso jussimus insigniri.

Hujus rei testes sunt hi : Sifridus Moguntinus et Eberhardus Salzburgensis archiepiscopi, Ekbertus Bambergensis, Sifridus Ratisbonensis imperialis aule cancellarius, Rugerus Pataviensis, Conradus Freysingensis episcopi, Otto palatinus comes Rheni dux Bavarie, Henricus landgravius Thuringie comes palatinus Saxonie, Bernhardus dux Carinthie, Hermannus marchio de Baden, Conradus burggravius de Nurnberg, Gottfried de Hohenloh, Fridericus de Trubendingen, comes Hermannus de Ortenburg, comes Hartmannus de Tylingen, comes Wilhelmus de Hunenburg, comes Conradus de Hardeckb, Heinricus de Schauenburg,

Digitized by Google

Heinricus de Prunne, Irnfridus (*a*) de Hintperch, Hadmarus de Sunnenberg, et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense aprilis, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Datum apud Anasum, anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, Wolvingo de Stubenberg facultatem concedit uxori quam duxerit dotem qualem et quantam voluerit super proprietariis ejus rebus deputandi.

Apud Efferding. aprili.

(Edid. Hormayr, *Beytrage zur Lösung der Preisfrage*, etc. [Wien 1819], pars I[a], p. 159, nota.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Tenore presentium notum esse volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod Wolvingus de Stubenberc fidelis noster nostre celsitudini supplicavit ut sibi concedere dignaremur quod liceat sibi super rebus proprietariis uxori quam duxerit dotem qualem et quantam voluerit deputare. Nos igitur supplicationes ipsius favorabiliter admittentes, concessimus ei ut sit ei de cetero licitum, quando uxorem duxerit, ascribere et deputare sibi quamcumque voluerit dotem super proprietariis rebus suis. Ad cujus rei memoriam presentem paginam sibi conscribi fecimus majestatis nostre sigillo munitam.

(*a*) Ap. Rousset *Irenundus*.

Digitized by Google

Datum apud Everdyngen, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense aprilis, decime indictionis.

Apud Ratisponam, 19 aprilis.

Imperator itaque recessit ab Austria. . . . . . . celebrando festum Resurrectionis dominicae Ratisponae. Herm. Altaich. ap. Boehmer, *Fontes*, t. II, p. 504.

Apud Ratisponam, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, archiepiscopo Moguntino propter servitia sibi exhibita advocatiam in Bischovesheim et bona adjacentia, quae ab ecclesia Moguntina ipse imperator in jure feudali tenuit, resignat.

(Editum ap. Guden., *Cod. diplomat.*, t. I, p. 542, n° 219, ex autographo. — Wurdtwein, *Subsid. Eccles.*, t. I, p. 402. — *Monum. Boic.*, t. XXX, p. 259, num. DCCLI, similiter ex autographo, unde sigillum in ora dextra nonnihil laesum appendet ex filis sericis flavi et rubri coloris. — Memoratum etiam in Joannis, *Rer. Mogunt.*, t. I, p. 598, n° 9.)

Fr[idericus], Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos attendentes grata et accepta servicia que dilectus princeps noster venerabilis Moguntinus archiepiscopus nobis et imperio exhibuit laudabiliter et devote et incessanter exhibet ac in antea exhibere poterit graciora, advocaciam in Bischouesheim et bona circum adjacencia villam ipsam, que ab ecclesa Moguntina in jure feudali tenuimus, eidem archiepiscopo et ecclesie sue duximus resignanda. Ad cujus rei memoriam, presens scriptum sibi fieri et sigillo nostre majestatis jussimus communiri.

Digitized by Google

Data aput Ratisponam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense aprilis, X indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, qui butegelario de Nuremberch fideli suo dudum defensionem juris advocatiae in pluribus locis monasterii superioris Ratisponae (Obermünster) commiserat, iterato firmiter mandat ut ex sententia principum Moguntiae promulgata detentores earumdem advocatiarum compescat. Apud Ratisponam, 27 aprilis.

(Edit. ap. *Monum. Boica*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 570, e codice Obermunstrensi circa annum 1307 exarato.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex, butegelario de Nuremberch fideli suo gratiam suam et omne bonum. Constituta in presentia nostra venerabilis abbatissa superioris monasterii in Ratispona proposuit coram nobis quod cum obtinuerit in curia Maguntie generali, sententia principum promulgante, quod advocatie Iudensuatich, Pulhoven, Orchenrude, Nenzingen, et Otmaringen infeudari non possent, defensionem juris sui tibi duxerimus committendam, Lucemanni monasterium suum et ipsam in advocatiis in Pulhoven et Tentenstorf et quidam alii in advocatia Nenzingen aggravant et molestant, sibi eas vendicare illicite contendentes; tu vero predictos molestatores prefate abbatie et monasterii sui ab indebito gravamine et vendicatione advocatiarum ipsarum, sicut tue defensioni commisse sunt, compescere distulisti. Nolentes igitur sustinere ut eadem abbatissa in eisdem advocatiis monasterii sui que ad nos specialiter spectant, molestiam vel gravamen indebitum patiatur, sicut dudum tue defensioni commisimus, iterato committimus per presentes, devotioni tue firmiter precipiendo mandantes quatenus monasterium et abbatissam predictam, juxta quod dictante sententia principum est provisum, in eisdem advocatiis auctoritate nostra defendens, quoscumque inveneris ad detinendum eas

Digitized by Google

illicite contendentes, sicut est de jure, compescas, ut de cetero quietem et libertatem monasterii non perturbent et predicta abbatissa non cogatur ad nostram audientiam querimoniam deportare.

Datum apud Ratisponam, XXVII aprilis (*a*), X indictione.

Apud Ratisponam, 28 aprilis.

Ecelinus de Romano, vigore mandati imperialis cujus tenor inseritur, Marco notario de Pedraga, actori tutricis filiorum quondam Tisonis de Campo Sancti Petri, mandat ut coram se veniat ad terminandam quaestionem vertentem inter Jacobum Paduanum episcopum et pupillos eosdem super curia Sancti Andreae et possessionibus aliis.

(Edid. Verci, *Storia degli Ecelini*, t. III, p. 264, n° CXLV, è tabul. maj. eccles. Patav., coll. cum alio instrumento (*ibid.*, n° CXLIII), quarto die mensis junii scripto, quo Danius capellanus episcopi Paduani litteras imperiales Ecelino de Romano repraesentasse et dedisse dicitur.)

In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi, anno ejusdem nativitatis millesimo ducentesimo trigesimo septimo, indictione decima, die quartadecima exeunte mense julii, Padue, in communi palatio, presentibus Leonardo Cuticella, Petro de Caxotto notariis, Curte de Bezeze et aliis, Romeus serviens domini episcopi Paduani Marco notario de Pedraga hujus tenoris litteras sigillo domini Ecelini de Romano munitas ex parte ipsius domini Ecelini presentavit :

Ecelinus de Romano, delegatus domini imperatoris in hac parte, Marco notario de Pedraga, actori domine Gaudionese tutricis Gerardi et Tisolini filiorum quondam domini Tisonis de Campo Sancti Petri, salutem. Noveris nos a domino imperatore nostro tales litteras recepisse : — F. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, Ecelino de Romano dilecto fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Causam

(*a*) In codice *XXVII kalendas aprilis*, male.

Digitized by Google

appellationis ad audientiam nostram delatam super sententia lata in questione que inter Jacobum venerabilem Paduanum episcopum fidelem nostrum ex una parte et filios quondam Tisonis de Campo Sancti Petri sive actorem tutricis pupillorum ipsorum ex altera, super curia Sancti Andree et domo ipsius loci, molendinis et quibusdam aliis possessionibus vertebatur coram Johanne judice Ottonis de Mandello tunc temporis Padue potestatis, quam idem judex inique tulit ut asserit contra eum (a), devotioni tue committimus terminandam; mandantes quatenus meritis ipsius cause perspectis, causam ipsam debito fine decidas, faciens quod decreveris auctoritate nostra firmiter observari. Datum apud Ratisponam, vigesimo octavo aprilis, indictione X.—Nos vero mandatum domini imperatoris volentes exequi ut tenemur, tibi auctoritate nostra imperiali qua fungimur in hac parte precipiendo mandamus quatenus pro predictis pupillis die martis decimo exeunte julio coram nobis venire procures, antedicto domino episcopo vel ejus sindico responsurus super causa seu questione predicta.

Ego Bonjoanne filius Gerardi notarii ab Omnibus Sanctis, notarius sacri palatii, his interfui et rogatus hec scripsi.

Fridericus, Romanorum imperator, ad preces comitis de Ultimis privilegium Friderici primi avi sui 1° maii 1189 datum inserendo confirmat pro tutela monasterii de Owe in episcopatu Tridentino a comite de Grisensteyn et uxore ejus fundati, pro confirmatione praediorum ibidem nominatim expressorum, pro advocatia ejusdem loci et quiete colonorum. Apud Ulmam, maio.

(Edidit BONELLI, *Notizie intorno ad Adelpreto vesc. di Trent.*, tom. III, pars I^a, p. 191 et seqq.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina

(a) Scilicet contra episcopum Paduanum.

favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat cum personas religiosas et loca venerabilia tuetur ac protegit et justas eorum favorabiliter petitiones admittit. Ea propter noverit presens etas et futura posteritas quod dilectus fidelis noster comes..... de Ultimis nostre celsitudini supplicavit ut quoddam privilegium Friderici avi nostri divi felicis recordationis augusti monasterio de Owe (1) clementer indultum innovare et omnia que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor est per omnia talis :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Que divini cultus et sacre religionis intuitu, oratoria presertim et loca ecclesiastica laudabili fuerunt inchoata principio, imperatorie majestatis favore merito juvanda decernuntur, ut cum in ipsis orantium pervigil devotio benefactoribus Dei misericordiam implorat, nostri quoque memoriam ceteris adjungere non omittat. Cujus rei gratia animadvertentes quod previa caritate vir nobilis comes Arnoldus de Grisensteyn suaque nobilis uxor Mathildis claustrum in loco qui dicitur Owe in honore gloriose Dei genitricis et virginis Marie et sanctorum Johannis Baptiste et Johannis Evangeliste construxerunt, ipsum locum cum personis ibidem Deo sub regula sancti Augustini deservientibus et prediis attinentibus in nostram recipimus protectionem; ipsius fundationis statum secundum fundatorum intentionem confirmantes, videlicet ut ipsa ecclesia in episcopatu Tridentino sita ecclesie Tridentine sit subjecta tanquam matri filia, fratres tamen liberam semper habeant facultatem prepositum secundum sancita canonum quem elegerint assumendi; predia autem que fundatores loco contulerunt suis duximus vocabulis exprimenda : ipsum predium Owe super quod continetur ecclesia Grieze, Russan, Campsinei in monte Sancti Petri, Mayse, Loubers, Grumme, Haveninge, dimidiam partem in attinenti sylva, predium in Malthen et omnia que habuit in parochia Sancti Genesii preter que tradita sunt ecclesie Tridentine, pre-

(1) Scilicet *de Au*, posterius *de Gries* vocatum.

Digitized by Google

dium Penis, Passir in Wiptal valle et Ruste in Postrali valle, predium Olage, Entholz, Riede de Berenbach et Thaelit in monte et silva duas partes usque Riederwalt; hec et preter hec quecumque predictus locus nunc juste possidet aut in futurum donatione principum aut oblatione fidelium poterit adipisci, ipsi loco tuenda suscepimus et imperiali auctoritate confirmanda, in acquisitis et acquirendis ac retinendis presidii nostri robur eis accommodantes. Statuimus igitur et presentis privilegii sanctione decernimus ut nulla omnino persona magna vel parva, secularis vel ecclesiastica, predictam ecclesiam et fratres inibi Deo famulantes perturbare audeat aut injusta aliqua persuasione molestare. Addimus autem predictis ut prepositus loci coram nullo nisi Tridentino episcopo de prediis ecclesie teneatur respondere. Permittimus etiam de advocatia juxta ordinationem supra memorati comitis et uxoris sue ut habeant eam domini de Piano aut senior semper heres eorum, habituri profecto illam ad defendendum, non ad exspoliandum. Quod si advocati et heredes decesserint, nulli hominum inde liceat de advocatia se intromittere aut aliquo modo illam usurpare nec liceat ipsis advocatis successorem sibi substituere, si heredes defuerint, absque consensu prepositi et ejus voluntate, sed ipse prepositus ex consilio fratrum advocatum eligat quem sibi et ecclesie utilem previderit. Eisdem advocatis exactiones illicitas in rebus aut colonis ecclesie aliasve oppressiones exercere illicitum omnino fore decernimus. Insuper ne liberam dispensationem prepositi aut nuntiorum ejus in rebus ecclesie debeant impedire iidem advocati prohibemus; eorum etiam qui subadvocati abusive dicuntur officium et nomen penitus inhibemus. Episcopus Tridentinus eamdem ecclesiam tanquam pater piissimus proteget et defensabit; que si forte per eum et advocatos simul oppressionem persenserit, ad imperium habebit refugium. Ceterum coloni ecclesie eamdem per omnia quietem habebunt quam a primordio institutionis loci habuisse dignoscuntur: videlicet ut sub nullius omnino judicis placito se distinguant aut cujusquam judicis bannum subeant nisi prepositi, preterquam in causis criminalibus que viris ecclesiasticis prohibentur. Quisquis ergo temeritatis ausu huic privilegiali sanctioni nostre contraire presumpserit, in penam centum librarum auri purissimi eum

Digitized by Google

condempuamus, medietatem fisco nostro, iujuriatis medietatem reliquam deputantes.

Hujus rei testes sunt Udelscalcus Augustensis episcopus, Bertholdus Cicensis episcopus, Philippus Aqueusis prepositus filius noster, Egeloffus prepositus de Ratisbona, Eberhardus abbas Werdensis, Heuricus abbas Admundensis, Fridericus dux Suevorum, Otto comes Burgundie et Cunradus filii nostri, comes Ulricus de Berge et frater ejus Bertholdus, Diepoldus comes de Lechesgemunde et frater ejus Henricus de Matrei, et alii quamplures.

Ego Johaunes imperialis aule cancellarius vice Cuonradi Moguntini archiepiscopi et Germanie arcbicaucellarii recognovi.

Actum anno dominice incarnationis MCLXXXIX, indictione septima, regnante domino Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, auuo regni ejus tricesimo octavo, imperii vero tricesimo septimo. Datum apud Werdam, kalendis madii, feliciter. Amen.

Nos igitur supplicationibus ipsius beniguius inclinati privilegium ipsum de verbo ad verbum presenti privilegio inseri jussimus, omuia que coutiueutur in eo de nostra gratia coufirmantes. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto ut uulla persoua alta vel humilis, ecclesiastica vel muudaua, dictum claustrum, prepositum et coufratres fideles nostros contra preseutis privilegii seriem impetat temere vel molestet; secus qui presumpserit, preter penam privilegio supradicto appositam centum libras auri puri compouat, medietate fisco uostro, reliqua passis injuriam persolveuda. Ut autem hec nostra innovatio et coufirmatio robur optineat in posterum valiturum, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus rei testes suut S. Augustensis et G. Ciceusis episcopi, C. abbas Saucti Galli et abbas Campidoneusis, comes palatinus de Tuingen et comes Wilbelmus frater ejus, marchio de Bourgov, Gotfridus de Hohenloh, piucerna de Winterstet, Henricus marescalcus de Bappeuheim, et alii quamplures.

Signum domiui nostri Friderici secuudi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Digitized by Google

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense madii, decima indictione, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno septimo decimo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo (1), feliciter. Amen.

Datum apud Ulmam, anno, mense et indictione prescriptis.

Walterus pincerna de Limburg domino Gottefrido de Hohenloch dat castrum suum Schenkenburg cum aliis quibusdam bonis ibidem expressis et sub poena proscriptionis se nunquam a mandatis imperatoris Friderici et Conradi filii ejus recessurum pollicetur. Quae omnia juramento coram imperatore et appensione sigilli ipsius imperatoris confirmat. Ulmae, maio.

(Edidit HANSSELMANN, *Diplomatisch. Beweiss des Hauses Hohenl.*, t. I, beyl. n° XXVIII, p. 402, ex origin. in archiv. Hohenl.)

Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, mense maii, X^a indictione. Ego Waltherus pincerna de Lintpurch per presens scriptum notum facio universis quod pro sedanda discordia que orta erat inter me ex una parte et dominum Gottefridum de Hohenloch ex altera, occasione dissensionis orte inter dominum meum Fridericum Romanorum imperatorem semper augustum et Sicilie regem et regem Henricum filium suum (2), dedi eidem Gottefrido castrum meum Schenckenburch, proprietatem meam in Waltmanneshoven et curiam in Rietheim; preterea resignavi bona que tenui in feodum ab episcopo Erbipolensi in Rietheim et

(1) Si ineunte maio, ut videtur, privilegium istud prodierit, annus regni Siciliae tricesimus nonus nondum omnino completus erat. At quocumque modo rem inspiciamus, tricesimus octavus esse non potest.

(2) Cf. supra documentum de re eadem, tom. IV, p. 760.

etiam Wolfgishusen et bona que tenui in feodum ab episcopo Bambergensi in Biberaere (a), et dicto domino Gottefrido concedi rogavi. Preterea firmiter ei promisi quod ubicumque sibi placuerit de bonis meis ei debeam dare et assignare que valeant annuatim viginti libras Erbipolensis monete. Insuper assecuro dominum meum Fridericum imperatorem predictum et regem Cunradum filium suum quod nunquam ab ipsorum mandatis recedam et beneplacitis et quod nunquam in aliquo contrarius eis ero. Assecuro insuper dominum Gottefridum et Cunradum fratres de Hohenloch et filios ipsorum de vita, membris, terris et omni honore ipsorum, et quod nunquam malum ipsorum procurabo per me vel interpositam personam publice vel privatim per occasionem, malam captionem vel etiam securitatem aliquam contra eos factam; quod contra me legitime possit probari. Obligans me quod si contra aliqua predictorum fecero, ex tunc sim exlex quod in vulgari dicitur *Erloss* et *Rehteloss*, et quod omnia bona mea tam propria quam feodalia vacent collationi domini imperatoris et feoda alia que ab aliis dominis teneo revertantur ad ipsos, et predicta omnia juramento coram domino imperatore confirmavi. Ad cujus rei memoriam hoc presens scriptum fieri feci, sigillo proprio roboratum. Ad majorem autem cautelam et confirmationem predictorum, supplicavi domino meo imperatori ut factum meum sicut superius est expressum appensione sigilli sui confirmare de sua gratia dignaretur.

Actum Ulme, anno, mense et indictione prescriptis.

Apud Geislingen, 18 maii.

Fridericus, Romanorum imperator, in gratiam episcopi Babenbergensis, judicibus universis interdicit, ne clericos, cives et ministeriales ecclesiae Babenbergensis ad forum ipsorum, contra libertatem ipsius ecclesiae, proprio motu respondere cogant.

(Editum in modum speciminis in *der Bamberger deduction über Fürth*, Cod. diplom. num. 29;—ap. USSERMANN, *Episc. Bamb. cod.*, p. 151;—et ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 260-261, num. DCCLIII, ex originali unde sigillum fractum appendet ex filis sericis caerulei coloris.)

(a) Scilicet *Biberern*.

Digitized by Google

Fr[idericus], Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis judicibus suis per imperium constitutis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Exposuit celsitudini nostre venerabilis Babenbergensis episcopus, dilectus princeps noster, quod vos clericos et cives civitatis sue necnon ministeriales Babenbergensis ecclesie ad forum vestrum pro quacumque causa contra antiquam libertatem ipsius ecclesie et contra justiciam auctoritate propria evocantes, ipsos coram vobis respondere cogatis. Nos igitur quorum interest servare singulis ecclesiis sua jura, attendentes devota servicia dicti principis nostri, quibus instanter devotum se exhibet nostro culmini et paratum, nolentes ut Babenbergensis ecclesia in libertate sua prematur, quin pocius pro suis juribus amplietur, universitati vestre mandamus per obtentum gratie nostre firmiter precipientes quatenus clericos et cives civitatis Babenbergensis necnon ministeriales ecclesie ipsius ad vestra judicia ex aliqua causa contra libertatem ecclesie predicte motu proprio nullatenus evocetis nec eos respondere coram vobis ammodo compellatis. Scituri quod gratum habere non possemus si super hoc querimonia dicti principis nostri ammodo contingeret aures nostras.

Data apud Giselingen, XVIII madii, X indictionis.

Gregorius papa imperatori nuntiat se, receptis magistro Theutonicorum et Petro de Vinea, episcopum Ostiensem et cardinalem Sanctae Sabinae in Lombardiam cum plenae legationis officio misisse, monetque ut quae sunt devoti filii circa Ecclesiam prosequatur. Viterbii, 23 maii.

(Edid. RAYNALD., *Annal. Eccles.*, t. XXI, § V, e regist. Gregor., lib. XI, n° 88.)

Gregorius, etc., Friderico, etc. Diligenter auditis que dilectus filius magister hospitalis Sancte Marie Theutonicorum et magister P. de Vinea coram nobis et fratribus nostris ex parte tue celsitudinis retulerunt, digne

providimus ut cum inter alios terre principes te specialem Ecclesie filium reputemus et tue diligamus prosperitatis augmentum, pro tua et imperii fovenda justitia venerabilem fratrem episcopum Ostiensem et dilectum filium nostrum Thomam tituli Sancte Sabine presbyterum cardinalem in Lombardiam cum plene legationis officio mitteremus, corde gerentes ut quicquid tuis infundatur auribus linguis fallacibus detractorum, operis effectu pateat quod de tuis secundum Deum procurandis honoribus aliquid opportunis temporibus mater Ecclesia non omittat. Provideat itaque tua serenitas ut et tu circa ipsam sic que sunt devoti filii prosequaris quod et Deum tibi constituas digne propitium et ab eadem Ecclesia optatam percipias affluentiam gratiarum.

Datum Viterbii, X kalendas julii (1), pontificatus nostri anno XI°.

Viterbii, 25 maii.

Gregorius papa mandat Brixiensibus ut transmittant suos solennes ambaxiatores Mantuam in octavis Pentecostes pro reformanda pace inter eos et imperatorem, ut omni occasione remota mandatis episcopi Ostiensis et Sanctae Sabinae cardinalis, Ecclesiae Romanae legatorum, quos ibidem propter hoc destinavit, reverenter valeant obedire.

(Edid. FR. HAHN, *Coll. monum. vet. et rec.*, t. I, *Bullae pontif.*, n° XII, p. 135. Encyclicam istam epistolam, prout perscripta est ad Mediolanenses, adduxit quoque RAYNALDUS, *Annal. eccles.*, t. XXI, ad ann. 1237, § III-IV, p. 417, sed non integram. Postrema enim verba a *solicite* usque *aboleri* ibi non teguntur. Integra tamen ad Bononienses invenitur apud SAVIOLI, *Annal. Bologn.*, t. III, p. 168, ubi recte legitur *X kalendas junii* (23 maii).)

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis potestati, consilio et communi Brixiensi salutem et apostolicam benedictionem. Scitis et scimus quod nos super hiis que inter imperialem excellentiam et vos

(1) Qua vero causa *junii* legendum sit, in epistola sequenti elucidamus.

Digitized by Google

ac Lombardos vertuntur sollicitudinem patris habentes diversa studuerimus invenire consilia et experiri labores ut eisdem finis posset laudabilis annuente Domino provenire. Idem autem tanto plenius et nunc efficere volumus quanto dilacioni locus de cetero non occurrit. Et cum karissimo in Christo filio nostro Federico Romanorum imperatori semper augusto, Ierusalem et Sicilie regi illustri, a nobis per speciales nuncios requirenti ut sibi ex officio nostro assistamus deesse in suo jure non possimus, qui sumus omnibus in justitia debitores; quin immo quia in omnem eventum expedit ut vitato discrimine imminenti, que sunt causa discordie pro vestra et tranquillitate imperii ac pro dirigendo feliciter Terre Sancte negotio, divina Providentia faciente, salubriter sopiantur; ideoque presentium vobis auctoritate mandamus et bona fide consulimus quatenus post susceptionem earum ambaxatores vestros Mantuam transmittatis super predictis ita sufficienter instructos et pro parte vestra plenum mandatum habentes ut omni subterfugio et occasione seu necessitate vos iterum consulendi postpositis, consiliis, monitis et mandatis venerabilis fratris episcopi Hostiensis et dilecti filii nostri Thome tituli Sancte Sabine presbiteri cardinalis, quos ad partes ipsas propter hoc cum plene legationis officio providimus destinandos, parere possint in omnibus reverenter; sollicite provisuri ut dicti ambaxatores in octavis instantis Pentecostes (*a*) Mantue valeant inveniri, cum timendum sit quod si expedicio hujusmodi negotii ex quacumque causa modo, quod avertat Dominus, postponatur, id possit imminere periculi quod vix in posterum multis laboribus poterit aboleri.

Datum Viterbii, VIII kalendas junii (1), anno pontificatus nostri undecimo.

(*a*) Ap. Hahn *post octavam Sancti Johannis.*

---

(1) Apud Raynaldum *julii*, sed erronee. Dum enim ambaxatores societatis Lombardiae in octavis Pentecostes, scilicet circa quintum decimum junii diem, convenire deberent, liquet papalem epistolam non exeunte junio, sed mense maio scriptam fuisse. Preterea, dum in serie litterarum papalium sub n° 89 ista notetur, quae sequuntur datae IV kalendas junii usque ad numerum 120 producuntur.

Digitized by Google

In eumdem modum scriptum est potestatibus et consiliis Alexandrinis, Novariensibus, Mediolanensibus, Vercellensibus, Placentinis, Bononiensibus, Laudensibus, Cumanis, Faventinis et potestati et consilio Mantuae.

Viterbii, 31 maii.

Gregorius papa episcopum Ostiensem et cardinalem Sanctae Sabinae monet ut universos per Lombardiam, marchiam Tervisinam et Romaniolam constitutos inducant ne guerram inter se facere praesumant.

(Inedit. ex *collect. Laporte du Theil*, ap. Biblioth. Caesar. Paris., regist. Greg. IX, ann. XI, n° 80.)

Gregorius, etc., episcopo Ostiensi et T. tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, Apostolice Sedis legatis, etc. Presentium vobis auctoritate mandamus quatenus universis potestatibus, consiliis, rectoribus et populis civitatum seu locorum per Lombardiam, marchiam Tervisinam et Romaniolam constitutis [inhibeatis] quod inter se ad invicem aliquam guerram facere presumant; contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum Viterbii, II kalendas junii, [anno XI].

Spirae, 7 junii.

Fridericus imperator ab Austria ascendit usque Ratisponam, principibus apud Spiream ad colloquium evocatis. Ubi cum quidam principes convenissent, ab eo ad convivium invitantur. Filium etiam suum Cunradum adhuc puerum, prius in Austria regem Theutoniae designatum, denuo ab ipsis obtinet approbari. Godefr. Colon., ap. Boehmer, *Fontes*, t. II, p. 370. — Dominus imperator

Digitized by Google

volens per festum Pentecosten (1) esse in Spira, vocavit dominum episcopum [Wormatiensem] et alios quos habere potuit principes . . . . Die vero Penthecostes celebravit dominus Landolfus episcopus missam solempnem coram domino imperatore in ecclesia Spirensi (2). *Annal. Wormat.*, ap. Boehmer, *Ibidem*, p. 166 et 167.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem praepositi et conventus hospitalis Sanctae Mariae de Lutra privilegium a se ipso eidem domui 6 septembris 1215 indultum, renovat et inserendo confirmat. Apud Spiram, junio.

(Edid. Lehmann, *Gesch. von Kaiserlautern*, p. 199. — Memorat. ap. *Monum. Boic.*, t. XXXI, pars I^a^, p. 490, not. *a*, ubi tantum notae chronologicae exhibentur.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentie titulus declaratur, cum illius intuitu per quem preest principibus orbis terre, personas religiosas et loca Deo dicata pia mentis affectione tuetur, et justas eorum favorabiliter petitiones admittit. Ea propter notum fieri volumus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod reverendi prepositus et conventus domus hospitalis Sancte Marie apud Lutram, Premonstratensis ordinis, fideles nostri, celsitudini nostre quoddam privilegium presentarunt, indultum a nobis clementer eidem hospitali tempore regni

---

(1) Scilicet 7 junii.

(2) Paulo ante Landolfus jura ecclesiae et civitatis suae contra moniales de Nunnenmünster sibi rebelles et etiam contra ipsum imperatorem eisdem faventem viriliter defenderat, et litem obtinuerat. Cf. *Annal. Wormat.*, ap. Boehmer, *Fontes*, t. II, p. 166, 167.

Digitized by Google

nostri, humiliter supplicantes ut illud innovare, et omnia que continentur in ipso confirmare de nostra gratia mandaremus; cujus tenor est per omnia talis :

(Sequitur privilegium datum VIII id. septembris 1215, quod supra t. I, p. 416.)

Nos igitur eorum supplicationibus favorabiliter inclinati, attendentes quidem fidem synceram et promptam devotionem, quam iidem prepositus et conventus, fideles nostri, ad honorem imperii et excellentiam nostram habent, predictum privilegium innovari, et presenti privilegio de verbo ad verbum jussimus inseri, omnia que continentur in eo auctoritatis imperialis munimine confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto, ut nulla persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictos prepositum et conventum in bonis ipsis contra tenorem privilegii supradicti ausu temerario molestare presumat. Quod qui presumpserit, preter penam privilegio illo appositam quam incurret, alias mille libras auri puri componat, medietate fisco nostro, reliqua passis injuriam persolvenda. Ut autem hec nostra innovatio et confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis, presens privilegium fieri, et bulla aurea tipario nostre majestatis impressa jussimus insigniri.

Hujus rei testes sunt : S. Moguntinus, T. Trevirensis archiepiscopi, C. Spirensis, L. Wormatiensis episcopi, J. marchio Brandenburgensis, H. comes de Werde, G. de Harnestein sacri imperii in Italia legatus, frater B. de Tanrode, G. de Hohenloch, Everardus de Abenstein et Otto frater ejus, B. de Gerolsecke, et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jherusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense junii, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jherusalem et Sicilie rege glorioso, anno imperii ejus decimo octavo, regni Jherusalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Datum apud Spiream, anno, mense et indictione prescriptis.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, pro parte Coloniensis archiepiscopi, dictante sententia principum, promulgat quod ipse extra civitatem sicut et infra in jurisdictione ipsius quae *Bannmeile* vulgariter dicitur, possit legitime judicio praesidere. Apud Spiram, junio.

(Edidər. LACOMBLET, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. band, p. 111, n° 215.— TROSS, *Westphalia*, ad ann. 1825, 25 junii, p. 6.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum esse cupimus universis quod cum pro parte Coloniensis archiepiscopi quereretur in sententia coram nobis, assistentibus in nostra presentia principibus et aliis pluribus baronibus imperii, utrum extra civitatem suam ut infra in jurisdictione civitatis ipsius possit judicio presidere, dictante sententia principum extitit promulgatum quod extra civitatem suam sicut et infra, in jurisdictione ipsius que Banmile vulgariter dicitur, possit legitime judicio presidere et de sue jurisdictionis hominibus justa judicia exercere. Ad hujus itaque rei memoriam presentem sententiam sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

Datum apud Spiram, anno dominice incarnationis millesimo CC. XXXVII, mense junii, indictione X.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem abbatis et conventus de Odenheim, privilegium Henrici filii sui quondam regis eisdem super culturis de Aichelberg indultum renovat et inserendo confirmat. Apud Spiram, junio.

(Inedit. ex chartul. Odenheimensi, fol. 24, in archivo Carlsruhensi.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hieru-

Digitized by Google

salem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod accedentes ad presentiam nostram dilectus venerabilis abbas et conventus monasterii de Odenbeim fideles nostri obtulerunt majestati nostre quoddam scriptum patens indultum eis ab Henrico filio nostro quondam rege, humiliter supplicantes ut illud renovare et confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor per omnia talis erat :

[Sequitur tenor privilegii Henrici VII super culturis de Aichelberg de anno 1225 (*Vid.* t. II, p. 827), quo finito subjungitur :]

Nos itaque pietate solita quam circa personas et loca religiosa pro amore divino extendimus, eorumdem devotis precibus inclinati, idem rescriptum renovandum duximus et confirmandum. Mandantes et auctoritate presentium firmiter inhibentes quatenus nullus sit qui predictos abbatem vel conventum de Otenbeim contra presentis renovationis et confirmationis nostre gratiam presumat temere molestare; quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incurrisse. Ad hujus itaque rei robur in posterum valiturum presentis renovationis et confirmationis nostre paginam sigillo celsitudinis nostre fecimus communiri.

Testes autem hujus rei sunt : venerabilis Sifridus Moguntinus, Theodoricus Trevirensis archiepiscopi, Landolfus Wormatiensis episcopus, Conradus Spirensis electus, dux de Lemburc Waleranus, Eberhardus et Otto de Eberstain, frater Bertholdus de Tanwerden (*a*), Conradus de Smidevelt, et alii quamplures.

Actum dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense junii, decima (*b*) indictione.

Datum apud Spiram, anno, mense, indictione prescriptis.

Apud Spiram, Junio.

Fridericus, Romanorum imperator, Conradum de Stralenberg ad querimoniam abbatis Elwacensis proscriptum a vinculo pro-

(*a*) Rectius de *Tannenrode*.

(*b*) In chartulario *secunda*, male.

Digitized by Google

scriptionis absolvit donec in servitio suo morabitur, ea conditione quod si hoc intervallo compositio intervenire non poterit, eadem proscriptione teneatur astrictus.

(Inedit. ex exemplari cujus nobis liberaliter copiam fecit cl. vir Staelinus. Originale quondam Stuttgartii, postea in archivo Badensi asservatum nunc abest.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod Conradus de Stralenberc dictante sententia proscriptus fuerat ad querimoniam venerabilis Elwacensis abbatis dilecti principis nostri, pro eo quod castrum Stralenberc in fundo ecclesie sue construxit, et requisitus per eum juxta mandatum nostrum, noluit ut debuit emendare. Quia juravit venire nobiscum in Italiam in servicio nostro et imperii, et expediebat eum a proscriptione absolvi donec cum aliis fidelibus nostris in nostro servitio morabitur, absolvimus eum a vinculo proscriptionis ejusdem ex nunc et donec in servicio nostro fuerit, et post reditum suum ad sex septimanas, tali videlicet conditione quod castrum in eo statu sit, in quo nunc est, nullis aliis edificiis de novo construendis ibidem, et quod medio tempore, si poterit, cum abbate componat, ita ut de questione sua sibi reputet satisfactum et alias satisfaciat, secundum formam curie ut proscriptus, et sic ipse in antea permaneat absolutus. Quod si compositio intervenire non poterit termino pretaxato, post elapsum terminum eadem proscriptione teneatur astrictus. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo nostro jussimus communiri.

Data apud Spiram, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense junii, decime indictionis.

Ciprianus de Theate, judex imperialis aulae, vicarius Simonis comitis Theatini imperii legati et potestatis Paduae, praecipit potestati et ambaxatoribus Coneglani ut res acceptas de villis Col- Paduae, 10 junii.

fusci et Susiganae restituant, salvo quod commune Coneglani vel quivis alius possit ulterius super predictis villis suam ostendere rationem.

(Edit. ap. Verci, *Stor. della marca Trivig.*, t. II, docum. n° 84, ex archivo Conegl.)

In nomine Domini Dei eterni, anno ejusdem nativitatis millesimo ducentesimo trigesimo septimo, indictione X, die X intrante junio, dominus Ciprianus de Thert. (*sic*) (1), judex imperialis aule, domini Symonis comitis Theatini sacri imperii legati Padue potestatis vicarius, loco et vice ipsius domini Symonis, precepit domino Folcherio potestati Coneglani pro domino imperatore, ibi presenti, et ambaxatoribus illorum de Coneglano qui secum ibi aderant pro comuni Coneglani, in pena centum marcharum argenti, quod bestias illas et bona sive res que accepte fuerunt per dominum potestatem et homines Coneglani de villa Colfusci et Susigane restituantur usque ad diem sabbati proxime futuram illis quibus fuerunt accepte; et quod nullam predam vel insultum aut aliquam molestiam vel forzam vel aliquid novi contra dictas terras faciant in dicta pena, usque ad adventum ipsius domini Cipriani vel domini Ecelini Tarvisium vel Coneglanum, salvo jure omnium; et quod non fiat prejudicium communi Coneglani vel alicui qui ostendet aliquando quod aliquid jus habeat in dictis villis; et eo salvo quod quecumque istarum duarum partium sequi Tarvisium vel Coneglanum voluerit, possit ulterius quandocunque voluerit super predictis villis suam ostendere rationem coram domino Cipriano vel coram domino Symone potestate predicto. Actum in sala domus potestatis. Testes interfuerunt dominus Ugolinus Pricorus, et dominus Ugo de Arena judices, dominus Federicus de Porcilliis, et dominus Wecili de Porta, et alii.

(1) Verisimiliter legendum *de Theate*. Cyprianus iste judex idem est cujus mentionem facit Gerardus Maurisius ad mensem augustum 1236. Cf. Muratori, *Scriptor. rer. Italic.*, t. VIII, p. 43.

Digitized by Google

Ego magister Rolandinus (1) notarius sigilli comnnis Padue jussu domini Cipriani hec scripsi.

Fridericus, Romanorum imperator, in protectionem suam recipit specialem monasterium dominarum grisearum Sanctae Mariae extra muros civitatis Northusen cum omnibus possessionibus, confirmat bona quae eidem loco Ropertus advocatus deputavit, additque tres areas in orientali parte ecclesiae; jubens ut in omni libertate et quiete monasterium ipsum quidquid justis titulis adipisci potuerit possideat. Apud Herbipolim, 21 junii.

(Edider. LESSER, *Hist. Nachr. von Nordhausen*, p. 131, sed male; correctius vero FÖRSTEMANN, *Geschichte von Nordhausen*, II pars, p. 8-9, ex collatione cum transumpto authent. anni 1306.)

In nomine sancte et individne Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie et Iherusalem. Imperialem decet mnnificentiam nt in hiis facilem prebeat assensnm atqne favorem que ad honorem Dei atque ecclesiarum utilitatem pertinent et qnietem. Eapropter quia divine bonitatis clemenciam propiciam habere volumus, venerabile et dilectum nobis monasterinm dominarum grisearum extra mnros civitatis Northusen fundatum et ad montem Sancte Marie vocatum (2), ob reverentiam ejusdem sancte et intemerate Genitricis Dei et virginis Marie, cum omnibus possessionibus qnas nunc habet et fnturis temporibus justis modis potuerit adipisci, in nostram et imperii protectionem et speciale patrocinium suscipimns,

(1) Non absque laudabili conjectura hunc eumdem arbitramur qui chronicon de rebus ab Eccelino gestis conscripsit, sub hoc titulo *De factis in marchia Trevisana*, apud *Scriptores rerum italicarum*, tom. VIII, typis a Muratorio proditum.

(2) Scilicet *Marienberg*, posterius tamen *Neuwerk* appellatum.

Digitized by Google

imperiali nichilominus auctoritate confirmantes eidem monasterio possessiones quas dilectus noster Ropertus advocatus eidem loco deputavit a quacumque persona liberali vel servili actenus sub specie nostre porrectionis (*sic*) fuerint detente, volentes eas utilitatibus dominarum summa libertate famulari. Huic etiam donacioni addicimus tres areas in orientali parte ejusdem ecclesie sitas, decem solidos annuatim solventes. Preterea volumus ut quicquid idem monasterium deinceps de bonis imperii justis modis adipisci potuerit sive per emptionem sive per commutacionem sive per elemosinarum largitionem vel alio quocumque justo modo a quacunque persona sive libera fuerit sive ministerialis imperii, etiam non requisito super hoc specialiter assensu nostro aut exspectata scientia, eadem bona et licenter recipiat et in omni libertate atque quiete possideat omni contradictione cessante; ita ut nulla lex generalis vel privata hoc valeat impedire. Imperiali igitur auctoritate precipimus ut nulla persona secularis vel ecclesiastica prefatum monasterium in rebus suis contra tenorem hujus privilegii molestare presumat. Quod si quis facere presumpserit, preter indignationem Dei omnipotentis quam ipsum novimus incursurum, imperiali edicto statuimus ut XL libras auri componat camere regie inferendas. Ad hujus igitur rei memoriam perpetuam presens privilegium sigilli nostri impressione roboravimus.

Testes hujus rei sunt : Hermannus magister domus Theutonice et Hugoldus frater suus miles, Godescalcus monetarius de Northusen (1), Conradus et Henricus cognomento Horneboge, burgenses de Northusen, et alii quamplures.

Signum domini Friderici Romanorum regis (*sic*) invicti et regis Sicilie.

Acta sunt hec anno domini M. CC. XXXVII, indictione X, regnante eodem Friderico, Romanorum rege semper augusto, anno ejus regni in imperio XXXIX (2).

---

(1) Id est *magister monetae*, cum civitas Northusensis jus cudendi monetam haberet. De re hujus civitatis monetaria, vide FORSTEMANN, opere citat., pars I^a, p. 52-55; qui quidem plures monetae tabulas refert, inter quas unam cum leone et his circum litteris : CVNEL CVNRATI MVNYTVPII ⊥, id est *Cunello Cunrati Munylupii* (monetarii) *factum*.

(2) Cum plura sint in hoc privilegio contra solitum cancellariatus stylum admissa et pecu-

Digitized by Google

Datum apud Herbipolim, XI kalendas julii.

Nuremberg, 4 julii.

Fridericus, Romanorum imperator, possessiones ecclesiae Bambergensis apud Laubendorf sitas in sua protectione suscipit, quas Bertha de Wilhalmesdorf et filii ejus violenter impetebant.

(Memorat. ap. BOEHMER, *Regest. imperii*, uneinreihbare Stücke, p. LXXXIV, ex copia ab Oestreicher communicata.)

Datum Nuremberch, IV julii, indictione decima (1).

[Ineunte julio.]

Legati summo pontifici nuntiant se propter aeris intemperiem quae Mantuae saeviebat Brixiam adivisse, ubi ambaxatoribus societatis Lombardiae novum ad festum beati Jacobi terminum praefixerunt : quam citissime discordiis undique per Lombardiam debacchantibus providendum monent.

---

liariter iste modus annos regni in Germania ex morte imperatoria Henrici sexti computandi, referendum duximus authenticum, quod ita sonat : « Nos Henricus, Dei gratia Caminensis ecclesiae episcopus, recognoscimus et praesentibus lucide protestamur quod litteras serenissimi principis domini Friderici imperatoris Romanorum secundi non abolitas, non rasas, non viciatas nec in aliqua parte suspectas, vero sigillo ipsius cum filo serico integro sigillatas vidimus et legimus in haec verba : *In nomine*, etc. In quorum ampliorem evidentiam praesens transcriptum seu exemplatum sigilli nostri munimine dicto monasterio tradidimus communitum. Datum anno Domini M° CCCVI°, IIII° nonas maii. » Istud tamen authenticum non omne dubium tollit quin documentum sub annorum 1237 et 1306 intervallo rescriptum et immutatum fuerit; quod et ipse quoque monuit doctissimus Boehmerus, *Regesta imperii*, p. 175, n° 901.

(1) Hoc quoque instrumentum suspectum habuit Boehmerus, dum locus itinerario imperatoris convenire non videatur. Si tamen Fridericus Herbipoli steterit mense junio, nil obstat quin ineunte julio Spiram repetens apud Nuremberg fuerit moratus.

Digitized by Google

(Edidit Fr. Hahn, *Thom. Capuani dictam. epistol.*, t. I, p. 349-350. Coll. cum cod. bibl. Cesar. Paris., 8604, fol. 20 verso, 21 recto.)

Ad sanctitatis vestre notitiam presentium tenore perferimus nos iter impositum prosequentes quinta feria post octavam Pentecostes (1) preduce Deo Mantuam incolumes pervenisse, ubi quidam ambassatores rectorum societatum nostro se conspectui presentarunt. Sane cum Mantue multa jaceret turba languentium et languor plus solito multis esset ad mortem, nos locum suspectum reputantes extraneis quem sentiebant domestici experimento nocivum, adivimus Brisciam querentes remedium aeris mitioris. Ubi convenientibus nuntiis civitatum societatum predictarum propositisque petitionibus ex parte domini imperatoris oblatis ac facta monitione juxta formam suscepti mandati ambassatoribus memoratis qui ad mittentium volebant deliberationem recurrere, festum beati Jacobi (2) proxime futurum prefiximus terminum respondendi. Verum ne beatitudinem vestram miserabilis status provincie lateat, non absque turbacione referimus quod in nostri prosecutione itineris civitates invenimus invicem hostili gladio se lacessere et unam adversus aliam pestilenti desevire concursu, eosque qui detinentur hinc inde inhumane tractari captivos. Et quidem sic discordie malum invaluit quod non discernitur evidenti judicio que pars provincie non sit obnoxia malo culpe vel pene. Ecce mucro furit, ignis vorat, manus rapit, pupillo non parcitur, non excipitur vidua et sacris reverentia non habetur. Super hiis autem adhibemus cautelam pro posse, curationem expectantes ab eo qui plenam habet in potestate medelam. Precum enim nostrarum instantia, compedum in quarumdam civitatum captivis relaxatur vel mitigatur angustia, et de artissimo carcere in libere custodie domibus ad quale quale ipsorum solatium videtur eisdem respectiva moderatione provisum. Hec autem scribimus non ut ministerio missorum aliquid adscribatur, sed ut mittentis sollicitetur sapientia, eo quod multa concurrunt que potentis

(1) Scilicet die veneris 19 junii.
(2) Scilicet 25 julii.

Digitized by Google

providentie ac potentie provide desiderare videntur affectum pariter et effectum.

Fridericus, Romanorum imperator, cives Argentinenses cum omnibus eorum bonis eundo, stando et morando per imperium sub sua protectione recipit, quamdiu episcopo Argentinensi contra comitem de Liningen auxilium non praestabunt. Apud Spiram, 10 julii.

(Edider. WENCKER, *Appar. archiv.*, p. 161.—LAGUILLE, *Hist. d'Alsace*, docum., p. 40.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Supplicarunt culmini nostro cives Argentinenses fideles nostri ut quia timebant quod occasione guerre que dudum est inter venerabilem Argentinensem episcopum dilectum principem nostrum et comitem de Liningen, eis posset aliquod periculum generari, ipsos cum omnibus bonis suis sub nostre defensionis gratia recipere dignaremur. Nos itaque devota ipsorum servitia attendentes, justis eorum precibus inclinati, predictos cives cum omnibus bonis suis in nostram et imperii protectionem duximus assumendos, volentes ut securitate nostra et imperii tuti sint in rebus et personis, eundo, stando per imperium et morando, quamdiu predicto principi nostro contra comitem de Liningen auxilium non prestabunt. Quocirca mandamus universitati vestre per optentum gratie nostre firmiter precipientes quatenus nullus sit qui eosdem cives contra presentis nostre defensionis gratiam presumat temere molestare; quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum.

Datum apud Spiram, X julii, X indictionis.

Apud Spiram, julio.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem abbatissae et conventus monialium de Rothenmünster, hoc monasterium, familiam, praedia et omnia bona ejus in suam et imperii protectionem recipit, advocatiam ejusdem in suis et imperii manibus retinendam promittens.

(Edit. ap. Lunig, *Reichsarchiv*, tom. XVIII, pars II^a, p. 298, nunc mendis evidentibus expurgatum.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum esse volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod N. venerabilis abbatissa et conventus monialium de Rothenmunster, Cysterciensis ordinis, fideles nostre, imperiali clementie nostre humiliter supplicaverunt ut quia idem monasterium, persone, familia, predia et omnia bona ipsarum sub nostra et imperii advocatia consistunt, tam monasterium quam personas, familiam, possessiones et omnia sua que in presenti juste possident vel in antea justo titulo poterunt adipisci, sub nostra et imperii protectione et favore speciali recipere dignaremur, advocatiam ipsius monasterii et prediorum suorum, prout ex generali approbata consuetudine et immunitate Cysterciensis ordinis nobis et imperio pertinet pleno jure, in nostra reservantes et imperii ditione et nullo futuro tempore a nostris et imperii manibus alienari vel subtrahi permittentes. Nos itaque feminei sexus impotentiam attendentes et ferventem zelum quo ad cultum divini obsequii jugiter elaborant sexum excellentes (*sic*) in opere et operis sortientes meritum in effectu, justis earum supplicationibus annuentes, predictum monasterium, abbatissam, conventum, familiam, predia et omnia bona ipsarum que juste possident in presenti et rationabiliter adipisci poterunt in futurum, in nostram et imperii protectionem et favorem nostre gratie recepimus specialem; advocatiam ipsius monasterii

ad nos jure speciali spectandam (*sic*) promittentes in nostris et imperii manibus retinendam et quod nunquam eam a nobis alienari vel subtrahi permittemus. Preterea prohibemus presenti pagina universis quatenus nullus sit qui predictum monasterium, abbatissam, conventum, familiam in prediis vel ceteris bonis suis que nunc habet vel justis modis habebit in antea contra presentis protectionis et favoris nostri paginam presumat offendere vel aliquatenus indebite molestare. Contra qui presumpserit indignationem nostram se noverit incurrisse. Ad hujus itaque protectionis et favoris nostri perennem memoriam, presens scriptum fieri et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII, mense julii, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, Romani imperii ejus [anno] octavo decimo, regni Jerusalem undecimo, regni vero Sicilie tricesimo nono, feliciter. Amen.

Data apud Spiram, anno, mense, indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Henrici de Fleckenstein fidelis sui, capellam dictam Meerbrun (Marienbronn) in Foresta in fundo ejus sitam cum duodecim griseis sororibus ibidem Deo famulantibus in protectione sua recipit, eidemque bona et possessiones confirmat. Spirae, Julio.

(**Ineditum ex confirmatione Rudolfi I, Romanorum regis, data Oppenheim 4 idus martii, 10 indict., ann. 1282. Ambo autem nusquam comparent, nisi ex versione germanica seculi decimi sexti exeuntis in archivo praefect. Argentin., *Titres de l'Abbaye de Neubourg*.**)

Hujus rei testes sunt venerabilis Sifridus archiepiscopus Maguntinus, Theodericus archiepiscopus Treverensis, Landolfus Wormatiensis episcopus, Conradus Spirensis electus, dux Limburgensis Valeramus, Eber-

Digitized by Google

hardus et Otto fratres de Eberstein, Bertholdus de Tannerode, Heinricus de Scharfeneck et alii quamplures.

Datum Spire, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense julio, decime indictionis.

Ad ampliorem rei fidem, versionem germanicam, sicuti nos eam invenire contigit, nunc exhibendam curamus :

Frideric von Gottes gnaden Römischer Kaiszer allzeit mehrer desz Reichskönnig zu Jerusalem und Sicilien. Durch diese Geschrifft wollen wir khundt und offenbahr sey allermäniglich dasz unszer getreuer Heinrich von Fleckenstein unser hochwurdtigkeit gebeten hat dasz wir in unszeren gnaden gnädiglich wollen vergönnen die Capel genandt Meerbrun gelegen im Waldt bey dem Gehürge in dem Grundt ains Lebens dasz er von unsz und unszern Reich inhalt und besetzt und zu ordnen daselbst zwolff grauer Closterfrauwen dem Herren zu dienen in der Einigkeit desz selbens Waldes hiernmh angesehne themüthige verdienlichkeit seiner dienst haben wir ihm verluhen die genante Kirch darzu setzen graue nunnen : umb desz Gottes dienstes willen : ahn dasz er sie mög wieder und auffrechten mit ihren gutten meinung nach dem und sich gebuhrt dem stodt der vorgenanten nonnen dasz sie darinnen mögen ruhentlich dem Herren dienen und von ingebohrner Sanftmuthigkeit versehent wir ihen Barmhertzigliche und vergunent, wär es dasz durch ihn oder andere Christglaubige menschen gab und allmossen schaff und ander Vühe zu brauch und nutz derselben nunnen innen gegeben würdt. Dasz sie habens in derselben Einikeit desz Waldes und im Gebürge freyn weidt vor ihre Vühe dasz sie haben darzu nemen wir die nunnen die andieselbe statt geseizt werden und dasz selb Betthausz mit ihren gutthern, Vühe und andern Dingen die sie durch handreichung und allmosen glaubigen menschen mogen uberkommen under unszere und desz Reichsz schirm und Gunst und verbietten allermaniglichen durch Gewaltsamfkeit dieser schrifft dass niemandt seye der ihr ruhe oder sitz in personnen oder in güthern wider geschrifft dieser gegenwärtigen Gönnung und schürm darff freventlich betruben war aber iemandt der sich understündte der soll wiszen dasz er voll in unszer ungnadt.

Und zu gehen in dieser ding sey der ehrwordtige Syfridt ertzbischoff zu Mentz, Dieteric ertzbischoff zu Trier, Landolfus zu Worms bischoff, Conrad erwälter zu Spir, der herzog von Lembourg Valeramns, Eberhard [und] Otto gebrüder von Eberstein, Verchtoldt von Tannrod, Heinrich von Scharffeneck, und andere etwan villen.

Datum zu Spir, im und nach der menschwerdung desz herren alsz man zahlet tauszent zwey hundtert treiszig und siben, in dem monath *julio*, in der zehent Römerzahl.

Digitized by Google

Hermannus, magister hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum, Ostiensi episcopo et Sanctae Sabinae cardinali Apostolicae Sedis legatis nuntiat se mox Lombardiam aditurum propter pacem una cum eis componendam; quae si ad adventum imperatoris composita non fuerit, imperator ipse nec estate nec hieme quiescet quin Lombardorum pertinaciam armis coerceat. [Julio exeunte.]

(Edit. ap. Huillard-Bréholles, *Chronicon de rebus in Italia gestis*, p. 164, ex codice Musaei Britannici. Parisiis, in-4°, 1856.)

Reverendis in Christo patribus ac dominis Raynaldo Ostiensi et Velletrensi episcopo et Thome tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolice Sedis legatis, H. hospitalis Sancte Marie Theutonicorum Jerusalem minister humilis reverentie et obsequii devotionem. Prout denunciavimus vobis per alias litteras, sic iterato per presentes paternitati vestre cupimus esse notum quod dominus serenissimus imperator jam versus partes Auguste se contulit ut deinde cum victorioso exercitu repetat Lombardiam. Nos autem eo movente ab Augusta feliciter castra sua, una secum movere disposuimus, prevenientes eundem, ut sepe jam scripsimus, et ad vos dietis maximis properantes, ita quod circa festum Assumptionis beate Marie Virginis vobiscum presentes erimus, Domino dante, ut sicut dominus noster papa attente monuit et precepit, procuremus inter imperialem excellentiam et Lombardos rebelles suos vobis mediantibus bonum pacis. Nos enim expressius in capitulo nostro apud Marpurch nuperrime celebrato, ubi pene centum fratres nostri de nobilibus et potentibus tocius Germanie (quod utinam Apostolice Sanctitati et vobis plene pateret) presentes fuerunt, communi voto et voce, fratrum omnium consilium dissuasit ut de Lombardorum negotio nos de cetero intromittere debeamus. Principes enim Germanie nobis culpam ascribunt de negocio Lombardie, qui non [per] compositionis formam, sed fuso sanguine, prout in

Digitized by Google

arma furens imperium exigit, vellent Lombardos imperio subjici et ad imperialis culminis mandata redire. Vix tamen ad instantiam nostram ab eisdem fratribus nostris, asserentes eis quod de pace tractanda nobis a domino papa datum fuerat in mandatis, obtinere (*a*) ut modo tantum redeundo ad vos compositionem ipsam tractare possimus. Vos ergo si videritis quod compositio ipsa deduci valeat ad effectum, Lombardos si placet in competenti loco taliter convocetis ut cum veneritis sint ipsa (*b*) presentes. Pro certo enim tenere potestis quod Cesar invictissimus nos dictis exercitui (*c*) competentibus sequitur. In pratis Verone sicut anno preterito moram non contrahet nec detineri non poterit verbis et astuciis Lombardorum, vacantibus interim ensibus et lanceis Germanorum. Sed mox cum applicuerit, si non extiterit compositio preparata, incipiet contra rebelles vires suas strenue exercere, Theotonicorum suorum furioso impetu dissoluto. Si quidem per interventum pacis hujusmodi posset aboleri processus, crederemus utique gloriosum apud Deum et homines laude dignum. Verum si hac vice nobis tantum bonum zelantibus pro Lombardis, ipsi neglexerint credere, volentes in superbia consueta persistere, nos de ipsorum negocio vel quiete tractare contra fratrum nostrorum omnium voluntates et vota principum non licebit. Ecce palam coram Deo et hominibus nos de omnibus excusamus quod ad procreandam pacem libenter intendimus, nam debemus, et ad arctandum processus bellicos libentissime laboramus et in quantum possumus satisfacere nitimur apostolicis monitis et preceptis. Ceterum scire vos volumus quod a proposito premittendi virum nobilem Gaboardum comitem de Harneisten cum militum comitiva dominus imperator destitit cum ad ipsum pervenimus, quia tempore partem (*d*) est venturus. Verumtamen ipsum cum festinancia premittit in Tusciam, in Lombardia sibi cum multa militia occursurum. Presumptio quidem est et signa magna procedunt quod idem dominus imperator nec estate nec yeme disponet relinquere Lombardiam, donec ad

(*a*) Hic deest verbum *potuimus* vel hujusmodi.
(*b*) Locus mutilus sive male transcriptus.
(*c*) Locus denuo mutilus, nisi legendum sit *dietis* pro *dictis*.
(*d*) Vox in codice parum legibilis; forsitan *parlementi*.

Digitized by Google

sui et imperii honorem inchoatum negocium optato proferat (a) complemento, quum pro certo creditur quod imperatricem illustrem consortem suam illic venire faciet et tenebit ibidem.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem capituli Cizensis ecclesiae, arbitrii sententiam anno 1230 mense februario latam confirmat, qua deciditur electionem Nuenburgensis episcopi Cizenzi capitulo non competere et titulum Cizenzis ecclesiae Nuenburgensi episcopo de caetero nullatenus adscribi debere. Apud Augustam, augusto.

(Edid. Lepsius, *Geschichte von Naumburg*, tom. I, p. 283 et 287, ex originali in archivo capituli Cicensis.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierosolymorum et Sicilie rex. Si justitie moderatrix summa divinitas Romanum imperium pro universali justitia clementer astare disposuit, si nostri sedes imperii ex ejus dispositione tenetur equa moderatione jura respicere singulorum, decidere lites, pacare discordias, humiliare superbiam et odia removere, multo dignius cum equitatis favore decernimus ob illius honorem cujus nomini ecclesie sunt dicate, ab aula sacra ejus fomite odii ac dissensionis amoto provise pacis arbitrium imperiali munimine roborare. Hinc est igitur quod presenti scripto notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod prepositus, decanus totumque Cizensis ecclesie capitulum nostre celsitudini per suas litteras supplicarunt ut arbitrium super compositione inter eos et Numburgense capitulum promulgatum confirmare de nostra gratia dignaremur. Tenor vero litterarum in quibus forma arbitrii continetur talis est :

Serenissimo domino suo Friderico inclito Romanorum imperatori et semper augusto, A. (b) Dei gratia prepositus et decanus totumque Cizensis

(a) Sic; aptius videretur *perficiat*.
(b) Scilicet *Arnoldus*.

Digitized by Google

ecclesie capitulum devotum cum orationibus humilitatis sue famulatum (a). Majestati vestre duximus intimandum quod questio que inter Numburgensem et Cyzensem ecclesias vertebatur super reverentia quam Numburgense capitulum petiit a Cyzensi et super jure coeligendi Numburgensem episcopum quod nobis cum capitulo Numburgensi competere credebamus, mediantibus viris providis et honestis, videlicet Magdeburgensi archiepiscopo, domino W. Mutinensi, Numburgensi, Merseburgensi episcopis, per arbitros hinc inde electos a partibus est decisa. Forma arbitrii hec est :

« Ista est forma in qua sex arbitri pariter consenserunt : videlicet quod prepositus Cicensis pro se et capitulo suo renuntiet omni juri quod ecclesie Cicensi ab antiquo competiit vel dicitur competisse in electione episcopi Nuenburgensis et in jure cathedratico sive cathedralis ecclesie, et in memoriam et recordationem antique fundationis Cicensis ecclesie capitulum Nuenburgense recipiet in presenti Cicensem prepositum in canonicum et in fratrem ecclesie Nuenburgensis, ita quod liberam habeat vocem dictus prepositus Cicensis in electione episcopi Nuenburgensis tercio loco, hoc est continuo post decanum. In choro autem locum obtineat juxta prepositum Nuenburgensem nisi in stationibus et processionibus tunc habebit proximum locum post decanum Nuenburgensem. Vacante autem prepositura Cicensi, canonici Cicenses eligendi liberam habeant potestatem, et qui fuerit electus, hoc ipso sit canonicus Nuenburgensis et prebendam obtineat decessoris sui. Presentetur autem capitulo Nuenburgensi ut recipiatur a fratribus et stalletur in choro. Hac autem prima vice assignetur ei prebenda que vacat, ita tamen quod si dominus Otto legatus acciplet hanc prebendam, provideatur dicto preposito Cicensi per capitulum Nuenburgense in redditibus unius prebende usque quo ei prebenda integra assignetur. Observabit autem dictus prepositus Cicensis honestas et hactenus approbatas consuetudines ecclesie Nuenburgensis, ita tamen quod ad residentiam minime compellatur, sed teneatur habere vicarium in ecclesia supradicta. Mortuo autem preposito Cicensi, fructus prebende

(a) Apud Lepsium *futurum*, male.

Digitized by Google

sue cedant anno gratie secundum consuetudinem ecclesie. Titulus autem Cicensis ecclesie domino episcopo Nuenburgensi de cetero nullatenus adscribatur. Nuenburgenses etiam anniversarium Ottonis imperatoris fundatoris cum debita solempnitate peragere debent. Prepositus etiam Cicensis quia est archidiaconus ejusdem loci, et alter archidiaconus, videlicet Gerardus cellerarius, et qu eis pro tempore in iisdem archidiaconatibus successerint cum clero ipsorum in synodo solemni in dextro latere ipsius synodi locum habere debent, ita quod nullus eis prelatus adjungatur, preter pre ositum Sancti Stephani in Cice qui sedeat juxta prepositum Cicensem. Statutum est etiam ut predicti duo archidiaconatus perpetuo maneant apu l ecclesiam Cicensem, alii autem archidiaconatus omnes apud canon cos Nuenburgensis ecclesie per episcopum perpetuo locabuntur. Statutum est etiam quandocumque Cicenses canonici veniant ad synodum solempnem vel ad capitulum Nuenburgense, sine religione (1) no debeant compare e. Acta sunt hec in majori ecclesia Merseburch, anno Domini M. CC. XXX, mense februario. » Quia idem arbitrium approbatum est a partibus et receptum, majestati vestre devotissime supplicamus quatenus ipsum imperiali auctoritate dignemini confirmare.

Nos itaque qui pacifico ecclesiarum statui providere tenemur et in earum concordia delectamur que de sue fertilitatis utero devotos nobis et imperio paruit in prelatis, p edictorum prepositi et decani totiusque Cycensis ecclesie capituli justis supplicationibus annuentes, inspectis quoque confirmationibus Apostolice Sedis et dilecti principis nostri A. venerabilis Magdeburgensis archiepiscopi metropolitani eorum, que super eodem arbitrio sunt obtente, dictum arbitrium, prout eque latum est et a partibus approbatum, auctoritate imperialis culminis duximus confirmandum; favore precipuo prosequentes ut juxta quod dictavit arbitrium, titulus Cycensis ecclesie episcopo Nuenburgensis ecclesie nullatenus ascribatur. Ad hec presentis scripti mandamus edicto penitus prohibentes ut nulla persona sublimis vel humilis, ecclesiastica vel mundana, contra

(1) Id est *sine religiosis vestimentis*. Cf. Adelung ad verbum *religiosus*.

Digitized by Google

presentis confirmationis nostre tenorem venire presumat. Quod qui presumpserit indignationi nostre poterit subjacere. Ad hujus itaque confirmationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum, presens privilegium fieri fecimus et aurea bulla tipario nostre majestatis impressa jussimus insigniri.

Cujus rei testes sunt Siffridus venerabilis Moguntinus archiepiscopus,... Herbipolensis episcopus,... Augustensis episcopus,... Bambergensis episcopus, frater Hermannus magister domus Sancte Marie Theutonicorum, frater Bertholdus de Tanrode, comes Popo de Henneberc, Gottfridus de Hohenlo, burccravius de Nuremberg, pincerna de Wintersteten, et plures alii qui interfuerunt.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense augusto, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Hierosolymorum et Sicilie rege, Romani imperii ejus anno octavo decimo, regni Hierosolyme undecimo, regni vero Sicilie tricesimo nono, feliciter. Amen.

Datum apud Augustam, anno, mense et indictione prescriptis.

Apud Augustam, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, ratam habet et confirmat emptionem factam per Conradum episcopum Osnaburgensem a comite Teckneburgensi de advocatiis ecclesiae ejusdem, scriptum venditionis hujus in ipso privilegio inserens.

(Edit. ap. Möser, *Osnabr. Gesch.*, 3ᵉ pars, docum. n° 177, e schedis Henseleri.)

Fridericus Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod dilectus princeps noster Conradus Osnaburgensis episcopus quoddam scriptum curie nostre presentavit, cujus tenor talis est :

Conradus miseratione divina Osnabrugensis episcopus ecclesie, universis

Digitized by Google

presens scriptum intuentibus gratiam in presenti et gloriam in futuro. Cum figura hujus mundi ex sui mutabilitate vanitatem pretendat. . . . . expedit pie ac fideliter gesta scripto commendari. . . . . Ea propter notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod cum comes Tekeneburgensis, quondam advocatus ecclesie nostre, tam enormiter in ecclesiam et homines ecclesie nostre desevirct ut tam ministeriales quam civitatis nostre burgenses propter corporum et rerum pericula ad defensionem justam compellerentur, tanto tempore tantaque devocatione (*sic*) (*a*) in sanguinis effusione et aliis rerum jacturis perdurarunt ut merito merita ipsorum nobis essent respicienda si se locus obtulisset. Subsequenter vero cum nomine ecclesie nostre advocatias episcopatus nostri a comite Teckneburgensi suisque heredibus pro octingentis marcis a nobis, capitulo, ministerialibus, burgensibus datis titulo emptionis comparavimus, favorem et meritum predictorum ministerialium et burgensium ex causis supradictis advertentes, ipsas communi consensu ecclesie nostre hoc modo et ordine tam a nobis quam a successoribus nostris censuimus observandas: (Sequitur forma et conditiones observationis hujus). Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII, mense augusti. Interfuerunt huic facto prepositus Willelmus, Joannes decanus, etc.

Verum quia nostre celsitudini supplicavit ut venditionem quam fecit comes Teckneburgensis [de] advocatiis episcopatus sui ratam habere et nostro confirmare assensu de nostra gratia dignaremur, nos attendentes supplicationes ejusdem principis nostri justitie inherere, sibi favorabiliter duximus annuendum, eamdem venditionem sicuti juste facta est ratam habentes et nostro confirmantes assensu. Statuimus insuper et presentis scripti auctoritate mandamus quod nullus sit qui predictum episcopum et ecclesiam suam contra presentis ratihabitionis et confirmationis nostre paginam temere molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationi nostre se noverit subjacere. Ad cujus itaque memoriam hoc scriptum fieri fecimus et sigillo nostri culminis roborari.

Testes sunt hi Sifridus venerabilis Moguntinensis archiepiscopus, Cunradus burggravius de Nurenberg, comes Albertus et comes Rudolphus

(*a*) Forsitan *devastatione* sive *desolatione*.

fratres de Hausberge, Henricus de Werda, Gotofredus de Hoemloh, etc. (*sic*), Conradus de Schmidelfadt, Henricus marechal (*sic*) de Boppen (*a*), et alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° XXX° VI° (1), mense augusti, decima indictione.

Data apud Augustam, anno, mense et indictione prescriptis.

In castris apud BrIderichingen, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Hermanni magistri hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum et fratrum ejusdem domus, eis confirmat proprietates et bona quae frater Helmericus, filius quondam Hartwici magistri coquinae, offerendo personam suam eidem domui simul obtulit et concessit.

(Ineditum ex originali in archivo Stuttgartensi. Sigillum cereum filis sericis amaranthini coloris ex vetustate flavescentibus dependet.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Dignum censemus et id ordo postulat rationis ut ea que in presentia nostra fiunt imperialis firmiter prosequatur auctoritas, ut causarum merita munimen inde suscipiant unde principium acceperunt, presertim ubi professio religionis venit in medium que favorem Romani principis specialiter promeretur. Hinc est itaque quod presentis scripti serie notum fieri volumus modernis et posteris universis quod frater Hermannus venerabilis magister hospitalis Sancte Marie domus Theutonicorum et fratres ejus, fideles nostri, nostro culmini supplicarunt quatenus

(*a*) Ita pro *Bappenheim*.

---

(1) Ex data documenti ibidem inserti necnon et ex indictionis numero, clare liquet anni notationem unitate deficere, sive menda sit originalis ipsius aut amanuensis.

proprietates et alia bona que frater Helmericus filius quondam Hartwici magistri coquine offerendo et profitendo speciali voto personam suam in fraternitatem domus optulit eidem domui, nostra optenta licentia coram nobis, ipsis et domui confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos igitur attendentes qualiter tam sollempnis oblatio et religiosa professio divino cultui deputata sint votis continuis observanda nec licitum sit alicui post emissum sollempne votum a via Domini resilire, proprietates et omnia bona ejusdem fratris Helmerici in presentia nostra dicte domui Sancte Marie oblata nostre optenta licentia majestatis, predictis magistro, fratribus ac successoribus eorum et eidem sacre domui Sancte Marie oblata confirmamus; que videlicet proprietates et bona propriis duximus vocabulis exprimenda : in primis curiam que dicitur magistri coquine, curiam que dicitur divitis Gerungi, curiam que dicitur domini Helmerici que Nova Curia appellatur, curiam ante ecclesiam Sancte Catherine, decem jugera vinearum in situ qui dicitur Trenke, decem jugera in monte Hohenberc, octo jugera in monte Heseler, duo jugera in Tieffinclingen, duodecim jugera in monte qui dicitur Obenhusen, decem jugera in monte qui dicitur Wintherlite, decem jugera in Morsburg, bona que habuit apud Gerbrunnen, universa bona que apud Rotenburc et circa Rotenburc legitime possidebat et alia omnia que cum jure successionis in bonis avonculi patris sui Heinrici magistri coquine pie recordationis tam sibi quam sorori sue religiose competunt, divisione in capita eque facta, salvo jure per omnia si quod de rebus predictis debetur. Preterea ex habundanti gratia nostra quam erga ipsius domus incrementa speciali favore gerimus et habemus, licet eadem domus super omnibus que ab imperio jure feudali tenet siquando eidem domui collatis privilegium ab excellentia nostra optineat generale, ad ea tamen omnia que dictus frater Helmericus eidem domui contulit, sicut quondam pater ejus et ipse a nobis et imperio tenuerunt, indulgentiam et gratiam sibi fecimus specialem; presentis privilegii auctoritate mandantes quatenus nullus dux, princeps, marchio, comes, advocatus, scultetus, civis vel quevis alia persona, ecclesiastica vel mundana, sublimis vel humilis, predictos magistrum, fratres et eandem domum contra presentis confirmationis, indulgentie et gratie

Digitized by Google

nostre paginam impetere, molestare vel perturbare presumat. Quod qui presumpserit, preter indignationem nostri culminis quam incurret, se centum marcas argenti compositurum sciat in sue temeritatis vindictam, quarum media pars camere nostre et reliqua passis injuriam persolvetur. Ad hujus itaque confirmationis et indulgentie nostre memoriam et robur imposterum valiturum, presens privilegium fieri et sigillo nostre majestatis jussimus roborari.

Testes hujus rei sunt venerabilis Sifridus Maguntine sedis archiepiscopus, Siboto Augustensis, L. Wormatiensis episcopi, Conradus burcgravius de Nuerinberc, comes Albertus et comes Rudolfus fratres de Hauspurc, comes Heinricus de Werde, Gotfridus de Hohenloch, Wolfradus de Crutheim, Boppo de Durneu nobiles, Conradus pincerna de Wintherstet, Conradus de Smidelvelt, Heinricus marscalcus de Bappenhein, Eberhardus de Herringesberge, Ramungus de Camersteine, Rindesmulus, et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense augusti, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii ejus decimo octavo, Jerusalem undecimo, regni vero Sicilie tricesimo uono, feliciter. Amen.

Datum in castris apud Briderichingen (1), anno, mense, indictione prescriptis.

In castris apud Windahe, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, testatur quod civitas Seli-

(1) Hodie *Briedriching* seu potius *Prittriching* in Bavaria, casale in media via inter Augsburg et Windach.

Digitized by Google

genstat non spectet ad imperium, sed ipse jure haereditario feodaliter eam possideat ab ecclesia Maguntina, jam inde a tempore avi et patris sui.

(Edit. in Joannis, *Tabular. veter. Spicileg.*, t. I, p. 456.—Guden, *Cod. diplomat.*, t. I, p. 811.—Et ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 261-262, num. DCCLIV, ex originali cujus sigillum appensum periit, remanentibus tantum filis sericis flavi coloris.)

Fr[idericus] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod civitas Seligenstat non spectat ad imperium, sed eandem civitatem jure hereditario feodaliter possidemus ab ecclesia Maguntina, sicut avus et pater noster, divi augusti recolende memorie, eam per eandem ecclesiam possedisse noscuntur. Ut igitur super hoc in posterum nulla dubietas oriatur, presentis protestationis paginam fieri et majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense augusti, decime indictionis.

Datum in castris apud Windahe (1), anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, pro certa pecuniae quantitate et pro resignato sibi theloneo in Schardinga, a Rudigero episcopo Pataviensi, nimium debitis gravato, ejusque ecclesia in pignus recipit omnia feoda, quae Liupoldus, quondam Austriae et Styriae dux, ab ecclesia Pataviensi tenuerat titulo feodali. In castris apud Wellheim, augusto.

(Edit. ap. Hormayr, in *Wiener Jahrbüch. der Literatur*, 1827, XV bd., p. 116-117. — Et ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 262-264, num. DCCLV, ex originali cujus sigillum appensum periit, remanente parte superiore filorum sericorum flavi coloris.)

(1) *Windach*, locus ad orientem juxta Landsberg jacens.

Digitized by Google

Fr[idericus], Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sycilie rex. Cum culmen nostre deceat majestatis ne ea que acta a nobis fuerint vel promissa, diversorum nobis incumbentium negotiorum materia impediat effectui mancipari, presentibus litteris duxit nostra serenitas singulis declarandum quod cum dilectus princeps noster Rudegerus, venerabilis Pataviensis episcopus, pro debitis ecclesie sue a creditoribus Romanis et Senensibus nimium gravaretur; nec haberet unde solvere posset sua debita episcopus memoratus; inter nos et ipsum de bonorum et fidelium nostri imperii [consensu], tale fuit medium adinventum: quod idem episcopus feoda omnia, que Liupoldus quondam Austrie et Styrie dux in utraque terra tam ab eo quam a sua ecclesia Pataviensi videlicet tenuerat titulo feodali, nobis pro mille quadringentis marcis argenti ad pondus Coloniense solvendis obligavit et insuper pro sexcentis libris denariorum Pataviensis monete, quas se recepisse fatebatur, de proventibus thelonei in Schardinga quamdiu idem theloneum ex permissione imperiali tenuerat, prout constat; investiens nos de ipso feodo, tantum titulo pignoris tenendo, coram nobilibus imperii fidelibus, Friderico de Truhendinge, Wolfrado de Chrutheim et burgravio de Nurenberch et aliis quampluribus; assignans etiam corporalem possessionem feodorum predictorum nuntio nostro, ad hoc specialiter a nostra excellentia deputato. Investivit etiam dictus episcopus Fr[idericum] de Truhendinge, loco et in persona Chunradi in Romanorum regem electi et regni Jerosolimitani heredis, karissimi filii nostri, de predicto feodo similiter titulo pignoris tenendo si nos ei premori contingerit, pecunia prestita non soluta; et nos, vel Chunradus rex, filius noster, tenebimus et possidebimus, titulo pignoris tantum, feodum antedictum juxta obligationem predictam, ita ut proventus ejusdem feudi absque sortis diminutione nobis cedant; quoadusque per eundem episcopum et ecclesiam vel suos successores nobis fuerit satisfactum integre de predicta pecunie quantitate; extunc enim in antea erit sine contradictione qualibet, tam episcopo, quam Pataviensi ecclesie, obligatum feodum, absolutum. Resignavit etiam idem episcopus et renuntiavit theloneo in Schardinga, prout habuerat hactenus hoc a nobis. Insuper promisit nobis firmiter epi-

Digitized by Google

scopus supradictus dare vel mittere nobis litteras capituli sui, cum sigillo et attestationibus, de ratihabitione obligationis et pignoraticie, prout superius est expressum. Nos vero protestamur ac dicimus nos teneri, quod et volumus adimplere, de predictis mille quadringentis marcis argenti per nos vel per nuntium nostrum, debere ac velle solvere primo venturo festo beati Martini, undecime indictionis, quingentas marcas argenti, ad pondus Coloniense, et reliqua nongentas marcas ad pondus memoratum in kalendis primi tunc venturi mensis madii, sibi vel nuntio suo, per nos vel nuntium nostrum, contradictione qualibet non obstante. Ut igitur presens obligatio permaneat inconcussa, ad futuram rei memoriam et cautelam memorati episcopi et ecclesie Pataviensis, presens instrumentum conscribi et sigilli nostri munimine et appensione jussimus roborari.

Acta sunt hec in castris apud Wilheim, anno Domini millesimo CC° XXXVII, in mense augusto, decime indictionis.

Angelus de Marra ex mandato familiarium imperatoris Guillelmo et Johanni judicibus Nuceriae mandat ut, inquisitione facta de jure monasterii Cavensis super ecclesiam Sancti Laurentii de la Rostineta, si eidem monasterio pertineat, stalleriis imperialis demanii praecipiant ne monasterium in quieta possessione ejusdem ecclesiae molestent. [28 julii et 5 augusti.]

(Inedit. ex originali membranaceo in archivo monast. Cavensis, arca XLIV, n° 108.)

In nomine Domini Dei eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab incarnatione ejus millesimo ducentesimo tricesimo septimo, septimo decimo anno imperii domini nostri Friderici, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et regni Sicilie et Italie gloriosissimo rege, mense agusti, decime indictionis. Coram nobis Guillelmo et Johanne judicibus Nucerie, subscripto Matheo notario, pre-

sentibus Stancione Brenculo, magistro Petro de Pasca et Raymo testibus subscribendis, ad hoc specialiter rogatis et vocatis, venit dompnus Johannes prepositus et monachus monasterii Cavensis et assignavit nobis prefatis judicibus quasdam litteras sigillatas ex parte domini Angeli de Marra taliter continentes :

Prudentibus viris judici Guilelmo Turioni et judici Johanni de Alderisio de Nuceria, Angelus de Marra salutem et amoris affectum. Nuper recepimus a dominis curie licteras in hac forma : — Prudenti viro domino Angelo de Marra Panormitanus et Ravellensis (1) domini imperatoris familiares, et cetera. Venerabilis abbas monasterii Cavensis nobis exposuit quod stallerii imperialis demanii et revocati Nucerie, occasione et nomine cujusdam ecclesie sancti Laurentii de Turricclo site in tenimento Nucerie que dicitur fore ad demanium curie revocata..... (a) et molestant ipsum abbatem de quadam alia ecclesia sua nomine sancti Laurentii de la Rostineta sita in Nucerie monasterii sui pertinentiis, in ipsius abbatis et monasterii sui prejudicium et gravamen. Quare prudentiam vestram requirimus ex imperiali parte mandantes quatinus causam ipsam diligenter inquirere faciatis, et si inveneritis quod predicta ecclesia Sancti Laurentii de Turricclo fuerit ad manus curie revocata et alia ecclesia Sancti Laurentii de la Rostineta non extiterit revocata, precipiatis stalleriis demanii et revocati Nucerie quod de cetero dictum monasterium de ipsa ecclesia Sancti Laurentii de la Rostineta nullam molestiam inferant seu gravamen, ut propter hoc non oporteat amplius fatigari. Datum Melfie, vicesimo octavo julii, decime indictionis. — Ad quod exequendum quia non possumus personaliter interesse, vobis committimus vices nostras, mandantes vobis ex imperiali parte

(a) Ibi charta corrosa.

(1) Scilicet Panormitanus archiepiscopus et Ravellensis episcopus quibus imperator dudum a regno Siciliae absens vices suas commiserat, adjuncto insuper Capuano archiepiscopo. Mandata iis tribus ab imperatore directa super confirmatione fratris Pandulphi de Sancto Stephano in abbatem montis Cassinensis electi, memorat Riccardus de Sancto Germano, p. 1037, 1038, ubi etiam plura de eodem negotio referuntur mensibus maio, junio et julio. Instrumentum Cavense, tanquam horum familiarium regiminis specimen, nunc primum edimus.

Digitized by Google

qnatinus vos cum uno puplico notario Nucerie causam ipsam diligenter inquirere debeatis, et si inveneritis qnod predicta ecclesia Sancti Laurentii de Turricclo extitit revocata, vos facta inquisitione de jure prenominate ecclesie Sancti Laurentii de la Rostineta si pertineat monasterio nominato, precipiatis stalleriis demanii et revocati Nucerio qui nunc presnnt quod ipsam ecclesiam Sancti Laurentii de la Rostineta permictant ipsum monasterinm quiete et pacifice possidere, et tam ad cautelam nostri pro parte curie quam ipsius monasterii faciatis exindo duo puplica instrumenta, unum nobis pro parte curie transmittendum et aliud ipsi abbati pro parte monasterii sui assignandum. Datum apud Minores, quinto augusti, decime indictionis.

Nos igitur predicti judices cupientes mandatum predicti domini Angeli de Marra exequi reverenter, habentibus (*sic*) nobiscum subscripto Matheo puplico notario Nucerie et supradictis testibus, scilicet Stancione Brencnlo, magistro Petro de Pasca et Raymo ad hoc specialiter rogatis et vocatis, presente etiam nobiscum domino Gernolio Teotonico stallerio demanii et revocati de Nuceria, apud ecclesiam sancti Blasii de pede Castelli Nucerie venire fecimus ante presentiam nostram subscriptos probos viros et bone fame, videlicet judicem Petrum Varnum, Guillelmum militem de Sancto Vito, Ursonem de Zucia, Petrum militem de Raymo, Riccardum de Sancto Juliano, Matheum Neapolitanum, Peregrinum Neapolitanum, abbatem Johannem de Hordeo, Johannem de Ursone, magistrum Leonardum Pappassuziam, Guilielmum de judice Juliano, Johannem fratrem suum et Raynaldum Riccium, et eos supra sancta Dei Evangelia jurare fecimus ut ipsi omnes quod de predictis scirent dicerent veritatem; et primo predictus judex Petrus, etc... [Sequuntur depositiones praefatorum testium qui declarant unanimiter ecclesiam Sancti Laurentii de la Rostineta ad Cavense monasterium pertinere et ab eo pacifice fuisse possessam a tempore regis Guilielmi. In quod vertit sententia inde confecta.]

Gregorius papa Henrico de Revello, senescalco imperiali in Provincia, mandat ut molestatione archiepiscopi Arelatensis et ter- Viterbii, 8 augusti.

Digitized by Google

rarum hujus ecclesiae desistat; alioquin per censuram ecclesiasticam ipsum compellendum fore monet.

(Inedit. ex *regist. Gregor. IX*, ann. XI, n° 181, ap. collect. Laporte du Theil.)

Gregorius etc., nobili viro Henrico de Revello, senescalco imperiali in Provincia, spiritum consilii sanioris. In hoc potissime signa paterne dilectionis exprimimus quod cuilibet filiorum ecclesie devitare divine voluntati contraria suggeramus. Cum igitur, sicut accepimus, tu non advertens quod Deo reputatur exhibitum quicquid alicui suorum contingat fieri ministrorum, venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Arelatensem et ecclesiam suam ac terras ejusdem cum quibusdam aliis divino timore carentibus graviter persequaris; nobilitatem tuam rogamus et hortamur atque mandamus quatenus a predictorum archiepiscopi et ecclesie ac terrarum omnium prorsus molestatione desistens, sicut divinam gratiam diligis, in nullo presumas offendere statum ecclesiastice libertatis. Alioquin venerabili fratri nostro episcopo Nemausensi nostris damus litteris in mandatis ut te ad id monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellat.

Datum Viterbii, sexto idus augusti, anno XI.

[Augusto.] Mense augusti, de mandato imperatoris de Luceria apud Ravennam vadunt decem millia Sarracenorum in subsidium ejus, cum civitatem ipsam in odium imperatoris cujus partem fovebat, Faventini qui erant ex parte Mediolanensium graviter infestarent; ad cujus etiam defensam accesserat Simon comes Theatinus de mandato imperiali cum quingentis militibus. Ricc. de S. Germano, *Chronicon*, ad ann. 1237, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1038-1039.

Fridericus, Romanorum imperator, magistro domus Theutonicorum scribit de morte regis Johannis soceri sui, mandans quod duo ejus filii ad suam praesentiam deducantur. [Circa augustum.]

(Edit. ap. *Petr. de Vineis epistol.*, lib. IV, cap. XV, coll. cum cod. Biblioth. Cesar. Paris., *Fonds Saint-Germain Harlay*, n° 455.)

Fridericus, etc., venerabili magistro domus Theotonicorum, etc. Gravis admodum et molestus rumor nobis occurrit, de obitu illustris regis (*a*) Johannis quondam dilecti soceri nostri, noviter nunciatus (1), nec absque maxima potuimus animi turbatione transire, quod in statu minus prospero contigerit infortunium mortis ejus. Erat enim nostri propositi, sicut tibi credimus non ignotum, si ulteriorem dierum terminum sibi Dominus indulsisset, ipsius nobiscum habere presentiam ut suo provideremus statui condecenter. Sed quia, ut Domino placuit, nostro desiderio est sua vita sublata, propositum quod ad ipsius honorificentiam puro compatiebamur affectu, convertere volumus ad commoda filiorum. Quia igitur duos filios suos, quos audivimus esse Venetiis, nobiscum volumus habere presentes, mandamus devotioni tue quatenus ita studeas ordinare, quod eosdem pueros habeas et ad presentiam nostram ducas, erga quorum educationem pariter et profectum paternam nos gerere volumus voluntatem.

Datum, etc.

(*a*) In cod. Paris. 455, *imperatoris*.

(1) Johannes de Brienna obiit vicesimo tertio die martii 1237. Hujus tamen mortis nuncium non ante julium mensem per Italiam fuisse divulgatum ex Riccardo de Sancto Germano comperimus. Praeterea si quis computaverit tempus quo Johannis filii e Constantinopolitanis partibus Venetias appellere potuerint, litteras imperatoris non ante mensem augustum fuisse scriptas persuasum habebit, quo etiam tempore magister Theutonicorum rursus Italiam superiorem repetierat.

Digitized by Google

In castris apud Augustam, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, capitulum ecclesiae Salzburgensis in suam protectionem recipit, ejusque legitimas libertates et possessiones confirmat.

(Inedit. inter imperialia documenta in archivo Monacensi asservata, ut monet Boehmerus, *Regest. imper.*, p. 176, n° 909. Fragmentum autem hujus exhibuit KLEINMAYR, *Nachrich. von Juvavia*, p. 589, quod addimus, una cum nominibus testium quae nobiscum Boehmerus communicavit ex codice priviteg. capit. Salzburgens., fol. 42.)

. . . . . Quando advocatie possessionum dicti capituli ab infendatis vacare continget, archiepiscopus qui pro tempore fuerit Salzburgensis potestatem non habeat eas alte vel humili persone de cetero conferendi, sed in suis semper manibus retinebit, sicut privilegia papalia et imperialia necnon episcopalia ipsius ecclesie de his continent manifeste. . . .

Hujus rei testes sunt : Eberhardus (*a*) Salzburgensis archiepiscopus, Chunradus Frisingensis episcopus, Heinricus Constantiensis episcopus, Sifridus Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius, Conradus abbas Sancti Galli, Otto palatinus comes Reni et dux Bavarie, Heinricus marchio de Burgow; Ludewicus de OEttingen, Hartmannus de Wirtenberg (*b*), Wolfratus de Vergen (*c*), Hartmannus de Tilingen, Hartmannus de Gruningen, Ulricus de Helfenstein comites, Heinricus et Gotfridus de Niffe, Ulricus de Richenpurch, Albertus de Stuzelingen, et alii quamplures.

Datum in castris apud Augustam, anno dominice incarnationis millesimo CC. XXXVII, mense septembris, indictione XI.

(*a*) In codice *Poppo*, male.
(*b*) In codice *de Wartenberg*, male.
(*c*) Forsitan *de Veringen*.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, Rudegero, Pataviensi episcopo, fide data et jurejurando promittit consilium et auxilium contra omnes, qui eum offendere vel honorem et dignitatem ejus diminuere attentaverint. Apud Clusam Sabionae, septembri.

(Edit. ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 265, num. DCCLVI, ex originali unde sigillum appensum periit : apparent foramina duo, inserendo segmento membranaceo apta.)

Fr[idericus], Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sycilie rex. Tenore presentium notum fieri volumus universis quod nos fide data promisimus tibi Rudegero venerabili Pattaviensi episcopo, dilecto principi nostro, assistere et astare consilio et auxilio contra omnes personas qui intenderent te offendere in persona, hominibus ecclesie et bonis tuis vel honorem et dignitatem tuam diminuere attemptarent, et si quid horum audire vel scire poterimus quod adversus te aliquid machinetur, curabimus te reddere cautum et certum, et quibuscunque modis poterimus opponemus nos ad disturbandum omnem offensionem et scandalum que incepta forent vel contra te fieri tractarentur. Nec paciemur honorem et dignitatem tuam minui vel tibi subtrahi jura. Insuper data fide promittimus quod nullum pactum, compositionem vel tractatum aliquem habebimus vel recipiemus cum aliqua persona sine te, requisitione et conscientia tua. Hec omnia attendemus et observabimus bona fide sine fraude. Sic nos Deus adjuvet (1).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense septembris, undecime indictionis.

Data apud Clusam Sabione (2), anno, mense et indictione prescriptis.

(1) Notandum, quum Theutonici reges tantummodo in die coronationis suae aut erga summum pontificem personaliter jurare soliti fuerint, caeteris omnibus juramentis per procuratores idoneos factis. In hac autem occasione Fridericus se personaliter obligat.

(2) Scilicet *Clausen* juxta Brixen versus meridiem, locus olim *Seben* (*Sabiona*) vocatus.

Digitized by Google

Apud Clusam, 4 septembris.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Pataviensis episcopi, sententiam confirmat qua deciditur quod nullus episcoporum Pataviensium possessiones ad praebendam sanctimonialium in Nidernburg pertinentes infeodare vel alienare debeat.

(Ineditum ex copia vidimata de anno 1515, apud Vindobonense Cesareum archivum asservata, quam nobiscum communicavit cl. vir Boehmerus.)

Fridericus, Dei gracia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis imperii fidelibus, presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Supplicavit culmini nostro dilectus princeps noster, venerabilis Pataviensis (a) episcopus, ut sententiam coram eo latam a suis ministerialibus, videlicet quod nullus predecessorum suorum vel etiam successorum possessiones ad prebendam sanctimonialium in civitate Pataviensi in Nidernburg pertinentes, infeodare vel obligare vel aliquo modo alienare debeat, preter consensum et voluntatem supradicti conventus, vel (b) ubicunque factum sit, debeat in irritum revocari, et possessiones sic alienate, quocunque nomine censentur, eis debeant restitui pleno jure, ratam habere et de nostra dignaremur gracia confirmare. Nos igitur ipsius supplicationibus favorabiliter annuentes, predictam sentenciam, sicut juste lata est, duximus confirmandam; mandantes quatenus nullus sit qui contra presentis nostre confirmationis paginam temere venire presumat.

Datum apud Clusam, IIII septembris, XI indictione (c).

Apud Manticum, 12 septembris.

Imperator, in partibus superioribus milite collecto, praemissa imperatrice, Lombardiam intravit. *Chronic. Salisb.* — Eodem

(a) In copia *pater*, male.
(b) Ibidem *ut*, male.
(c) Additur in copia *anno Domini MCCXXXVI.*

Digitized by Google

anno XII septembris dominus Fredericus imperator descendit de Alemannia et hospitatus est ad Manticum. Deinde ivit ad Vacaldum. Et misit pro Rizardo comite de Sancto Bonifacio qui venit ad eum pro pace tractanda inter ipsum comitem et Veronenses intrinsecos. Et XIIII septembris applicuerunt in districtu Mantuano septem millia Saraceni sagittarii missi de Apulia in adjutorium domini imperatoris. PARIS. DE CERETA, *Chronic. Veron.*, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. VIII, p. 629.

Fridericus, Romanorum imperator, scribit G. Gonfanonerio civi Brixiae, ejus commendans devotionem et fidelitatem, ut sibi convenientia exercitus et totum propositum sibi adhaerentium instanter studeat intimare, cum ipse cum victorioso exercitu sit transiturus. [Septembri.]

(Edidit FRED. HAHN, *Collect. monum. vet. et recent.*, t. I, *Litt. princ. et vir. illust.*, n° XIV, p. 217-218.— Brunswick, 1724.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, G. Gonfanonerio civi Brixie, dilecto consanguineo et fideli suo, gratiam suam et bonam voluntatem. Litteras fidelitatis tue solita beniguitate recepimus et que contiuebant intelleximus diligenter, devotionem et fidelitatem tuam in nostris laborare servitiis commendantes. Quod autem ad presentiam nostram venire desideras et non potes, impedientibus inimicis, non habemus pergratum. De te tamen illam indubitatam fiduciam gerimus quod ubicunque fueris totus totaliter noster es corde, corpore, affectu pariter et effectu ad omne nostrum servitium et honorem. Sollicitamus tamen prudentiam tuam et quantum possumus fidei tue studium excitamus quatenus convenientia exercitus et totam voluntatem ac propositum illorum nobis stantium (*a*) studeas intimare. Nos enim per

(*a*) In impresso *stanti*. Forsitan alludit imperator parti extrinsecae Brixiae quae sibi et imperio adhaerebat.

Digitized by Google

fidei gratiam movimus cum victorioso exercitu nostro felicibus auspiciis transituri, tam potenti et magnifico comitatu quod adversa pars merito poterit formidare; significando nobis si Lombardi contra Cremonenses seu contra exercitum nostrum in transitu venire proponant. Et tam hec quam cetera que videris oportuna nobis intimare procures, ut devocionem tuam proinde de bono in melius commendemus.

[Septembri.] Fridericus, Romanorum imperator, quibusdam civibus sibi fidelibus mandat ut faciant guerram Mediolanensibus, donec paratus sit ad veniendum et Mediolanenses suum ad eos transitum praepedire nitantur.

(Edit. ap. *Petri de Vin. Epist.*, lib. III, cap. LXXX; coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds Notre-Dame*, 202.)

Fridericus, etc. Expectantes expectastis et desiderio desiderastis hactenus, ut in manu forti Italiam ingredi personaliter debeamus. Ecce venimus, et cum tam honorabili militum comitiva, quam a longe retroactis temporibus Romani principes in Italiam non duxerunt. Propter quod non injuste credidimus, ut nostri imperii rebelles ad jura nec minus ad vires nostras respectum habentes, mandatis nostris exponere se deberent; qui tam antique spiritu rebellionis assumpto, nostris contradicere viribus moliuntur. Et quia pugne discrimine campestria bella nobiscum aggredi reformidant, per locorum angusta et fluminum vada victoriosi exercitus nostri transitum prepedire nituntur, armatorum suorum globos militibus nostris objicere molientes, ut ad commune certamen liberum et expeditum nequeant habere progressum. Mediolanenses preterea, qui inter ceteros rebelles nostros contra nos et imperium nostrum vexillum sibi nequitie erigere presumpserunt, mittendo (*a*) suorum turmas, per singula loca iter

(*a*) In libro impresso *militum*.

Digitized by Google

nostrum debilitatum describunt, per que ad vos (*a*) habere transitum deberemus, prepedientes in hoc vires imperii, et vestras (*b*) quas saltem vicinatione locorum formidare deberent, nihilominus contemnentes. Cum igitur firmi nostri propositi sit cum felici exercitu nostro ad partes ipsas accedere, ut serpentis nequitiam non in cauda, sed in capite conteramus; devotioni vestre mandamus, quatenus, sicut honorem imperii diligitis et salutem nostram optatis, contra Mediolanenses et eorum sequaces alios, qui sic in dedecus et lesionem nostram nostrorumque fidelium effrene vagantur, ad guerram e vestigio resurgatis : ut sic ipsos, qui contra nos et imperium et in fideles nostros alios lascivire nituntur, ad defensionem domus proprie necessario revocetis, quod multitudinem devotionis vestre, quam in auribus nostris retroactis temporibus spondebatis, in oculis excellentie nostre nos experiri viriliter videamus.

Et motus imperator a Verona cum exercitu suo ... venit in episcopatu Brixiae et habuit Reddodescum castrum comitum de Moso. Praeterea Cremonenses et Parmenses cum carociis et Reginis et Mutinensibus equitaverunt ad exercitum ejus. Et inde semotus apud Godium castrum Mantuae properavit et data obsidione ipsum castrum cepit. *Chronic. anonym. de reb. in Ital. gestis*, p. 167 (Paris., 1856, in-4°).

In castris apud Godium, 1° octobris.

Fridericus, Romanorum imperator, antiqua considerata devotione Mantuanorum qui in fidelitatem suam redierunt et juramentis cum societate Lombardorum initis renunciaverunt, eos in

(*a*) In impresso *nos*.
(*b*) Ibidem *nostras*.

Digitized by Google

suam gratiam recipit, omnem rancorem eis remittit, privilegia et possessiones confirmat, et contra omnes adversarios Mantuanos eosdem a se suisque defendendos promittit.

(Inedit. ex chartulario Mantuano sec. XV exarato, fol. 9, apud archivum secretum Mantuanum; quod nobiscum sua solita liberalitate communicavit cl. vir Boehmerus.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Tunc exaltatur Romanum imperium cum supplicum precibus condescendit, tunc dilatatur ejus potentia cum in severitatibus coartatur, tunc nobili more se vindicat cum indulget; sed in illis potissime serenitatis auguste claritas velud quoddam sidus irradiat, quos abigeatibus aliquorum ab antique devotionis et fidei pascuis oberrantes ad ovile (*a*) dominicum cum mansuetudinis baculo pocius revocat, quam virga severitatis adducat. Noverit igitur tam presens etas quam successura posteritas, quod cum Mantuani cives ardore pure fidelitatis et devocionis accensi, quam nobis et imperio laudabiliter exibebant tam ante promotionem cesaree dignitatis, quam post assumptum imperii diadema, grata et ardua servitia prestiterint multa nobis, licet postmodum dolosis seducti consiliis, relicta via devotionis ostense (*b*), quosdam aliquando secuti fuerint perversores, qui non sunt veriti se rebelles nostre opponere majestati, unde non immerito videbantur nostram excellentiam offendisse; nos ipsorum Mantuanorum pristina commemorantes servicia, non novos attendentes excessus, sed et antiquam et innovatam devocionem considerantes eorum, qui humiliter revertentes fidelitatem nostre celsitudini debitam juraverunt, renunciantes expressim omnibus aliis juramentis, que in prejudicium juris et honoris imperii per eos hactenus facta noscuntur, et specialiter juramentis societatis inite cum Lumbardis; « quia misericordia et veritas custodiverunt regem et roboratur clementia thronus ejus, » de innata nobis mansuetudine circa eos aperienda pro-

(*a*) In chartulario *olive*.
(*b*) Ibidem *optente*.

Digitized by Google

vidimus viscera pietatis, omnes injurias et offensas ab eis, scilicet nunc Mantuanam civitatem habitantibus et districtum, majestati nostre et cuilibet adherenti seu faventi nobis tam predicta quam alia quacunque causa illatas hactenus vel commissas, omnemque rancorem hinc inde contra ipsos conceptum eis penitus remittentes, et in plenitudinem gratie nostre recipientes eosdem, omnesque qui civitatem ipsam et ejus districtum de cetero habitabunt, et eos in numero dilectorum fidelium nostrorum de cetero duximus computandos. Confirmamus quoque eis omnia eorum privilegia quondam sibi et predecessoribus suis ab antecessoribus nostris indulta. Item et omnia dacia, tolonea, pedagia et ripatica, que pro Mantuano communi exiguntur et sunt solita exigi tam in civitate Mantuana quam districtu. Similiter etiam omnes concessiones omnesque consuetudines suas, sicut ipsi habent intus et foris, et sicut antecessores eorum hactenus habuerunt, eosque in obtenta immunitate et in solita conservabimus libertate. Promisimus insuper, quod restituemus et restitui faciemus eis possessionem Gonçage, salvo tamen jure filiorum et heredum comitis Alberti de Casaloldo, omnesque ipsorum Mantuanorum possessiones et quasi possessiones, quas infra elapsum triennium aliquo tempore possidebant et quasi etiam possidebant, cum omnibus pertinenciis suis, et in integrum omnia sua jura. Similiter et omnibus et singulis subjectis eorum stantibus ad sue potestatis precepta, et eis qui Mantuanam civitatem habitant et districtum, omnes suas possessiones et quasi possessiones, quas prefati Mantuani eis restitui postulabunt. Nam et ea omnia suprascripta tam ipsis Mantuanis quam eorum subjectis et eis qui civitatem habitant et districtum, secundum quod supra promisimus, restituenda esse decrevimus, remota qualibet questione. Si quid etiam contra eos vel aliquem ex prefatis subjectis vel habitatoribus suis de animadversione imperialis eminencie nostra serenitas decrevisset aliquatenus vel fecisset, revocantes illud penitus et cassantes, in integrum restituimus eos de plenitudine favoris et gratie imperatorie majestatis. Preterea non auferemus nec accipiemus eis obsides neque civitatem neque aliquod castrum neque aliquam municionem neque forticiam civitatis Mantue vel districtus, sed eis libere liceat quemcunque voluerint

Digitized by Google

eligere et recipere in potestatem seu eciam in rectorem, dum tamen non inimicum nostrum vel de civitate nostre excellencie inimica. Concessimus quoque et remisimus Mantuanis predictis, ut non teneantur offendere Brixienses, et ut libere cum eis uti, conversari valeant et mercari. Nichilominus tamen mercatum in vicino districtu Brixie et aliis finitimis partibus Mantue existenti exercitui nostro dabunt. Ne etiam inter fideles nostros dissidia vigeant, sed occasiones amaritudinis extinguantur, omne vinculum sacramenti quo devoti fideles nostri Cremonenses, Parmenses et Mutinenses contra predictos Mantuanos vel in eorum prejudicium aliquibus suis adversariis tenerentur, illud decrevimus dissolvendum, ipsumque dissolvi et remitti penitus faciemus. Si qui autem presentes vel futuri rebelles vel adversarii nostri moverent aliquo tempore prefatis Mantuanis, fidelibus nostris, guerram, non solum eis per jam dictos Cremonenses, Parmenses et Mutinenses omnesque fideles et fautores nostros cum omni suo exforcio faciemus auxilia exiberi, ipsosque a suis adversariis defensari, verum etiam nosmet ipsi eos tanquam caros fideles nostros potenti manu nostre celsitudinis ab omnibus defendemus. De dampnis vero datis et guastis illatis contra bannitos ipsorum Mantuanorum et contra omnes et singulos qui modo eorum non obediunt potestati civitatem Mantue gubernanti, censuimus nullam restitutionem de cetero exibendam. Precipientes ut nulla civitas favens vel fautura magnificencie nostre in suo districtu teneat vel stare permittat aliquem qui eisdem nostris fidelibus vel alicui subjecto eorum guerram publice faciat vel privatim, et nos nullum talem teneri vel stare de cetero permittemus. Precipimus insuper ut nulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, publica vel privata, seu etiam aliqua universitas prefatos Mantuanos fideles nostros contra presentia serenitatis nostre privilegium et edicta audeat in aliquo molestare vel eis ullo tempore contraire. Quod si quis in sue temeritatis excessu attemptare presumpserit, mulctam mille librarum auri componat, cujus dimidia fisco et reliqua passis injuriam applicetur. Hec autem omnia et singula supradicta servanda pariter et tenenda nec aliquatenus violanda, sicut supra leguntur per singula jamdictis nostris fidelibus Mantuanis ex certa sciencia nostre serenitatis in-

Digitized by Google

dulta, nulla lege seu constitutione generali vel speciali obstante, decrevimus perpetuo valitura. Ad hujus itaque concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturnm, presens privilegium fieri fecimus et bulla anrea typario nostre majestatis impressa jnssimus insigniri.

Cujns rei testes sunt : Albertns venerabilis patriarcha Antiochenus, venerabilis Wormaciensis episcopns, dilectus princeps noster, Nicolans Reginus episcopus, frater Hermannns magister domus Sancte Marie Teutonicorum, marchio de Burgave, Aço Estensis et M. Lanzia marchiones, Albertus et Rodnlfus comites de Habehshurc, comes Henricus de Nasso, Bertholdus langravins de Luchrenberc (*a*), comes Gottifridus et frater ejus de Cigenhagen, Conradus burgravius de Nurenberc, comes Henricus de Snlmes, Henricus de Bappenheim marescalcus, Hugolinus Bngonis Rubei Cremonensinm, Nicolans Adhelardi Parmensinm potestates et multi alii.

Signum domini nostri Friderici secnndi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta snnt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII, mense octubris, scilicet die jovis primo ejusdem, undecime indictionis, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie tricesimo uono, feliciter. Amen.

Datum in castris in episcopatu Mantue apnd Godium, anno, mense, die et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, notum facit se Mantuanis gratiae suae plenitudinem restituisse et quae eisdem promiserat In castris in Brixiano, 4 octobris.

(*a*) Recte tamen *de Leuchtenberg*.

Digitized by Google

sacramento Cremonensium, Parmensium et Mutinensium fecisse repromitti.

(Inedit. ex chartulario Mantuano sec. XV exarato, apud archivum secretum Mantuanum, quod nobiscum communicavit cl. vir Boehmerus.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Quoniam Mantuanos a via fidelitatis nostre debite majestati aliquando prolapsos in devium et seductos, postmodum tamen devotissime recedentes in plenitudinem gracie nostre recepimus, quedam sibi privilegia et beneficia tamquam dilectis fidelibus debito rescipiscentibus indulgentes, et quedam promittentes eis super quibusdam negociis de serenitatis nostre providentia, sicut nostram decuit majestatem, eadem indulta et promissa, prout in scriptis eminentie nostre patencius et plenius continetur, sigillo celsitudinis nostre precepimus roboranda. Sed et de pleniori gratia ipsa omnia et singula a nostra magnificentia attendenda, sacramento dilectorum nostrorum fidelium Cremonensium, Parmensium et Mutinensium eorumque potestatum super sancta Dei Evangelia prestito juramento fecimus repromitti.

Datum in castris in Brixian., IIII octubris (1), undecime indictionis.

---

7 octobris, prope Montem clarum.

Eodem anno septimo octobris dictus imperator cum magno exercitu ivit circa castrum Monteclarii districtus Brixiae. In ejus adjutorium interfuerunt Cremonenses, Parmenses, Mutinenses, Regini et Icerinus de Romano cum quingentis militibus Paduanis,

(1) Huic tempori optime convenit alia quaedam imperatoris epistola quae in cod. Biblioth. Athen. ap. Taurinum, D. 38, fol. 66, inseritur. Cuidam familiari suo scribit imperator de morte Thomae nepotis ejus, in flore juventutis interempti *preterito die sabbati tertio videlicet mensis hujus, concastrametato in Brusiano prope Ciprianam* (leg. *in Brixiano prope Caprianam*) *exercitu nostro*. Incipit : *Satis gratanter in recessu tuo vices absentie tue nobis in Toma nepote tuo fidele nostro suppleveras.* Explicit : *Tibi tanquam nostro benemerito respondere.*

Digitized by Google

Trivisinis, Vincentinis, Veronensibus et Mantuanis. Et interfuerunt multi milites de Tridento et duo millia de Alemannia et illi septem millia sagittarii Saraceni. PARIS. DE CERETA, *Chronic. Veron.*, ap. MURATOR. *Scriptor.*, t. VIII, p. 629. Cf. *Memor. potest. Regin.*, *ibidem*, p. 1109, et *Chronic. Parm.*, *ibidem*, t. IX, p. 767.

Fridericus, Romanorum imperator, Antonium filium quondam Albrici Leonis, Petrum Comitem et Henricum Franciscum fratres ejus de honore, feudo et pertinentiis quae pater eorum ab imperio tenuerat investit, recepto a Jacobo de Carraria eorumdem patruo fidelitatis et homagii juramento. In castris prope Montemclarum, octobri.

(Edid. VERCI, *Stor. degl. Ecelin.*, t. III, p. 265, n° CXLVI, e cod. 1090 Bibl. Saibantis Veronae.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod petitur per injuriam videremur. Hinc est igitur quod cum Antonius filius quondam Albrici Leonis, Petrus Comes et Henricus Franciscus fratres [ejus] fideles nostri ad nostram presentiam accedentes ab excellentia nostra suppliciter postularent ut eos de honore et feudo debitis et pertinentiis eorumdem quia quondam pater eorum ab imperio tenuerat, investire de liberalitatis nostre magnificentia dignaremur; nos supplicationibus suis favorabiliter inclinati, predictos Antonium, Petrum et Henricum fratres fideles nostros de honore, justo feudo eisdem debitis et pertinentiis suis, sicut quondam pater eorum ab imperio dignoscitur tenuisse, investimus de nostre gratia majestatis, recepto pro parte (*a*) ipsorum a Jacobo de Carraria fideli nostro, patruo eorumdem, prout juris et moris est, in presentia nostra

(*a*) In libro *patre*, male.

fidelitatis et homagii sacramento; et quia predicta honorem, feudum et ipsorum pertinentias a nobis et imperio recognoscant et illa de dominio nostro subtrahere non intendant, sed debita exinde et consueta servitia nobis et successoribus nostris in imperio devote et fideliter debeant exhibere.

Hujus rei testes sunt Ezelinus de Romano, Guillelmus Vicedominus capitaneus Vicentie (1), M. marchio Lanza, Thebaldus Franciscus, Jacobus de Sancto Andrea, Gumbertinus de Balliganis, et alii quamplures fideles nostri,

Ad cujus rei memoriam et cautelam presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in castris prope Montemclarum, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo septimo, mense octobris, undecime indictionis.

In castris ante Montemclarum, octobre.

Fridericus, Romanorum imperator, procuratores Jacobi episcopi Paduani pro parte et vice ejus de honore, feudis debitis et pertinentiis eorumdem investit, recepto ab eisdem fidelitatis et homagii juramento.

(Edit. ap. Dondi Orologio, *Dissert. settima sopr. l'istor. eccles. di Padova*, p. 98, doc. XC, ex archivo capit. Patav.)

F[redericus]. . . . . imperator semper augustus, Jerusalem et. . . . . Justis fidelium nostrorum peti[tionibus condes]cendere cogimur quas nisi favorabiliter. . . . . quod petitur per injuriam. . . . . est igitur quod cum

---

(1) In instrumento 1° madii 1237 (ibid. n° CXLIV) legitur : « coram domino Alberto Alexandrini judice et consule domini *Wilelmi Visdomini de Mantua, capitanei communis Vicentie pro domino imperatore.* »

Digitized by Google

J. venerabilis episcopus Paduanus, fidelis noster, per Jacobnm Alexii Alberti. . . . . Burzigane judicem de Padua procnratores suos, fideles nostros, ab excellentia nostra suppliciter postulasset ùt ipsum de honore, feudis debitis et pertinentiis eorumdem qne predecessores sui tenuerunt ab imperio, investire de nostre liberalitatis munificentia dignaremur, nos supplicationibus suis favorabiliter inclinati, dictos Jacobum et Albertnm procnratores ejusdem episcopi pro parte et vice sua de honore, justis feudis debitis et pertinentiis suis que quondam predecessores sui dinoscuntur ab imperio tenuisse, investivimus (*a*) de nostre gratia majestatis, recepto ab eisdem procuratoribus pro parte ipsius episcopi, prout juris et moris imperii est, in presentia nostra fidelitatis et homagii juramento, et quod predicta honore[m], feuda et ipsorum pertinentias a nobis et imperio recognoscat et illa de dominio nostro snbtrahenda. . . . . , sed debita exinde et consueta servitia nobis et imperio et snccessoribus nostris devote et fideliter debeat exhibere.

Hujns rei testes sunt Ezzelinus de Romano, Willelmus (*b*) Vicedominus capitaneus Vicentie, M. marchio Lanzea, Teobaldus Franciscns, Jacobus de Sancto Andrea, Gumbertinus de Buligante (*c*), Gumbertinus de Castono, et alii qnamplures fideles nostri.

Ad hujns autem rei memoriam et cantelam presens scriptum fieri commisimns (*sic*) majestatis nostre sigillo munitum.

Datum in castris ante Montemclarum, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII, mense octobris, undecime indictionis.

Mense octobris, imperator cepit Marcariam in Lombardia, et cum nollet habita Mantua alloqui cardinales, ipsi Romam reversi

(*a*) In impresso *investitionem,* male.
(*b*) In impresso *Emilius*, male.
(*c*) In praecedenti vero *de Balliganis.*

sunt (1). RICC. DE S. GERM. *Chronic.*, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. VII, p. 1039.

Viterbii, 15 octobris.

Johannes de Columna Sanctae Praxedis cardinalis Ottoni Sancti Nicolai in carcere Tulliano cardinali legato in Anglia scribit de statu Ecclesiae Romanae.

(Edit. ap. MATT. PARIS., *Hist. maj. Anglor.*, p. 308, ad ann. 1237.)

Frater fratri, levita levite, dilecto dilectus in Christo salutem. Si pagine exarate secretum valeret extraneis et ob locorum distantiam non subjaceret discrimini, multa calamo commendarentur que lingua subticet nec pandit amico. Verumtamen hec caritati vestre celare non debeo quod nimis avide vel potius inconsulte se mater immersit fluctibus et in fauces luporum ultronea se jactavit, duorum tantum f t consilio, tertio annuente (a), quin verius gressu precedente consilium et cocis precedentibus cum tractatu (*sic*) (b). Hinc est quod libertas abjicitur, servitus inchoatur, sanctuarii sidus effunditur, ancillatur patrimonium, superbia exaltatur tonantium, carcer emitur, honor contemnitur, appetitur confusio, armatur molestia, tranquillitas effogatur, non curatur de fratrum et exterorum scandalo, irrisionibus irridetur (c) cecus, loco dividitur, differuntur negotia, instantes protracti sermonibus diutina expectationum lassitudine fatigantur. Bene vobis accidit quod ab his tormentis abstracti

(a) Forsitan legendum : *duorum tantum usa consilio, tertio abnuente.*
(b) Locus mutilus aut omnino obscurus. Forsitan *coecis praecedentibus in tractatu.*
(c) In libro *innidetur.*

(1) Quae pacis conditiones fuerint ab imperatore oblatae, quam vero a Lombardis et specialiter a Placentinis repulsam acceperit, fuse narrat auctor *Chronici de rebus in Italia gestis*, a nobis nuperrime editi, p. 166. Cui testis accedit ipse Petrus de Vinea, unus ex imperatoris nunciis, dum archiepiscopo Capuano circa mensem augustum exeuntem scribat : « Labore continuo laboro dum inter Charybdim et Scyllam, inter cardinalium scilicet et Lombardorum astutias, navicula filii tumidis fluctibus fatigatur. » *Epistol.* lib. III, cap. XXXIX.

Digitized by Google

abiistis ad regionem longinquam, ne videretis mala gentis vestre et sanctorum, ne pulsaremini quotidianis ictibus crebris punctionibus lacerati. Voluimus reformare statum ut sepe tentavimus, et ecce deformis destitutio subintravit. Incassum traduntur consilia ubi voluntas non sistitur freno prudentie, sed impetu agitata prosilit ad proclivia, nec patitur retardari. Accedit quoque ad doloris cumulum nobilis illa columna que tam magnifice structuram Ecclesie sustentabat, recolende videlicet memorie dominus Sabinensis (*a*) subito subtractus de medio; molestie primum dolore percussus ac postmodum infirmitate lenta vexatus obiit in Domini potentias ingressurus, ruine casum occasionaliter matri relinquens cum gemitu et merore. Redierunt fratres a regione dissidente cum principe (1), sed pacis impressa vestigia non apparuerunt, quia non paruerunt pacis bajulis discordie sectatores. Antiochensis a societate distrahitur nec a redeuntibus commendatur (2). Vellem quod breviori familia stiparetur amicus ne fieret aliis oneri et obtrectantium dentibus laceraretur; et quia invalescentibus fluctibus scandalorum et plurium tempestatum, necessarius estis matri, vos ad reditum preparate.

Datum Viterbii, festo sancti Luce.

Et die decimo exeunte octobri, quadam die jovis, illi de castro 22 octobris.

(*a*) Scilicet *Johannes* Sabinensis episcopus et cardinalis.

(1) Scilicet a Lombardia. Vide supra, p. 123, 124 et not. 1.

(2) Hic agitur de patriarcha Antiocheno Alberto qui tunc partes imperii assidue fovebat, unde minus a legatis eum commendatum fuisse facilius credideris. Perperam in mente habuit Watsius (*Adversar. in histor. Matt. Paris.*) nunc Johannem de Columna alludere dissidio inter Papam et patriarcham Antiochenum super ecclesiae Antiochenae primatu exorto. De his Rainaldi sententiam audire libet : « De Antiocheno archipraesule scripsit Matt. Paris eo audaciae, Germano Graecorum patriarcha ipsi favente, prorupisse ut in pontificem ac Romanam Ecclesiam superbe assurgere atque impie anathema vibrare nisus sit. Verum hoc non de patriarcha Latinorum Antiocheno ... sed de Graecorum schismatico intelligendum videtur. » *Annal. eccles.* ad ann. 1238, § XXXVI.

Digitized by Google

[Montisclari] reddiderunt se imperatori et omnes ducti fuerunt in carceribus. *Memor. potest. Regin.*, ap. Murator. *Scriptor.*, t. VIII, p. 1109. — Castrum quoddam quod dicitur Mons Clarus juxta Brixiam obsidet et captis mille quingentis personis castrum solo coaequat. Godefr. Colon., ap. Boehmer, *Fontes*, t. II, p. 371. — Et ipse destinavit eos in carceribus Cremonae et fuerunt numero MD pedites et XX milites. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 168.

---

2 novembris. Item die secundo intrante novembri cepit [imperator] dicta castra Gambaram, Gotolengum, Pratum Albuinum et Pavonem (1), et combusta fuerunt. *Memor. potest. Regin.*, ap. Muratori, *Scriptor.*, t. VIII, p. 1109.

Laterani, 2 novembris. Gregorius papa, quum crucesignati parati sint in festo proximo beati Johannis Baptistae iter suum in Terram Sanctam aggredi, Fridericum Romanorum imperatorem rogat et monet ut ipsis in omnibus ad passagium opportunis consilium, auxilium et favorem tribuat.

(Edid. Raynald., *Annal. eccles.*, tom. XXI ad ann. § LXXX, e regest Gregor., lib. XI, n° 284. Nunc integram damus epistolam ex collect. MSS. Laporte du Theil apud Biblioth. cesar. Parisiensem.)

Gregorius, etc., Frederico imperatori, etc. Inclinavit celos in auxilium nostrum descendens Altissimus zelique gladio potenter accinctus ipsum

---

(1) Videlicet *Pra-Alboino* et *Pavone*. Quae castra sita sunt supra locum qua Melle amnis ad Oglium transit et confluit. Paulo longius circa orientem alia duo sistunt.

Digitized by Google

elimat et elimatum exacuit ut Terram Sanctam de manibus impiorum eripiat ac unigeniti sui pedibus inimicos ipsius pro scabello supponat. Porro ipsum qui, etsi principaliter, non tamen solus hoc certamen aggreditur, comitum, baronum, militum et aliorum crucesignatorum Francie et diversarum provinciarum innumerabilis exercitus comitatur, vindicare Redemptoris qui effusus est sanguinem et pro Christi injuria paratus sumere de Christi hostibus ultionem; qui ne a tam salubri proposito contraria et perversa possent demonis vel hominis suggestione subverti, se ad transeundum in terram predictam in festo beati Johannis Baptiste proximo futuro, in necessitatem voluntate transfusa, duplici obligarunt vinculo juramenti; propter quod a nobis instanter expostulant ut ad eorum in termino predicto passagium Apostolice Sedis inclinemus et tuum precibus inducamus assensum. Habet autem favorem illorum petitio comitem et ex sua parte in suum adducit patrocinium rationem quod quanto magis differtur predicte terre subsidium, tanto ipsam periculosius opprimit et vires fortiores sumit impietas paganorum; crucesignati etiam quorum quidam possessiones suas pro apparatu suo sunt compulsi distrahere, nonnulli vero inopem victum longi temporis in sustentationem transmarini itineris effundere sunt coacti, hujusmodi apparatum in necessariis cogentur vite consumere, sicque ex hoc ad prefatum subsidium reddentur inhabiles et efficientur ex mora que semper paratis nocuit, ad transitum impotentes, et si nunc oblatum renuimus ordinatione divina subsidium, cum iterato invocabitur Dominus forsan precibus nostris divina subtrahet majestas assensum. Numquid non merito nobis irascitur Dominus, si ejus gladium a suorum hostium sanguine prohibemus? Numquid si ex culpa nostra dominicus gladius in vaginam revertitur, iterum secundum humane dispositionis beneplacitum exeretur? Legimus enim quod sponsa que pulsanti sponso pessulum ostii non statim aperuit, eo declinante quesivit illum postmodum nec invenit. Quo circa serenitatem tuam rogandam duximus attentius et monendam quatenus id ad examen imperialis providentie referens et processurum ex dilatione dispendium et ex processu commodum proventurum in libra rationis appendens in hac parte, crucesignatis eisdem assentias et eis in navigiis, portubus, victualibus et aliis

ad passagium opportunis consilium, auxilium tribuas et favorem, ut sicut ejusdem terre liberatio tuum et dilecti filii nostri nobilis viri Conradi nati tui respicit honorem et commodum, sic te precipuum in numero sentiat adjutorem, et a Deo cujus in hoc nibilominus causam prosequeris ad retributionis justorum participium admittaris. Ad hoc autem negotium diligentius et efficacius apud imperialem excellentiam prosequendum, fratrem Thomam monachum Sancti Anastasii de Urbe, Cisterciensis ordinis, virum providum et discretum ad tuam presentiam destinamus.

Datum Laterani, IV nonas novembris, anno XI.

Extant aliae litterae de re eadem n[is] 285-286, et praecipue 287, Senonensi ac Rotbomagensi archiepiscopis directae, quibus eos monet archiepiscopum Messanensem et magistrum hospitalis Theutonicorum a se rogatos ut super hoc apud imperatorem interponant efficaciter partes suas.

In castris ante Brixiam, novembri.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Oddonis de Camarana fidelis sui, hominibus de partibus Lombardiae propter bellorum discrimina in insulam Siciliae incolatum transferre desiderantibus, pro loco Scupelli ad habitandum insufficiente concedit terram Corilionem sitam in valle Mazariae ultra flumen Salsum, de demanio suo, cum omnibus pertinentiis et diversis immunitatibus ibidem expressis.

(Edid. Fazelli, *De reb. Sicul.*, decad. I, lib. X, p. 211-212; edit. de 1579.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Toties imperialis extollitur majestas quoties in subditos suam exercet munificentiam liberaliter imperatoria celsitudo, et exinde ipsi ad omne sincerissime fidelitatis obsequium ferventius incalescunt. Per presens itaque privilegium notum facimus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris quod nobilis vir Oddo de

Digitized by Google

Camarana miles, dilectus fidelis uoster, apud Brixiam nobis feliciter existentibns, coram uostra celsitndine constitutus sua nobis petitione monstravit qnod nonnulli homines de partibus Lombardie requisivernnt eum ut quia propter bellornm discrimina et oppressionum importunitates quibus ibidem mnltipliciter gravabantnr, ab inde totaliter discedere et apud insnlam Sicilie suum transferre desiderant incolatum, si de imperialis celsitudinis procederet beneplacito et maudato nt concederetur eis locus certus in eadem insula ubi dicti homines de predictis partibus Lombardie ad dictam insulam suum transferentes domicilium cum eornm familiis, animalibus et massariis commode valeant commorari sub felicis nostri nominis regimine, ad imperialis nostre celsitudinis exaltationem, gloriam et honorem. Cn us supplicationibus inclinati locum qui dicitur Scuppellus situm in eadem insula Sicilie in valle Mazarie ultra flnmen Salsum cum toto terri or › et districtn suo et juribus snis predictis hominibus Lombardie et omnibns aliis qui de predictis partibns ad dictum Scuppelli locum processu temporis se conferent ad habitandum ibidem et exinde faciendum per eumdem Oddonem et heredes ejus, prout eis melius visum fuerit expedire, de imperialis nostre mansuetndinis gratia speciali in perpetuum duximns concedendnm. Verum quia dictus locns Scuppelli uou erat locus sufficiens uec aptus eisdem hominibus ad habitandnm, dictus Oddo snpplicavit nostre majestati humiliter et devote ut terram Corilionis sitam in predicta insula nostra Sicilie iu valle Mazarie ultra flnmen Salsum que est de demanio nostre cnrie cum toto territorio, situ et districtu suo, cum nemoribus, pascuis, aquis, terris sub aqnis et sine aquis, terris aratoriis et aliis quibnscumque casalinis, prediis urbanis et rusticanis e usdem terre et cum omnibns juribns, rationibns, justitiis et pertinentiis suis que dicta terra habet et habere potest predictis hominibus Lombardie et aliis qui de predictis partibus illuc se transferre voluerint et successoribus eorum ad habitandum ibidem et exinde faciendum per eumdem Oddonem et heredes ejus, pront eis in perpetuum melius visnm fuerit expedire, et quod omnes habitatores Corilionis in nemoribus demanii nostre cnrie predicte terre Corilionis et territorio ejus circumadjacentibns ligna viva pro domibus et ruribus etiam ac mortna pro igne

Digitized by Google

et aliis necessitatibus eorum libere et absque aliquo jure nostre curie propterea persolvendo incidere possint, de imperialis nostre mansuetudinis gratia pro cambio dicti loci Scuppelli concedere dignaremur. Nos igitur attendentes fidem puram et sinceram devotionem quam dictus Oddo erga majestatem nostram gessit et gerere poterit in futurum, maxime quia in nostris et gratie nostre servitiis jugiter expendit dies suos, supplicationibus suis benigne admissis, in excambium predicti loci Scuppelli predictam terram Corilionis que est de mero demanio imperialis nostre curie, sitam in dicta insula nostra Sicilie in valle Mazarie ultra flumen Salsum, cum toto territorio, situ et districtu suo, cum nemoribus, pascuis, aquis, terris sub aquis et sine aquis, aratoriis et aliis quibuscumque casalinis, prediis urbanis et rusticanis ejusdem terre et cum omnibus juribus, rationibus, justitiis et pertinentiis suis que dicta terra habet et habere sperat et potest, predictis hominibus Lombardie et omnibus aliis qui de predictis partibus Lombardie ad dictam terram Corilionis processu temporis se conferent ad habitandum ibidem [et] exinde faciendum per eumdem Oddonem et heredes ejus, prout melius eis visum fuerit expedire, de imperialis nostre mansuetudinis gratia speciali in perpetuum duximus concedendam. Insuper volumus et mandamus tam per nos quam per heredes et successores nostros quod distributio et concessio facte per dictum Oddonem vel ejus heredes eisdem Lombardis et omnibus aliis qui de predictis partibus Lombardie ad dictam terram Corilionis se conferent ad habitandum ibidem, tam in scriptis quam sine scriptis, presentis privilegii nostri authoritate perpetuo robore sint durature. De abundantiori quoque gratia nostra volumus et concedimus quod omnes habitatores ejusdem terre Corilionis de territorio ejus et circumjacentibus ligna viva pro domibus et ruribus eorum et mortua pro igne et aliis necessitatibus possint incidere, et quod sumant pascua pro eorum animalibus in eodem territorio libere et absque aliquo jure per eos vel heredes eorum perpetuo persolvendo, salvo tamen per omnia mandato et ordinatione nostra. Ad hujus autem nostre concessionis memoriam et tam imperialis nostre curie certitudinem (a) quam dicti Od-

(a) In impresso *celsitudinem*, *male*.

Digitized by Google

donis et heredum suorum et predictorum hominum Lombardorum qui de predictis partibus Lombardie ad dictam terram Corilionis se conferent ad habitandum ibidem et successorum eorum cautelam et perpetuam firmitatem, presens privilegium per manus Nicolai de Tarento fidelis nostri scribi (a) et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo septimo, mense novembris, XI indictione.

Apud Pontem Vicum, 9 novembris. Apud Suncinum, 24 novembris.

Et ante festum sancti Martini per duos dies venit [imperator] cum exercitu apud castrum Pontis Vici (1). Et stando apud predictum castrum ipse imperator cum dictis exercitibus, venerunt Mediolanenses cum exercitibus suis contra imperatorem et steterunt per longum tempus. *Memor. potest. Reg.*, ap. MURATORI, *Script.*, t. VIII, p. 1110. — Deinde imperator super flumen Olii plurimos pontes jussit aptari et die lunae IX kalendas decembris summo mane praecepit transire et ipse cum miliciis suis post eos transivit absque bello; sequenti die misit populares cum carociis abire Cremonam. Ipse autem cum miliciis et Saracenis Suncinum properavit. Mediolanenses autem videntes imperatorem ultra flumen Olii transiisse, motis castris apud Palazolum pervenerunt moram ibi facientes per duos dies, congregantes ibi eorum exercitum. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 168.

(a) In impresso *scribae*, male.

---

(1) Res quasdam quae ad hoc temporis intervallum conveniunt nunc annotandas duximus ex *libello de Morimundi coenobii desolatione*, ap. UGHELLI, *Ital. sacr.*, t. IV, p. 183 et seqq., prolixiore tamen narratione in compendium redacta : « Cum Mediolanenses in exercitu morarentur in comitatu Brixiae qui vocatur Minervium adversus imperatorem, millesimo ducentesimo trigesimo septimo incarnati Christi anno, tertio die intrante decembre (*lege* novembre), » Papienses ecclesiam et pertinentias Morimundani coenobii vastaverunt et igne cremaverunt,

Digitized by Google

Cremonae, 4 decembris.

Fridericus, Romanorum imperator, Richardo comiti Cornubiae sororio suo nuntiat victoriam a se de Mediolanensibus et eorum fautoribus apud Curtem Novam reportatam, necnon carroccii, castri Curtis Novae et potestatis Mediolanensium captionem.

(Edit. ap. MATT. PARIS., *Histor. maj. Anglor.*, p. 308, ad ann. 1237. Sub encyclicae minus tamen integrae forma adest quoque inter *epistolas Petri de Vineis*, lib. II, cap. 50; nunc coll. cum cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds Notre-Dame*, n° 202.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, Richardo comiti Cornubie dilecto sororio suo salutem et sinceram dilectionem. Quante audacie quanteque temeritatis sint Ligurum excellentie nostre rebellium factiones, ad proximos experientia detulit et loci vicinitas et inveterata fama nequitie pertulit ad remotos : nec latere vos credimus, nec mundus ignorat tam longe nostre dissimulationis constantiam circa eos, ut tolerantia nostra verum patientie nomen amitteret et vitiose notam pusillanimitatis incurreret pro decore virtutis. Animadvertentes postmodum quod ferro secanda sunt vulnera, que fomentorum non sentiunt medicinam, necessario nos ad arma convertimus, somnum dormientis imperii excitantes. Cum nec anno preterito nec presenti possemus rebelles nostros ad campestris pugne discri-

---

male tractatis et verberatis monachis quorum pars Mediolanum confugit, altera vero Papiam abiit. Post paucos dies abbas Morimundi simul et abbas Aquae Frigidae, tunc Morimundi versatus, imperatorem adire decreverunt qui apud Pontem Vicum stabat ut ipsi de Papiensibus querelam deferrent. « Pergentes cum multo labore pervenerunt pedestre ad locum qui Pons Vivus (*leg.* Pons Vicus) vocatur, ubi imperator cum exercitu demorabatur, cumque stetissent ibi in paupertate et necessitate multa per dies aliquot, tandem die quadam opportunitate inventa, adeuntes imperatorem sicut tunc sedebat in equo, allocuti sunt eum, ea quae contigerant breviter exponentes. Ipse vero cum audisset, abiit; nihil aliud quam sibi doluisse respondit. »

Digitized by Google

men attrahere, ut de iis simul et semel optatam victoriam haberemus, casualiter tamen feliciter contigit ut Mediolanensibus et eorum sequacibus ad Brixiensium subsidium evocatis, ac interjecto inter nos et eos fluminis cujusdam obstaculo, quo veluti quodam munimine cingebantur, ultra flumen Lolii castra nostra reduximus ac deinde populis et militibus civitatum, fidelibus nostris, ad propria redeuntibus, quos insperate more tedium et importunitas temporis detinere diutius non sinebant, cum expedita militia tenus ripas ex alia parte fluminis festini direximus gressus nostros ad pontes, per quos ipsi redeuntes ad propria transire debebant. Et sic cum in cavernis morari diutius ultra flumen, rerum ipsos arcente penuria, non valerent, Mediolanenses et socii per pontes et vada fluminis Olei transeuntes, in apertam planiciem exiverunt, credentes se nobis per subsidium occulte fuge subripere, dum nos adeo prope consistere forsitan non putarent. Sed cum de adventu nostro terror et fremitus tanquam de celo tonitruum ipsis intonuit, ad premissas nostre celsitudinis acies, prius etiam quam aquilarum imperii victricia signa prospicerent, in fugam sic subito a facie nostra contriti se converterunt, quo usque ad eorum carocium, quod apud Curtem Novam in equorum celeritate premiserant, fugientes, faciem nostrorum insequentium spectare nequirent. Et dum auxiliares acies, et post eas nos cum nostrorum agminum robore, gressibus festinatis, hiis qui in levi manu precesserant necessario cursu succurrere crederemus, quos adversariorum pugnantium viribus credebamus arceri, equorum absque sessoribus cursitantium undique, precipitatorum militum et occisorum stragibus stratas invenimus impeditas. Erectis tamen et ligatis in terra jacentibus qui vivebant per armigeros militum qui dominos sequebantur, ad carrochium tandem quod juxta muros municipii Curtis Nove fossatorum vallis circumdatum et immensa militum copia et suorum omnium peditum mira defensione pugnantium munitum invenimus applicantes, ad expugnationem et capturam ipsius memorabili strenuitate perstitimus; adeo quod superbo fossati supercilio superato, usque ad themonem fere carocii ex nostris aliquos vidimus pervenisse. Supervenientis autem noctis umbrosa caligine, quam nostrorum vota longissimam suspirabant,

tentatum aggressum tantisper obmisimus usque mane sequenti, discinctis tantummodo gladiis ad quietem, sed tunicis ferreis non exutis, ad indubitatam victoriam carocii redituri; quod superveniente luce, inter aliorum vilium curruum turmas, qualibet defensione reperimus desertum, summitate pertice, ubi crux extiterat, detruncata; que crux etiam dum videretur fugientibus onerosa, in medio extitit derelicta. Castrum etiam Curtis Nove, cujus munimine ipsos insultus nostros evadere credebamus, custodes et incole reliquere : nec... potestas eorum... ducis Venetiarum filius quo duce lugubria signa tulerunt, manus nostras evasit. Et ut multa sub compendio concludamus, tum capti tum mortui, inter quos multi Mediolanensis factionis primates et principes corruerunt, decem milia fere numero computantur. Que omnia significamus vobis ad gaudium, ut provenire noveris (*sic*) imperio ad augmentum quod tibi duximus intimandum (*a*).

Datum Cremone, quarto decembris, undecime indictionis.

[Decembri.] Fridericus, Romanorum imperator, notificat archiepiscopo Eboracensi victoriam de Mediolanensibus reportatam apud Curtem Novam vigesimo septimo die novembris.

(Inedit. ex cod. n° 455, *fonds S. Germ.*, Bibl. Cesar. Paris., pars II, n° XLIII.)

Fredericus, etc. . . . . venerabili archiepiscopo Eboracensi Anglie primati, etc. Quia felicium successuum nostrorum specialem cuperis habere noticiam ut per industriam tuam ad alios convicinos alacriter deferatur, scire te volumus et letari quod Mediolanenses hostes imperii die veneris XXVII mensis novembris sub potenti manu succubuere devicti. Nam cum eos ad hoc solita perfidia deduxisset ut collecta

(*a*) Apud encyclicam in epist. Petri de Vineis sic explicit : « Que omnia universitati vestre significamus ad gaudium, ut provenire noverit ad augmentum quod ex tenore presentium legitur concessisse titulum imperialem ad gloriam et triumphum. »

suorum complicium turba quos ejusdem factionis infamia simili pena dampnaverat, in subsidium Brixiensium ad quorum infortunium (a) accessissent, temptantes in facie nostra resistere licet loca munita vallibus et aquis fluminum semper elegerint et ibidem se cum suis complicibus communirent, nos regione Brixiensi cum flamma, cum ferro, cum multis depopulationibus desolata, quum propter difficultatem locorum ad eorum dispendium aditus non patebat nec remanserat aliquid quod in districtu Brixie noster victoriosus exercitus devastaret, traduximus serio ultra Lolium castra nostra, ostendentes in superficie quodammodo propositum recedendi. Qua opinione Mediolanenses decepti et nos ultra procedere non credentes, ad egressum pontis instantibus casibus processerunt. Nos autem in occursum eorum illico procedentes, comitante victoria castra nostra, postquam eos ad campos egressos inspeximus et ad quamdam munitionem eorum que vocatur Curtis Nova gressu celeri festinarent, paratis aciebus in eos irruimus et multis ex eis cesis et captis omnes usque ad carrocium sunt fugati quod juxta prefatum castrum locaverant fugiendo, ubi contra eos pugna non defuit, nec instantis noctis tenebre ipsos a manibus nostris eripere potuerunt quin carrocium et castrum in quo spem fuge posuerant dimisissent. Captivi autem sunt majores eorum et inter captivos [et] alios qui ceciderunt in bello decem milia numero computantur. Nec potestas eorum ducis Venetiarum filius, quo duce infelicia signa tulerunt, manus nostras evasit quin cum captivis aliis nostro carceri sit adductus. Que omnia tibi significamus ad gaudium ut pervenisse tibi noveris ad augmentum quod ex tenore presentium legitur cessisse titulis imperialibus ad triumphum.

Datum, etc.

Fridericus, Romanorum imperator, significat duci Lotharingiae victoriam a se de Mediolanensibus apud Curtem Novam reportatam. [Decembri.]

(a) Ibi quaedam deesse videntur.

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, p. 1151-1152, n° XVIII. — D. Calmet, *Histoire de Lorraine*, preuves, t. II, p. 420. — Correctius vero ex cod. Bibl. Cesar. Paris. *Fonds S. Germ. Harl.*, n° 455, p. II, n° XXXIX, et ex codice 4042, *anc. fonds lat.* ibidem.)

Fridericus, etc., duci Lotharingie, etc. Felices victorie nostre successus quos longe lateque celebris sed celerior omnibus fama divulgat, tenore presentium ad tua desideria volumus pervenire, ut audias et leteris quod Mediolanenses hostes imperii qui diu contra imperium calcitraverant et erant inter alios rebelles nostros speciales principes perfide factionis, prostrati subjacent et devicti. Nam cum ingenti turba suorum complicium quos ejusdem facinoris damnat infamia cum in auxilium Brixiensium accessissent, quos undique per districtus eorum cum ferro et cum flamma noster depopulabatur exercitus, quia eadem pessima congregatio loca vallibus fluminum munita petebant, ut propter difficultatem locorum aggrediendi eos aditus non pateret, nos regione Brixie in eorum facie desolata ultra flumen Olei serio (*a*) castra nostra traduximus, ostendentes in superficie propositum recedendi; et cum ad egressum pontis direxerimus illico gressus nostros Mediolanensibus priusquam recederent occursuri, licet ipsi adventum nostrum crediderint evitasse et prope munitionem quamdam eorum que Curtis Nova vocatur festinanter accederent, non potuerunt sic a nobis de facili separari quin paratis aciebus irruerimus in eos et fugaverimus ipsos omnes usque ad carroccium eorumdem, captis ex eis quampluribus et occisis; nec instantis noctis tenebre fugientes de manibus nostris eripere potuerunt quin carroccium et castrum munitissimum in quo erant libere ac licite dimisissent. Sicque capto carroccio et castro combusto, decem millia inter captos et mortuos numero computantur. Potestas insuper Mediolanensium ... ducis Venetiarum filius, quo duce infelicia signa tulerunt, victorie nostre non defuit quin captus cum carroccio duceretur, nec est apud Mediolanenses ulla securitas. Nam sicut eam destruxit foris gladius, sic ipsam cruciat intus pavor, ad cujus finalem confusionem instamus, ceteris rebellibus sub nostre humiliatis (*b*) potentia ditionis. Que tibi significamus ad gaudium, etc.

(*a*) Ap. Martene et in impressis *sero*.

(*b*) Ap. Martene *humilitatis*.

Digitized by Google

Encyclica ad fideles imperii missa qua Petrus de Vineis (Vinea) enarrat conflictum Mediolanensium, captionem currus ac potestatis eorumdem, et triumphalem apud Cremonam imperatoris pompam. [Decembri.]

(Edit. ap. *Petri de Vin. Epist.*, lib. II, cap. I; nunc coll. cum codicibus Biblioth. Cesar. Paris. *Fonds S. Germ. Harlay*, n° 455, et *fonds Notre-Dame*, n° 202, et cod. Bodleiano, n° 136.)

Exultet jam romani imperii culmen, et pro tanti victoria principis mundus gaudeat universus. Erubescat illicita Lombardorum societas, confundatur rebellis insania, et pro tante stragis exitio, inimici populi contremiscant. Pre omnibus tamen infelix Mediolanum ingemiscat et doleat, et amare prorumpat in lachrymas de tantis occisorum catervis militum et civium captivorum, et a modo mundi obedire (a) domino assuescat. Verum qualiter hostilis sanguinis flumina Cesareos tinxerunt gladios, qualiter inimicos cunctos imperatoris potentia expugnaverit, audiatis. Postquam mirabilis machina Montis Clari menia cum trabuccis et instructionibus aliis tormentavit, et postquam irreparabile Brixiensis regionis incendium multos terruit; Mediolanensibus, Placentinis, et eorum fautoribus, qui ad Brixianorum auxilium venerant, Cesar procedebat ferociter cum suo exercitu obviare. Cum vero ad Pontis Vici veniret predia, idem imperator magnanimus castrametatus est juxta temptoria inimici, ita quod utriusque partis positionem exercitus quedam aqua minima dividebat : ubi multiplicatis viribus Cesaree majestatis, ad miscenda prelia erat avidus imperator. Sed cum rebelles inimicos voluit aggredi, hostis pusillanimis, pugne formidans discrimina, in stagnis circumjacentibus se conclusit, cujus obstante munimine, penitus ordine belli non poterat insiliri. Tan-

(a) Alibi *subesse* vel *succedere*.

dem prudentia principis usa consilio saniori, ibi dimissis hostibus in Cremone partibus (*a*), cum veloci cursu Lolium pertransivit. Sic quod per hujusmodi fluminis marginem, ultra decem milia sui exercitus secum trahens, in ponte Brixie signa direxit victricia, ut hostium regressum preveniens eos invaderet transeuntes; statimque per septem acies diviso exercitu, inimicos, qui jam transiverant Lolium, in prediis Pergami pugna quam paraverat acriter insilivit (1). Et ita imperatoris militia se preparavit ad prelium expedite, tanquam leones, quos fames stimulat, ad stabula cursitant armentorum : nec ulterius mora protracta, die vigesimoseptimo mensis novembris undecime indictionis utriusque partis cunei precursores per Curtis Nove campos alternis cursibus impetuose furentes, hinc inde consortibus manibus, invicem clangore tubarum milites animante, bellum terribile inceperunt : et subsequentibus turmis undique commixtis, alterutrum cum hinc inde foret diu dureque certatum, tandem Mediolanensis militia Cesaris viribus fortiter interrupta et usque ad suorum castrorum hospitia impulsa viriliter, incepit quasi cursu ruine multiplici jam labare; nam multifarie cedis pernicie imperialis exercitus ignobile vulgus flagellando perurgens campum sanguineum precipiti populo cumulabat. Sed quis posset illius diei narrare pericula? Quis valeret hostium acervos cadaverum scribere? Quis captivorum multitudinem numerare? Tandem enim Deus justus judex jura respexit imperii, et ad tanti casus interitum subito dejecit superbiam rebellium Lombardorum, quod ipso die triste Mediolanum cum suis fautoribus florem militie populique, carocium cum potestate vilissime amiserunt, et ex hostibus quotquot voluit quisque de nostris occidit et captivavit. Tandem relictis armis, tentoriis et curribus, ferri mortem irreparabilem populus fugiebat : ita quod major eorum pars in fluminibus se submersit. Tunc Cesar pre omnibus suis militibus sue virtutis potentiam est expertus. Ipse enim inimicorum cuneos manu propria feriebat. Tunc Theutonici suos gladios

(*a*) In impresso et in codicibus *pontibus*, male.

(1) Cf. *Chronicon de rebus in Italia gestis*, a nobis nuperrime ad fidem codicis Musaei Britannici editum, p. 169, 170, ubi de isto praelio quasi ab oculato teste fuse agitur.

rubenti sanguine rubricaverunt : tunc felices fidelesque Apulie milites collaterales principis mirabiliter pugnaverunt. Tunc miranda Papie militia se de Mediolanensibus militibus vindicavit, et fidelis Cremona cum sociis civitatibus secures sanguine saturavit, et suas evacuaverunt pharetras Saraceni. Nunquam enim in aliquo bello sic fuerunt cadavera cumulata, et nisi nox festine evenisset, que hostium subtraxit reliquias, nullus eorum de manibus Cesaris evasisset. Sed mira res quod in tanti belli conflictu terribili, imperialis exercitus extitit sine damno. Sic itaque devictis hostibus et fugatis cum triumpho Cremonam venit inclytus imperator : inde infortunatum carocium Mediolanense cum potestate filio ducis Venetiarum aliisque captivis Cremonam accelerans, consequenti die ad mandatum Cesaris, sui vexilli pertica usque ad terre faciem turpiter inclinata, potestate ad dedecus ligato superius et multitudinem gentium magnis applausibus pretereunte, ab elephante qui castellum ligneum et tibicines cum vexillis imperii gerebat in dorso, per Cremonam ad laudem et gloriam principis trahebatur (1). Vere de throno Dei sententia prodiit inferens judicium ultionis : nam nec occisis sufficiunt sepulture, nec Cremone palatia multitudinem capiunt captivorum. Quapropter imperialis victorie festum solenni gaudio fideles populi celebrantes, de tanti trophei preconiis ingenti leticia gaudeatis.

Fridericus, Romanorum imperator, Gregorio papae nuntiat, cum crucesignati ad monita sua passagium distulerint, se eis promisisse quod de ulteriori prorogatione ipsos non rogabit et auxilio efficaci per regnum suum transituris aderit. Cremonae, 7 decembris.

(Edidit RAYNALDUS, *Annal. eccles.*, ad ann. 1238, § XXXVII, e regest. Gregor. IX, lib. XII, epist. 360.)

(1) De elephante imperiali tum belli, tum triumphi participe, cf. *Mem. potest. Regin.* ap. MURATOR., *Scriptor. rer. ital.*, t. VIII, p. 1110.

Digitized by Google

Sanctissimo in Christo patri domino Gregorio sancte Romane Ecclesie summo pontifici, Fredericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, salutem et reverentiam filialem. Paternitati vestre volumus esse notum quod quia crucesignati in regno Francie ad preces et monita celsitudinis nostre usque ad prefinitum tempus treugarum, videlicet a primo venturo festo beati Johannis usque ad sequentis anni festum predictum, ipsorum passagium distulerunt, ideo nos ob reverentiam etiam Crucifixi cujus obsequio corda sua et corpora deputarunt, promisimus crucesignatis eisdem quod ipsos non rogabimus de prorogatione passagii eorum ultra terminum (a) supradictum nec rogari aliquatenus patiemur; quin potius in omni consilio et auxilio efficaci, sicut specialiter negotii meritum nos astringit, adesse intendimus transituris; ita quod si qui eorum per regnum nostrum transire voluerint, nos specialem in subsidium transitus eorumdem invenient adjutorem; et ut ipsis cautum esse debeat de predictis, literas nostras aurea bulla typario nostre majestatis impressas eis duximus indulgendas per specialem nostrum nuntium transmittentes, et hoc idem vobis per presentes nostre serenitatis apices similiter aurea bulla munitas duximus describendum.

Datum Cremone, VII decembris, XI indictione.

[Decembri.] Fridericus, Romanorum imperator, universis crucesignatis per suas promittit litteras quod ultra petitum prolongationis terminum eos amplius non rogabit, et auxilio efficaci transituris aderit.

(Inedit. ex codicib. Biblioth. Cesar. Paris, n° 455, *fonds Saint-Germ. Harlay*, pars III, n° LXVII, n° 4042, *anc. fonds latin*, fol. 125 verso, et cod. 8390 Biblioth. Mediomont. dom. Thom. Phillips, pars III, n° 70.

Fredericus, etc....., prelatis ecclesiarum, comitibus, baronibus et universis crucesignatis in regno Francie constitutis salutem et pro Crucis obse-

(a) Apud Raynaldum *triennium*.

Digitized by Google

quio triumphare. Generalis terre sancte commoditas que a crucesignatorum executione dependet, nos frequenter induxit ut de vestri prorogatione passagii usque ad prefinitum tempus treugarum (1), videlicet a proximo venturo mense augusti usque ad sequentem annum completum, apud universitatem vestram monitis et precibus instaremus; expedire videntes illius terre subsidio necnon profectui transeuntium et honori si a proximo festo sancti Johannis Baptiste usque ad idem sequentis anni festum transitus tam strenue multitudinis ordinate fiat tempore opportuno, nec debuimus silentio preterire negocium et onus quod pre ceteris mundi principibus ad ejusdem terre liberationem humeris nostris incumbit, pro qua tenemur opera et opes effundere, quin premissa deliberatione consilii vobis ad Christi servicium potenter accinctis ac totius cause circonstancias plenarie ponderemus contingentibus non omissis. Vos autem qui corda et corpora vestra crucis obsequiis deputastis et utile cupitis exhibere servicium Crucifixo, per Gerardum de Aquis triscamerarium nuncium et fidelem nostrum consultationi nostre consulte ac provide respondistis vos usque ad predictum completum treugarum terminum executuros efficaciter preces nostras, si patentes vobis literas indulxerimus aurea bulla munitas, per quas certi fieri petitis quod per nos ad ulteriorem terminum non debeatis ulterius sollicitari precibus vel moveri. Super quo dignis gratiarum actionibus approbamus provisum vestre deliberationis consilium et responsum, affectui vestro non impari concurrentes affectu quod ultra predictum terminum et indictum, post quem universos et singulos Christi fideles hortari debemus ad transitum, vos non rogabimus nec de vestri prorogatione passagii rogari aliquatenus paciemur, quin potius in omnibus consilio et auxilio efficaci, sicut specialiter negocii meritum nos astringit, adesse intendimus transituris; ita quod si qui vestrum per regnum nostrum transire voluerint, nos specialem in subsidium transitus eorumdem liberaliter invenient adjutorem. Et ut vobis cautum esse debeat de predictis, presentes literas aurea

---

(1) Treugae cum soldano Babyloniae initae post decem annorum intervallum, scilicet ad augustum mensem 1239, praefinitus erat terminus.

Digitized by Google

bulla typario nostre majestatis impressa universitati vestre duximus indulgendas.

Datum, etc.

Cremonae, .. decembris.

Fridericus, Romanorum imperator, domino papae et cardinalibus victoriam a se de Mediolanensibus habitam nuntiat et fuse describit.

(Edit. ap. *Petri de Vin. Epist.*, lib. II, cap. XXXV, coll. cum codicib. Biblioth. Paris., *fonds Notre-Dame*, 202, *anc. fonds latin*, 2954.)

Fredericus, Dei gratia, etc., universis venerabilibus sacrosancte Romane Ecclesie cardinalibus dilectis amicis suis salutem et sincere dilectionis affectum. Communem omnium principum terre leticiam, sed matris Ecclesie specialem, vestram ulterius latere noticiam non volentes, quanquam ut firmiter opinamur insinuationis nostre cursum celerior literis fama preripuit, nihilominus ad vos imperiali programmate victoriosi processus nostri tripudium stylo deducimus certiore. Sane quante audacie quanteque temeritatis sint Ligurum excellentie nostre rebellium factiones, ad proximos experientia detulit et loci vicinitas, ac inveterate fama nequitie pertulit ad remotos, nec latere vos credimus, nec mundus ignorat tam longe dissimulationis nostre constantiam circa eos. Ne igitur tolerantia nostra verum patientie nomen amitteret, et viciose pusillanimitatis notam incurreret pro decore virtutis, animadvertentes postmodum quod ferro scindenda sunt vulnera, que fomentorum non sentiunt medicinam; nec expectare volentes quod in fistulam totiens jam cicatrix obducta transiret, necessario nos ad arma convertimus, manus ad fortiora misimus, et nostrum vibravimus gladium, dormientis imperii somnum excitantes. Et cum anno preterito veluti cujusdam profunditatis vadum ipsorum vires et animos tentassemus, experimento securi tenuimus propositum, firmavimus animum, dum desiderate nobis consummationis effectum principia bona promitterent, et leticie vespertine fiduciam

Digitized by Google

Lucifer traderet matutinus, tum Germanie retibus expediti, que pro magna parte furiosus ille juvenis F. quondam dux Austrie nostris processibus veruntamen non impune paraverat, circa finem hujus estatis Italiam duximus repetendam : et cum usque ad fines Brixie paulatim jam nostra victoria pertingeret continuata, que nostrorum fidelium sepibus undique circumsepta, tamen in Mediolanensi presidio veluti a quodam foramine respirabat; expugnantibus nobis viriliter Montem Clarum et ibidem quampluribus Brixiensibus et plerisque majoribus captivatis, tacta dolore cordis intrinsecus Brixia velut leena rugiens, dum dilacerari coram se filios respicit quos tueri non potest, ad defensionem sui Mediolanenses, eorum amicos et complices, in spe firmi subsidii, sed demum in pene consortium evocavit. Post expugnationem deinde castri predicti, nostrorum rebellium omnium viribus congregatis, dum nobiscum in campestris belli discrimen aliquando attrahi non valerent, volentes ipsos ulterius inutili mora consumere, ad remotiora loca divertimus exercitualibus commodis et bellorum aggressibus opportuna. Et cum ipsi fuge digressum nostrum ascriberent et timori cautelam, propter quod audacie cornua assumentes nos semper a latere sequebantur : interjecta veruntamen difficultate locorum, tandem ipsos ad flumen Lolii caute deduximus, ubi parato nostrorum transitu pontium, ipsi se ad habilitatem suorum, per quos Lolium transierant remotis longi itineris spaciis invenerunt. Prius tamen quam nos opportunitate transitus Lolii poliremur, in quadam planitie prope ripam fluminis supradicti, castra nostra defiximus : credentes eos in audacia jam concepta persistere, ut ad commune certamen vadato quodam modico flumine, nobis ad transitum propter ripas infesto, nobiscum pugnaturi transirent. Et cum per diernm aliquot spacium (quibus imperialis clementie memores, verba pacis per. . . magistrum domus sancte Marie Theutonicorum et alios viros religiosos interposita patienter audivimus), ipsorum verbosam audaciam prestolaremur ibidem, facta tamen eisdem per solennes nuncios nostros belli copia, et facultate concessa, quod vadum ad nos secure transirent, vel nos secure transire permitterent ad eosdem; cum ad rem ventum est neutrum eligere voluerunt. Nihilominus etiam cum flumen Lolii supra-

Digitized by Google

dicti sarcinarum nostrarum et curruum impedimenta trajicerent, a mane usque ad vesperas agmine non digesto per acies, per buccinarum sonitus, quos audire poterant de vicino, ad bellum ipsos acuimus, sed quos surdos ad verba reperimus, ad tubas invenimus surdiores. Flumine demum prefato per nos et nostros, sine rebellium nostrorum infestatione, trajecto, populis civitatum et maxima parte militum ad propria redeuntibus (quos insperate more tedium et importunitas temporis retinere diutius non sinebat), cum expedita militia juxta ripas ex ista parte fluminis festini direximus gressus nostros ad pontes per quos ipsi redeuntes ad propria redire debebant; et sic cum in cavernis terre morari diutius ultra flumen, rerum ipsos arcente penuria, non valerent, Mediolanenses et socii qui per Brixienses qui domum redierant, contra legem societatis (a), per pontes et vada fluminis dum transire non possent, per cujusdam stricturam nemoris exiverunt, credentes se nobis per occulte fuge subsidium subripere, dum nos adeo prope consistere forsitan non putarent. Sed cum de adventu nostro terror et fremitus, tanquam de celo tonitru, ipsis intonuit, ad premissas nostre celsitudinis acies, priusquam aquilarum imperii victricia signa prospicerent, in fugam sic subito se converterunt, ut usque ad ipsorum carocium, quod apud Curtem Novam in equorum celeritate premiserant, nullus fugientium faciem nostrorum insequentium spectare valeret. Et dum post auxiliares acies nos cum nostrorum agminum robore, gressibus festinatis, nostris qui in levi manu precesserant, necessario cursu succurrere crederemus, quos ab adversariorum pugnantium viribus timebamus arceri, equorum absque sessoribus cursitantium, undique precipitatorum militum et occisorum stragibus stratas invenimus impeditas. Erectis tandem et ligatis in terra jacentibus qui vivebant, per armigeros militum qui dominos sequebantur, ad carocium (quod juxta muros municipii Curtis Nove, fossatorum vallis circumdatum, et immensa militum preliantium copia impeditum, omni mira defensione pugnantium munitum invenimus) applicantes, ad expugnationem et capturam ipsius, multorum innumerabilium militum strenuitate, perstitimus : adeo quod

(a) Desunt ibi quaedam : *fuerant derelicti* vel hujusmodi.

Digitized by Google

superbi fossati supercilio superato, usque ad themonem fere carocii ex nostris aliquos vidimus pervenisse. Superveniente tamen noctis umbrosa caligine, tentatum aggressum omisimus, et ad quietem, quam nostrorum vota longissimam suspirabant, concessimus, disjectis (a) tantummodo gladiis, sed tunicis ferreis non exutis, mane sequenti ad indubitatam victoriam carocii redituri : quod adveniente luce, inter alias vilium curruum turmas desertum qualibet defensione reperimus, summitate pertice, ubi crucis signum extiterat detruncata : que crux etiam dum videretur ad fugam fugientibus onerosa, in medio extitit derelicta. Castrum etiam Curtis Nove, cujus munimine ipsos impetus nostros evadere credebamus, custodes et incole reliquere. Nec potestas eorum, ducis Venetorum filius, quo duce lugubria signa tulerunt, manus nostras evasit. Et (ut multa sub compendio concludamus) tum capti, tum mortui, inter quos multi Mediolanensium primates et principes corruerunt, decem millia fere numero computantur. Nec tamen ab antiqui draconis contritione propterea manus nostra desistet, quin tamdiu caput ejus ad imperii laudem allidamus, quamdiu caudam ipsius palpitare videbimus, ex quo possit causa dissidii posteris, vel etiam scandalum ceteris exoriri. Super quibus omnibus, sanctissime pater, gratias vos et fratres vestros pro nobis exsolvere (b) Domino Jesu Christo filiali devotione rogamus, qui suum prosequendo negocium, sacrum imperium victoriose sublimat et extollit.

Datum Cremone, XX (?) decembris, indictione XI[a] (1).

(a) Alias *discinctis.*

(b) In codice 2954 legitur : *Super quibus omnibus dignas gratias sanctissimum patrem summum pontificem et vos pro nobis exsolvere.*

(1) Notae chronologicae exhibentur ex cod. Bibl. univers. Breslaviensis, class. IV, n° 102, epist. 9, ap. Pertz, *Archiv.*, t. VII, p. 924. Non tamen omnino quoad diem mensis spectat, huic codici confidendum. Dum nempe certo certius imperatorem Laudam 12 decembris accessisse discamus, necesse fit ut ad hunc locum pro *XX*, legamus *IX* vel *XI* vel numerum alium, qui duodecimum diem antecedat.

Apud Laudam, 12 et 26 decembris.

Imperator die sabbati XII mensis decembris equitavit apud Pizunguitonum dimisitque abire Laudenses XII de melioribus carceratis Laudae quos ceperat ad bellum, qui statim ut intraverunt civitatem eorum clamaverunt : Ad arma! Laudenses vero in concordia Octonem Vicecomitem de Mediolanensibus eorum potestatem de regimine expulerunt, et custodes portarum civitatis Laudae qui similiter erant de Mediolanensibus ceperunt. Ea namque die imperator civitatem Laudae intravit. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 170. — Mense decembri Lauda ipsi imperatori se reddidit et ibi natale Domini cum omni tripudio celebravit. Ricc. de S. Germ. *Chronic. ad ann.* 1237.

Deinde frater Leo cum aliis religiosis de mandato Mediolanensium ad civitatem Laudae accesserunt, dicentes domino imperatori quod Mediolanenses volebant ei reddere et dare suas rationes et jura, et pecuniam ad suam voluntatem ei dare, dando ipse fidanciam civitati et comitatui Mediolani. Imperator vero habito consilio cum Cremonensibus et Papiensibus respondit et dixit fratri Leoni quod non reciperet eos, nisi haberet civitatem et personas Mediolanensium ad suam voluntatem. Hoc audito ... [Mediolanenses] dixerunt se inde aliquid non facturos (1). *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 171.

(1) Quid eadem occasione Placentini ad pacem pro parte sua tractandam tentaverint, narrat quoque anonymus auctor, p. 171, 172. Post aliquot annos, scilicet in encyclica circa mensem julium ineuntem 1244 conscripta, ipse imperator pacis tunc ineundae conditiones frustra agitatas memorat, de quibus nullum aliud monumentum superest.

Digitized by Google

Petrus de Vinea principibus Alemanniae scribit super conflictu Mediolanensium, captione carroccii eorum missi ad Urbem, et imperatorem rebellibus misericordiam implorantibus nullam concessurum esse veniam nuntiat. [Decembri.]

(Edit. ap. *Petri de Vin. Epist.*, lib. II, cap. III; coll. cum codicibus Biblioth. Çesar. Paris., *fonds Notre-Dame*, 202, et *fonds Saint-Germain Harlay*, 455.)

Quia vestre nitor conscientie postulat et affectus integerrime fidei representat ut de prosperis auspiciis Romani principis, domini Friderici, possitis relatione veridica novellari, ea que sub ejus notis aquilis his diebus in Italia effulsere, evidenti ostendimus veritate. Verum cum imperialis majestas sui diadematis jura perquireret, et imperii sui vectigalia vendicaret, Lombardorum, precipue Mediolanensium nefanda temeritas et audacia detestanda una cum suis confederatoribus ausi sunt vertere faciem contra solem : filii Belial secreta sibi proditionis confingunt, discipulos sibi congerunt, non tamen congregata conservant. Egredientes ut mures ridiculi de cavernis, moliuntur insidias ponere in leonem, inebriati sunt sanguine nec ab ubertate domus venerunt ebrii : non tamen adipe sunt pinguium saturati. Et dum castrametati sunt juxta Lolium perditionis filii, ut rationis segetem perderent, zizanie que a vulgo Lolium dicitur, semina seminarunt. O quanta erat multitudo militum! quanta numerositas et universitas bellatorum! Ibi superbia pulsavit tympanum, voluptas tuba concinit, resonat cythara, plandit lyra : et sic voluptatis ager cum pudendi decoris insignibus pullulavit. Sed dum gloriantur in curribus et in equis, pars electi principis ex adverso incepit in nomine Domini gloriari. Et quia facile est Deo celi multos in paucos concludere, princeps fortitudinis dominus Fridericus dimisit a se quos habebat in expeditione de communitatibus Lombardie; quia ipse velut alter rex Salomon pacificus, heres pacis, quod suum erat pacifice exigebat, et cum non

sit vir sanguinum, non paraverat eos in sanguine calicis exhaurire : sed quia Leviathan filii execrantur contumaciter verbum Dei, noluerunt acquiescere, sed invalescebant eorum voces, et vociferando dicebant : « Persequamur eos, quia spolia partiemur. » Sicque dominus imperator, cui de celo victorie ministrantur, assumpsit secum scutum belli et gladium, et itineris sui comitem angelum Domini exercituum habens secum, loricam induit, sicut gigas : et prelium iniit secum habens regni milites et paucos Theutonicos, et quosdam Lombardos, quos in expeditione ducis militie (1) contigerat remansisse : ac dum viri fortes et cum forti principe intrarent bellum, exclamaverunt tubis, et audita est vox tonitrui et stuporis : « Euge! euge! ad Mediolanenses impiger advola Friderice.» Quo audito, Mediolanensis protervitas statim fuit perterrita : compagnie projiciunt cimbala, sumunt arma : et dum a trementi cujuslibet dextera retineri vix poterat gladius, quilibet mutus in suo pectore tacitos vertit questus : « Heu! heu! anime nostre : quid sic torques nos acriter atrox et immisericorditer immisericors Friderice?» Fit clamor ad sydera : « Ve! ve! tibi misera Lombardia. » Quid plura? mactatur senex, puer diripitur, juvenis ut vitulus immolatur, campi madescunt sanguine, ac interfectorum exuberant ubertate.

Quam male signa jacent, heu! quam bene sternitur hostis?

Certe Friderici gladius cedem sitiens haurit sanguinem, vorat carnes et dum incaute rebellis extollitur, ejus caute contumacia profligatur, et sic princeps audacie seviens in Lombardos subvertit rotas curruum, et inebriatus est gladius sanguine occisorum; quia dum rebellis turba deprimitur, alios mors deglutit per gladium, et innumeros catene acerbitas stringit et religat juxta collum. Currus equidem Mediolanensis, currus glorie, miserabiliter capitur, et una cum filio ducis Venetiarum, Mediolalanensium potestate, turpiter captivatur; qui cum esset stipatus multo milite, fluctuare visus est postmodum nuda crate; quem habuit princeps

(1) Forsitan intelligendum de Ecelino de Romano quem triumphali suo stylo *ducem militiae* Petrus de Vinea intitulat.

victorie ad landis titulum, qui illum ad alme urbis popnlum destinavit. Nunc vero rebelles nequissimi, olim gandentes, quomodo mutaverunt eorum gloriam in similitudinem vituli manducantis fenum et paleam : qui nutriebantnr in croceis ima perlustrant carcerum, et amplectentes stercora, expectant sententiam damnatorum. Nunc autem Mediolanenses rebelles super omnes gentes Ligurie nota perfusi infamie, et ruboris stigmate perpetuo insigniti, crassas qnondam cervices pedibns applicant, et se suosqne dedentes muros dirunnt, fossas replent; et ad conseqnendam misericordiam et ad pietatis inventionem omnimodam elaborant. Sed qnia nullus semel ore receptns patitur sangnis mansnescere fauces, imperator magnificns eorum stragem magis gestiens quam salntem, solum pudorem reputat bello non vincere, quin potius viam rnine contradicentibns aperire; et ut nnllus resistendi snmat andaciam, trncnlenter reprobornm satagit ad vindictam. Qno circa vos qni estis fide prediti, preclari mente, ratione nobiles, virtutibus locupletes, ita cum omnium reverentia tam virtuosi principis celebretis magnificentiam, formidetis potentiam, magnificetis honorem, ut per exhibitionem bonorum operum grata mereamini consequi beneficia premiorum.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Philippi de Falckenstein fidelis sui, ei concedit ut si sine filiis legitimis decedere eum contingat, filiae ejus Guta et Alheidis aut quas in posterum generabit in Falckenstein, Tannenstat, Walsenheim et aliis bonis quae in feodo tenet, succedere possint. Apud Laudam, decembri.

(Edid. DE GUDENUS, *Cod. diplomat.*, *Anecdotor.*, tom. II, p. 74, n° 49.)

Fridericns, Dei gratia Romanorum imperator semper augustns, Jherusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris qnod Philippus de Falckenstein fidelis noster nostre celsitudini snpplicavit ut bona sua apnd Falckenstein, Tannenstat,

Walsenheim et alia bona que tenet in feodo ab imperio et nobis, quia filios non habet, filiabus suis Gute et Alheidi et aliis filiabus quas in posterum generabit concedere de nostra gratia dignaremur, ut tanquam filii legitimi possint succedere in bonis ipsius. Nos igitur habentes pre oculis fidelia satis et accepta servitia que idem Philippus nobis exhibuit et in antea exhibere poterit gratiora (*a*), suis supplicationibus favorabiliter inclinati, predicta bona dictis filiabus suis et quas in posterum generabit, si eum sine filiis legitimis decedere contingeret, duximus concedenda; mandantes et firmiter precipientes quatenus nullus sit qui ipsas super predicta concessione nostra molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ad cujus concessionis nostre memoriam presens scriptum fieri et sigillo nostro jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt L. venerabilis Wormatiensis episcopus, frater H. magister domus Theutonicorum, G. et B. (*b*) comites de Ziegenhagen, marscallus de Bappenheim, Cuno de Mintzenberg, et alii quamplures.

Datum apud Landam, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII, mense decembris, X (*c*) indictionis.

Apud Landam, decembri.

Fridericus, Romanorum imperator, lantgravio de Luckenberch (Leuchtenberg) fideli suo ducatum curruum per districtum comitatus ejus committit quem etiam tenuerunt antecessores ejus.

(Editum in *Hundii Stammbuch*, t. II, p. 2, et ap. *Monum. Boica*, t. XXX, pars I, p. 266, num DCCLVII. Sigillum in ora maxime laesum appendet ex duobus segmentis membranaceis.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jeru-

(*a*) In impresso *gratiosa*, male.
(*b*) Scilicet *Gotefridus et Bertholdus*.
(*c*) Recte tamen legendum est *XI*.

Digitized by Google

salem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod lancgravius de Luckenberch fidelis noster optinuit legitime coram nobis quod ipse ducatum curruum per districtum comitatus sui tenere debeat, sicut antecessores sui ipsum ducatum tenuisse noscuntur. Quare mandamus quatenus nullus sit qui ipsum lancgravium in predicto ducatu impediat vel molestet. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo nostro jussimus communiri.

Datum apud Laudam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense decembris, XIe indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Hermanni magistri domus Sanctae Mariae Theutonicorum, Philippo de Sancta Cruce filio Senioricii de Monopoli in feudum donat et concedit Terricium et Arricarum in terra Barensi sita, sub ea conditione quod imperiali exercitui unum equitem et unum balistarium praebere teneatur. Apud Laudam, decembri.

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest. imper.*, p. 178, n° 923, ex copia quam in regestis pontificiis cl. vir Pertzius deprompsit.)

Datum apud Laudam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense decembris, XI indictionis.

ANNO 1238. — INDICTIONE 11.

Apud Laudam, 5 januarii.

Fridericus, Romanorum imperator, Gerardo de Sinzich valletto et fideli suo dat salvum conductum pro reversione ejus in Germaniam.

(Edid. GUDEN., *Cod. diplom. Magunt.*, tom. II, pars II, p. 933, ex autogr. in archiv. Landscr.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Mandamus et firmiter precipimus fidelitati vestre quatenus nullus sit qui latorem presentium Gerardum de Sinzehe, (1) vallettum et fidelem nostrum, de nostra licentia in Alamanniam revertentem impedire seu in aliquo molestare presumat; permittentes ipsum cum servientibus quinque et equitaturis septem libere pertransire et providentes sibi in securo conductu pro nostre reverentia majestatis, si necesse fuerit et a vobis duxerit requirendum.

Datum apud Laudam, V januarii, XI indictionis.

Papiae, 6 januarii.

Die VI mensis januarii, imperator equitavit Papiam; statim homines de Vegevalle illud ei reddiderunt...... Praeterea Vercellenses fuerunt obedientes ei et Novarienses similiter, dando ei obsides quos in Papia posuit. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 172.

---

(1) Fortasse hujus nominis secundus, cujus pater Gerhardus primus anno 1236 obiisse videtur.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, grates agit cuidam communitati (1) quod opportunitate nacta ad partes suas redierit, hortaturque ut insurgant in offensiones inimicorum, se ad partes ipsas personaliter accessurum promittens. (Januario.)

(Inedit. ex cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germ.*, n° 455, p. II, p. 55.)

[Fridericus, etc.] Non minus ylariter quam benigne recepit excellentia nostra litteras quas misistis, dum ex ipsarum tenore percepimus votum vestrum et laudabile fidei vestre propositum comprehendimus cum effectu. Que licet diu inimicorum nequitia comprimente invita latuerit, utpote quum caput vestrum quod est imperium in remotis agebat, statim quod desideratum adventus potentie nostre tempus votis vestris accessit, rejecit jugum indebite servitutis et ad devotionem et fidem nostram ad quam vota semper gerebat invida totaliter consurrexit. Amplectimur in omni benivolentia corda vestra et omni gratia que de manu Cesaris solet ad populum fidei et benemeritos emanare, tam laudabilis devotionis et virtutis constanciam in vobis disponimus prevenire ut qui affectum ad excellentiam nostram et decus imperii semper obtentum, ex alia licet insolentia pressum, nacta oportunitate temporis ostendistis, ex imperialis munificentia majestatis signum gratifice retributionis in exemplum trahendum a posteris acquiratis. Ecce igitur tempus vestrum, ecce dies ad quos vestra desideria suspirabant. Surgite ergo in opprobrium eorum qui cum servi essent et perfidie filii, dominari liberis et animorum sinceritate vigentibus satagebant. Ecce quidem gladius ultionis nostre imminet in cervices eorum et brachium potencie nostre sic eos comminuit e vicino ut nullus jam sit eis salutis aditus unde

(1) Hanc epistolam scriptam fuisse arbitramur Vercellensibus sive Novariensibus, eo tempore quo his civitatibus in fidem imperii redeuntibus, Fridericus ad partes Pedemontis suos gressus intendere parabat.

Digitized by Google

sperent. Rejicite itaque omne quod fidem vestram occupat tegumentum et in eorum offensiones quantumcumque potestis manifestius insurgatis ut sentiant se juste ab eis oppressos et graviter quos indigne olim et enormiter oppresserunt. Potentia quidem nostra presto est vobis, et ecce contritio hostibus ut unde resurgant non habeant; ad magnificam relevationem vestram presentialiter et personaliter accedemus ac ostendemus vobis que de vobis concepimus per effectum. Vos igitur ad talia sic de bono in melius vos geratis, ut tam specialem populum nostrum redolere nobis speciale firmamentum fidei gaudeamus.

Pariae, januario.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Arnoldi, abbatis monasterii Victoriensis, ei et conventui ejus confirmat et inserendo renovat privilegium a rege Philippo patruo suo, 8 augusti 1207, abbati Chunrado praedecessori ejus indultum.

(Edid. Mart. Gerbert, *Cod. epist. Rudolfi I*, auctar. Diplomat., p. 208, inclus. in diplomate Rudolfi I: Dat. Wiennae 3 kal. septemb. 1277, indict. V. Cf. Wattenbach, *Iter Austriac.*, p. 27, ap. *Arch. histor. von Wien*, t. XIV.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus II, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, cum illius intuitu per quem preest principibus orbis terre personas et loca Deo dicata pio favore tuetur ac protegit et justas eorum favorabiliter supplicationes exaudit. Ea propter notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod Arnoldus abbas et conventus monasterii Victoriensis quod est inter Villacum et Frisacum (1), fideles nostri, quoddam privilegium felicis recordationis Philippi augusti patrui nostri Romanorum regis eidem monasterio clementer indultum nostre celsitudini

(1) Haec situm monasterii Victoriensis (Victring) satis indicant. Plura petenti Granelli, *Topographia Germ. Austr.*, *de ducatu Carinthiae*, p. 66, suppeditabit.

Digitized by Google

presentare fecerunt, humiliter supplicantes ut illud innovare et confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor est per omnia talis :

Philippus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Regalis excellentie immensa benignitas cum omnium ecclesiarum sibi subjectarum commoditati debeat providere, specialius tamen loca religioni deputata regalis magnificentie patrocinio pium et justum est indesinenter gaudere, ne personas contemplationi deditas occasione secularium tumultuum in sancto proposito contingat aliquatenus vacillare. Inde est quod ad notitiam omnium tam presentis quam successure posteritatis duximus perferendum quod nos ob piam commonitionem dilecti nostri Chuonradi abbatis Victoriensis cenobium jamdictum cum omnibus pertinentiis suis, villis, sylvis, pratis, mansis, aquis aquarumque decursibus et possessionibus suis qualitercumque donationis sub specialem regie majestatis tuitionem recepimus, regio districto inhibentes ne cuiquam in nostro degenti imperio licitum sit nomen advocatie ejusdem cenobii seu aliquorum reddituum sibi usurpare. Inhibendum quoque duximus ne quisquam judicum in claustro sive grangiis sive quibuscumque possessionibus suis ulla celebrare placita attemptet et ne homines ipsorum nisi solummodo ter in anno a judicibus suis ad placita vocentur seu aliquibus inconsuetis angariis constringantur; statuentes et regio edicto firmiter precipientes ut nulli unquam hominum hanc nostre confirmationis divalem paginam licitum sit infringere seu aliquo ei improbitatis ausu obviare, quoniam qui facere presumpserit regie indignationis offensam se noverit graviter incurrisse. Ut autem hec nostre confirmationis pagina in evum inviolabiliter observetur, presentem exinde paginam conscribi jussimus et regie majestatis charactere consignari.

Hujus rei testes sunt Wolffgerus patriarcha Aquilegiensis, Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, Albertus Maidenburgensis archiepiscopus, Manegoldus Pataviensis episcopus, Otto Wirzburgensis episcopus, et plures alii.

Datum apud Herbipolim, anno Domini millesimo ducentesimo septimo, sexto idus augusti, indictione decima.

Nos igitur qui personas et loca religiosa digno favore prosequimur,

attendentes fidem et devotionem quam dicti abbas et conventus Victoriensis monasterii fideles nostri ad majestatem nostram ot Romanum imperium semper habere noscuntur, ipsorum supplicationibus inclinati, privilegium predicti regis Philippi patrui nostri dive recordationis augusti presenti privilegio de verbo ad verbnm inseri et innovari jussimus, omnia que continentur in eo imperialis auctoritatis munimine confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sanximus edicto ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictos abbatem et conventum et monasterinm cnm omnibns bonis suis contra presentis privilegii nostri tenorem ausn temerario offendere seu molestare presumat; quoniam qni presnmpserit viginti libras auri pnri componat, medietate fisco nostro, reliqua passis injnriam persolvenda. Ad hujus igitnr nostre innovationis et confirmationis memoriam et robur in posterum valitnrum, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt Albertns et Rudolphus comites de Habchspurg (1), Bertholdus et Godefridus comites de Cigenhang (*a*), comes Henricus de Greiffesbach, etc., et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici II, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII, mense januarii, undecime indictionis, imperante domino nostro Friderico II, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege glorioso, imperii ejus anno XVIII, regni Jerusalem XII, regni vero Sicilio tricesimo octavo (*b*), feliciter. Amen.

Datum Papie, anno, mense et indictione prescriptis (2).

(*a*) Scilicet de *Zigenhain*.

(*b*) Rectius tamen legendum *quadragesimo*.

---

(1) « Imperator Papiae curiam habuit in qua Albertus et Rudolfus fratres comites de Habspurch inter alios gentis Suevicae nobiles praecipue floruerunt et militaribus exercitiis et probis actibus tam ibi quam per Italiam circumquaque imperatoris curiam extulerunt. » Joh. Victoriens. ap. Boehmer, *Fontes*, t. 1, p. 279, ubi perperam legitur *MCCXXXIII* pro *MCCXXXVIII*.

(2) Ita correximus notas chronologicas, paulo accuratius ut videtur in hoc transumpto et sine dubio inordinate exemplatas, cum legatur : *Dat. Pap. ann. mense januarii et undecime* idus *indictionum prescriptis*; et postea, *Signum domini nostri Friderici*, etc.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, civibus Vercellensibus ad sua beneplacita et mandata praecise redeuntibus omnem offensam quam contra se et imperium commiserant remittit, et insuper bonos eorum usus et consuetudines approbatas necnon res et possessiones tam in civitate quam extra eis confirmat. Papiae, januario.

(Edit. ap. *Histor. Patr. Monum., chart.*, t. I, p. 1337-1338, curante Amed. Peyron, ex arch. archiep. Vercell. cop. authentica caps. IV, n° 2. — Et ap. Durandi, *Dell' antica condit. del Vercellese*, p. 138.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Quanto nos ceteris orbis principibus prefecit Altissimus et solii nostri fastigia magnificentius exaltavit, quanto etiam felicem statum nostrum extulit Dominus in Ligurum subjugatione rebellium, quorum excrescente nequitia invalescere nitebantur catholice fidei perversores, tanto dignum fore decrevimus ut hiis quos Deo nobis auxilium prebente subjecimus et [qui] implorant suppliciter veniam delictorum, favoris et gratie nostre beneficium non negemus. Cum igitur universitas Vercellensis, pro eo quod temporibus retroactis Mediolanensibus et complicibus eorum factiose prefatis nostris rebellibus et imperii imprudenter et impudenter adheserant, in multis contra nos et sacrum imperium molientes, ad fidelitatem et mandata nostra et imperii rediissent, in personis et rebus, in civitate et episcopatu ac districtu eorum precise absque condicione, tenore vel pacto in omnibus et per omnia se nostris mandatis et beneplacitis exponentes, pro commissis contra majestatem nostram veniam suppliciter implorassent; nos licet pro tam flagitiosis excessibus delictorum enormitate pensata triumphante potenti dextera nostra juste possemus in eos exercere gladium ad vindictam, agentes tamen misericorditer cum eisdem tanquam qui volumus misericordiam preferre judicio, Vercellenses ipsos qui sic precise ut supradictum est se in omnibus et per omnia exposue-

Digitized by Google

runt nostre beneplacitis majestatis, in gratiam nostram recepimus, remittentes eis omnem offensam quam contra nos et imperium visi sunt hactenus commisisse. De habundantiori quoque gratia nostra confirmamus eisdem civibus Vercellensibus fidelibus nostris bonos usus et consuetudines approbatas quibus usi sunt tam in civitate Vercellarum quam extra temporibus divorum augustorum progenitorum nostrorum memorie recolende usque ad hec felicia tempora nostra, necnon et possessiones ac res quas intus civitatem ipsam et episcopatum et extra juste et rationabiliter tenere consueverunt hactenus et habere, utpote cum cives eosdem qui ut dictum est nostris beneplacitis precise se dederunt, pace, justitia et bono statu habundare velimus, salva in omnibus et per omnia imperiali justitia. Ad hujus autem rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Papie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo octavo, mensis januarii, undecime indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno nonodecimo, regni Jerusalem tertiodecimo, regni vero Sicilie tricesimo nono (1), feliciter. Amen.

Ego Oliverius filius quondam Guillelmi Nasi notarii autenticum hujus exempli sigillatum sigillo cereo imperialis majestatis, etc.

Papiae, januario.

Fridericus, Romanorum imperator, pro gratis civium Avenionensium servitiis, universitati eorum jus concedit accipiendi tholoneum sive pedagium ibidem expressum, clausurae civitatis ejusdem commode reficiendae applicandum, donec id recipi de suo beneplacito fuerit.

---

(1) Menda evidens, quum annus regni Siciliae tunc quadragesimus fuerit.

Digitized by Google

(Inedit ex archivo praefect. Massiliens. sub his veteribus notis : *Tour du trésor, 3e carré, 8e liasse, M.* Originali sigillum cereum appendet filis sericis rubri viridisque coloris.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptnm notnm facimns universis fidelibus nostris imperii tam presentibns qnam futnris qnod cnm universitas civitatis Avenionensis, fideles nostri, attente nostro culmini supplicassent nt tholoneum sive pedagium quoddam infrascriptum quod ipsi pro clausura civitatis ejusdem commode reficienda exigendum et recipiendum in civitate predicta et districtn sno statuerant : videlicet de modio vini solidos turonenses duos et dimidinm; de modio salis solidos turonenses duos; de manganilio (1) annone tnronenses sex; de manganilio siliginis turonenses quatnor; de manganilio ordei tnronenses tres; de singulis carrigis, singnlis ballis et singnlis torsellis solidum tnronensem unum; de quintali plnmbi turonensem unum; de singulis cannis olei medium tnronensem; de singulis duodenis panis turonenses duos; de qnalibet carriga alnminis et glete (2) turonenses tres; de singulis centum solidatis fuste solidnm turonensem unum; ratum habere et confirmare illud quamdiu foret de beneplacito majestatis nostre, de gratia dignaremnr. Nos consideratis pnra fide et sincera devotione universitatis ejnsdem, nostrornm fidelium, quam in nostris et imperii servitiis semper invenimns efficacem; attendentes etiam quod opus clausure predicte fieri munitioni et bono statui civitatis ipsins mnltnm expediat, tholoneum sive pedagium ipsum statutnm per universitatem eamdem exigendnm et recipiendnm pro ope clausure predicte, sicut superius continetnr, ratum habemns et firmum; confirmantes illud et tamdiu tenere volentes quamdiu fnerit de nostre beneplacito majestatis, tholoneo seu pedagio ipso non amplius duraturo. Presentis igitur scripti auctoritate mandamns quatenns

(1) Sic pro *manganario*, mensura annonaria apud Avenionem, cujus capacitatem praecise definire Carpenterius dubitat. Cf. novam Cangiani glossarii editionem, ad voces *Manganaria* et *Manganarius*.

(2) *Gleta* pro *glita*, ex verbo *glis*, humus tenax, gallice *terre glaise*.

Digitized by Google

nullus sit qui dictam universitatem super exigendo et recipiendo tholoneo seu pedagio prefato, donec id recipi de beneplacito nostro fuerit, ausu temerario impedire seu molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationem culminis nostri se noverit incursurum. Ad hujus autem rei memoriam et firmitatem, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Papie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense januarii, undecime indictionis.

[Januario.] Fridericus, Romanorum imperator, Avenionensi civitati regratiatur quod suum familiarem Torellum de Strata in potestatem recipientes multipliciter honoraverint, et in seipsum sarcinam eorum regiminis accipit.

(Edit. ap. *Petri de Vin. Epist.*, lib. III, cap. LXXV. Coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds Notre-Dame*, 202.)

[Fridericus, etc.] Pura fides et experta devotio quibus inter alios imperii romani fideles clarius in conspectu nostre celsitudinis prefulgetis, argumentum nobis firme fiducie prebuerunt ut in omnibus que decus excellentie nostre respiciunt, vos securissime requirentes, de vobis amodo firmius et fiducialius confidamus. Latere namque conscientiam nostram, vel a tenacitate memorie nostre nullatenus cecidisse credatis, qualiter vos pre ceteris Arelatensis regni fidelibus, H. de Ravello, senescalcum nostrum et ipsius regni vicarium (1), ob honorem culminis nostri gratius et honorabilius pertractastis, exhibentes vos eidem in omni synceritate devotos, que grata nobis extitit et imperio fructuosa. Nec nos preteriit quod [Torellum de Strata] (2) militem Papiensem, et nobis tam

(1) Vid. supra Gregorii papae epistolam, p. 108.

(2) Nomen in impresso et in codicibus omissum supplemus. In catalogis potestatum Ave-

Digitized by Google

probabili presumptione fidelem, rectorem vestrum anni preteriti de nostra familia provide recepistis. Ex quibus omnibus laudabiliter informati quod vos inseparabiliter voluistis nobis glutino devotionis et fidei glutinari, ad vos oculum providentie nostre versa vice dirigimus, de prospero statu vestro nec non et de salubri regimine precipua solicitudine cogitantes. Et cum inter curas solicitudinis nostre revolvimus qualiter per nos vobis posset in ipso salubrius et cautius provideri, illud tandem tenaci meditatione tanquam honorificentius nobis et vobis duximus eligendum, quod ad hoc vires et potentiam nostram vestris profectibus strictius et peculiarius obligetis. Ad quod, prout perspicaciter intueri potestis, nulla nos inducit ambitio quod curam regiminis civitatis unius, quantumcumque nobis synceritate experta fidelis, assumere cupiamus, qui fere totius orbis habenas universaliter moderamur; sed ut affectionis nostre zelum vobis singulariter ostendamus, et ut ad considerationem omnium manifestissime deducatur quod dum humeris nostris sarcinam regiminis vestri libenter imponimus, regi vos provide ac salubriter affectemus, ut sine culminis nostri lesione ledi per aliquem non possitis.

Fridericus, Romanorum imperator, scribit Romanis quod cum Roma fons imperii imperialibus triumphis associanda sit, eis mittit carroccium in strage Mediolanensium captum, hortaturque ut illius custodiae curam adhibeant, aemulis qui per incendium ejus destructionem meditantur capitis amissione plectendis. [Januario.]

(Edider. MARTENE et DURAND., *Ampliss. collect.*, t. II, p. 1190-1191, n° LXXVI. —Coll. cum codic. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S.-Germ. Harl.*, 455, p. II, n° XL, et cum cod. ibid., *ancien fonds latin*, 4042.)

---

nionensium (ap. PAPON, *Hist. génér. de Provence*, t. III, p. 536 et seqq.) perperam *Taurel de Ferrata* nominatur. Idem est qui mense januario 1236 ab archiepiscopo Viennense cum Bartholomaeo de Baucio excommunicatus fuit, eo quod terras quasdam Venaissini comitatus quas sibi Romana Ecclesia vindicabat usurpasset. Cf. PAPON, *Opere citato*, t. II, preuves, n° 61.

Digitized by Google

Fredericus, etc., senatori, senatui populoque romano, etc. Ad extollendum imperii nostri temporibus decus Urbis, quod per gloriam triumphorum futurum excelsius extimavere majores, et ratio prepotens que regibus imperat et natura nos obligat et civiliter obligatos voce dignissima profitemur. Ecce enim cum ad sue cause naturam triumphus necessario reducatur, quod extollere decus imperiale non possimus quin interim Urbis honorem quam causam imperii fuisse cognoscimus, extollamus. Sed quamquam soluta imperialis a quibuscumque legibus sit majestas, sic tamen in totum non est exempta judicio rationis que juris est mater, quod velit et debeat irrationabilis judicari. Ab observatione quoque cujuslibet rationis intentio nostra discederet si nos quos Romani Cesaris fulgor illustrat Romanos expertes victorie romane tripudiis pateremur, si vos fructu negotii quod vestro nomine gessimus, dum nos rebelles romani imperii sub romani nominis exclamatione devicimus (1), fraudaremus; si ad urbem regiam regiminis nostri decus non deferremus et gloriam, que nos in Germaniam ad nanciscendum imperiale fastigium velut mater ab ulnis filium destinavit. Vestris adscribimus titulis quicquid faustis auspiciis medio tempore gerimus, dum ad Urbem unde cum timore dubie sortis exivimus cum eventus magnifici gloria revertamur. Antiquos in hoc namque recolimus Cesares quibus ob res preclaras victricibus signis gestas senatus populusque romanus triumphos et laureas decernebant, ad quod per presens nostre serenitatis exemplum vias votis vestris a longe preparamus, dum devicto Mediolano currum civitatis utique factionis Italie principis ad vos victorum hostium predam et spolia destinamus (2),

(1) Alludit Fridericus clamori armorum quem sui milites in praelium irruentes extollebant : « Miles, Roma! miles, imperator! » Cf. *Chron. de reb. in Ital. gestis*, p. 169.

(2) « Eodem mense (januario) mandavit imperator Romam carrocium Mediolani super mulos qui illud portaverunt cum multis signis et vexillis et tubis per partes Pontremuli. Quod carocium cum apud Romam duxissent, dominus papa usque ad mortem doluit, et illud in Urbem introducere prohibere voluit. Quod utique sentiens pars imperatoris quae erat in ipsa urbe, illud carocium intus civitatem honorabiliter conduxerunt quod positum fuit in Capitolio per cardinales. » *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 172. « Carrochium captum Romam dirigit imperator in signum victoriae. » Ricc. de S. Germ., *Chron.* ap. Muratori, *Script.*, t. VII, p. 1040.

arrham vobis magnalium nostrorum et glorie nostre premittimus, reliqua cum romani imperii nostri sedem Italiam pacatam videbimus, integre soluturi. Imperatoris igitur vestri victoriam, quirites, gratanter accipite; spes ex hoc vos pulcherrima foveat quia quum libenter antiqua solemnia sequimur, ad reformationem antique nobilitatis in urbe libentius aspiramus. Ceterum quia susurrante fama jam resonat quod orta muneris triumphalis invidia quosdam emulos incitavit ut ad destructionem carroccii cujus ostentatio publica et memoriale triumphi Cesarei decus in urbe dispositum corda eorum dolore penetrant altiori, clandestinis incendiorum insidiis machinentur, ne de proposita valeant malicia gloriari, universitati vestre suggerimus ad cautelam quatenus illius custodie curam et diligentiam adhibere curetis ut emula nostre victorie ac nostri honoris anxia cogitatio malignorum in suis adinventionibus elidatur potius quam nanciscatur materiam illudendi; nihilominus ex auctoritate senatus populique romani plebiscita lege lata contra facinorosos, qui fuerint circa insidias vel nocumenta carrochii privatim vel publice deprehensi capitis amissione plectendis (1).

Qui quidem ad mensem aprilem hoc memorat, notato forsitan tempore quo carrocium post diutinum iter Romae tandem admissum fuit.

(1) His etiam litteris et muneri, ut referunt Ricobaldus Ferrariensis Franciscusque Pipinus, Fridericus versus istos addidit :

Ave, decus orbis! victus tibi destinor, ave,
Currus ab augusto Frederico Cesare justo.
Vae Mediolanum! jam sentis spernere vanum
Imperii vires, proprias tibi tollere vires.
Ergo triumphorum Urbs potes memor esse priorum
Quos tibi mittebant reges qui bella gerebant.

Quod quidem carrocium in Capitolio, jubente senatu, depositum est, quinque columnis marmoreis incumbens, cum ista inscriptione quae recentiori tempore in scala ejusdem aedificii legebatur :

Cesaris augusti Friderici, Roma, secundi
  Dona tene currum perpes in orbe decus.
Hic Mediolani captus de strage triumphos
  Cesaris ut referat inclyta preda venit :

Digitized by Google

Vercellis, 11 februarii. Fridericus, Romanorum imperator, Richardo comiti Cornubiae sororio suo nuntiat tempus transfretationis ad persuasionem suam usque ad festum sancti Johannis anni sequentis fuisse prorogatum, rogatque ut cum iter transmarinum fuerit aggressus, per regnum suum opportuno tempore transire non omittat.

(Edid. MATT. PARIS, *Histor. maj. Anglor.*, ad ann. 1238, p. 314.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, comiti Cornubie dilecto sororio suo, salutem et sinceram dilectionem. Generalis terre commoditas ucte que a crucesignatorum executione dependet, nos frequenter inducit ut de prorogatione passagii crucesignatorum in regno Francie et aliis partibus orbis terre usque ad prefinitum trengarum tempus, videlicet a primo venturo mense augusti usque ad sequentem annum completum, apud ipsos monitis et precibus instaremus, expedire videntes illius terre subsidio necnon profectui transeuntium et honori si a proximo festo beati Johannis Baptiste usque ad diem sequentis anni festum transitus tam streune multitudinis ordinate fiat tempore opportuno. Nec debuimus silentio preterire negotium et onus quod pre ceteris mundi principibus ad ejusdem terre liberationem humeris nostris incumbit, pro qua tenemur opem et opes effundere, quin premissa deliberatione consilii ipsis ad Christi servitium potenter accinctis totius cause circumstantias plenarie ponderemus, contingentibus non omissis. Illi autem qui corda et corpora sua crucis obsequiis deputarunt et utile cupiunt exhibere servitium cru-

---

Hostis in opprobrium pendebit, in urbis honorem.
Mictitur, hunc urbis mictere jussit amor.

Hujus carrocii effigies marmore insculpta juxta carceres Capitolinos inter fodiendum inventa est in anno 1727. (Vid. MURATOR., *Antiq. Ital. med. aevi*, t. II, dissert. XXVI, p. 491.)

Digitized by Google

cifixo, per nuntios et litteras nostras exinde requisiti consultationi nostre consulte ac provide responderunt se usque ad predictum completum treugarum terminum exequuturos efficaciter preces nostras; super quo dignis gratiarum actionibus approbavimus provisum ipsorum deliberationis consilium et responsum. Ad hec cum personam vestram videre fraterno cupiamus affectu et honorem vestri passagii liberaliter procurare, volumus et rogamus ut vita comite per nos et regnum nostrum Sicilie opportuno tempore transeatis, quia nostre non resideret gratum voluntati si aliunde nobis invisis transitum faceretis, maxime cum regnum nostrum sit taliter constitutum quod per illud ad partes transmarinas facilior et opportunior transitus prebeatur.

Datum Vercellis, XI februarii, undecime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, consulibus Mantuae ad conquestionem Dieterici fidelis sui mandat ut cuidam Johanni qui ad suam praesentiam cum falconibus veniebat, injuste ablata restitui faciant. Novariae, 15 februarii.

(Inedit. ex quaternione pergameneo sec. XIII, chartularii veteris Mantuani fragmento, in archivo civitatis hujus asservato. Quod nobiscum liberaliter communicavit cl. vir Boehmerus.)

Fridericus, Dei gracia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, cousulibus Mantue, fidelibus suis, graciam suam et bonam voluntatem. Constitutus in presencia nostra lator presentium Dictericius, fidelis noster, nobis proposuit conquerendo, quod quidam cives Mantuani socium ipsius Johannem, qui ad nostram presentiam cum falconibus veniebat, nequiter vulnerantes, rebus omnibus spoliarunt. Quare fidelitati vestre mandamus quatinus, si est ita, de injuria satisfieri et ablata sibi restitui faciatis, ut super hoc nullam querimoniam audiamus, et devotionem vestram merito commendare possimus.

Datum Novarie, XV februarii, XI indictione.

Digitized by Google

Taurini, 8 martii.

Fridericus, Romanorum imperator, nuntiat Richardo comiti Cornubiae sororio suo natam sibi ex consorte sua novam prolem masculinam, cujus ortus ad exaltationem imperii et affinitatis arctationem plurimum valebit.

(Edit. ap. Matt. Paris, *Historia major Anglor.* ad ann. 1238, p. 315 (Paris, 1644).)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, Richardo comiti Cornubie dilecto sororio suo salutem et omne bonum. Rem jocundam et communibus desideriis expectatam que pre ceteris hominum votis gratior ex beneficio nature suscipitur, per quam sceptra regnantium optata successione beantur, tanto maturius ad tuam duximus notitiam perferendam quanto moram non patitur novitas gaudii succedentis. Adest enim nobis celebris insinuationis jocunditas quam expectationi vestre presentium serie nuntiamus quod disponente Providentia summi regis qui dat ortum regibus et salutem, ex auguste consortis nostre sororis tuo fecundo gremio datus est nobis octavo decimo die mensis februarii novus filius et nepos novus natus est tibi. Cujus ortus patri et avunculo cedit ad gloriam, matri renovat gaudium, et spem corroborat subditorum; in quo mutue dilectionis qua simul vinculo affinitatis astringimur, roboratur integritas et ad prosperitatis augmentum desideriosius propagatur ac virtus que contingit prematura Cesaribus indolem suam ad commune gaudium et honorem processu temporis gratissimam repromittit. Accedunt etiam nobis ejusdem nove prolis cum exaltatione cunabula, quum felices processus nostros in Italia jam nostris titulis accedente ac victorie nostre prostratis hostibus auspicia felici sidere comitantur. Cumque nostris felicibus continuatis eventibus ac triumphis, soboles optata concurrerit, in eo confidimus qui post ortum filie de fecunda consorte nostra sorore tua prolem contulit masculinam, quod anti-

Digitized by Google

quam imperii nostri gloriam que tempore precedenti collapsa sub ipsius ortu reformata consurgit, ad nostrum et nostre posteritatis honorem liberaliter ampliavit, ut te nostris et auguste consortis nostre velimus participare tripudiis, quem ad expectati nepotis originem diu novimus aspirasse.

Data Taurini, die tertio martii, undecime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, Panormitanis scribit natum sibi filium esse, per quem ipsis salus promittitur et imperiale solium roboratur. Taurini, 3 martii.

(Edit. ap. Inveges, *Annal. di Palermo*, t. III, p. 592, ex MS. Normann. Anton. de Amico, fol. 53 et ex *Pirri chronolog.* fol. 45, ex regest. tabul. Neap. antiquae Siciae, ad ann. 1239. — Barone, *De Panorm. majestate*, lib. I, cap. IV; ap. Burmann, *Thes. antiq. Sicil.*, t. XIII, p. 26. — Et in *Epistol. Petr. de Vineis*, lib. III, cap. 70. Nunc coll. cum codicib. Bibl. Cesar. Paris., *ancien fonds latin*, 4042; *fonds Notre-Dame*, 202; *fonds S. Germain Harlay*, 455. Adest quoque in codice optimi viri Fitaliae principis apud Panormum, ubi epistola dicitur *a magistro Salvo composita.*)

Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, etc., Panormitanis fidelibus suis, etc. Expectationum vestrarum votis libenter et sepe successiva nostrorum successuum insinuatione concurrimus, crudele non minus quam inelegans estimantes si nos qui prosperitatis gustu reficimur, vos odore letitie fraudaremus. In participium igitur gaudiorum nostrorum vos gratanter assumimus, et ex carissima consorte nostra natum nobis nuperrime filium XVIII (*a*) scilicet presentis (*b*) mensis februarii sub felicis auspicii sidere vestris desideriis nuntiamus; quod quanquam vobis so-

(*a*) In codice 202 et ap. Inveges, legitur *XII*.

(*b*) Sic in omnibus. Verisimiliter tamen *precedentis* vel *proximi*.

Digitized by Google

lummodo nuntiare videamur ad gaudium, rectius tamen et dignius refertur ad commodum communiter omnium, per quod vobis salus procuratur et posteris, dum fecunditate propaginis nostri regiminis solium roboratur. Etenim si regnorum omnium status et demolitiones attendimus, profecto videbimus quod statum cujuslibet servat et roborat regie sobolis continuata successio per quam provenit populis perpetua tranquillitas, ac successorum defectus regna comminuit et imperia demolitur. Letare igitur regum patria, terra dulcedinis, experti dispendii vitatura periculum. Spes vos pulcherrima foveat quod dum serenitatis nostre gremium numerose prolis fecundat editio, dispendiosam pati penuriam de regibus non possitis. Ad vos denique gratissima veniat presentis insinuationis epistola que vos in gaudiorum nostrorum consortium evocat et vestrum vobis in solidum commodum representat. Imo si verum inspicimus et subtiliter intuemur, ex nostri nativitate filii vos a nobis uberius commodum et fructum percipitis ampliorem. Nobis enim et ceteris orbis terre principibus filii nascuntur ad gaudium, sed subditis ad salutem. Subest tamen adhuc communis et ultima causa leticie quod dum sub victorie nostre tempore quam de publicis hostibus et avita discordia gladius imperialis obtinuit, de nature gremio summa provisio prodiit hominem, victoriosum nobis filium et vobis regem et dominum repromisit. Votis igitur omnium exorabitur divina clementia ut quem nasci prestitit diu vivere prebeat, et cui vivere contulit conferat et virtutes.

Datum Taurini, die III martii, XI indictionis (1).

[Martio.] Fridericus, Romanorum imperator, Ezelino de Romano significat natum sibi filium esse felici sidere praeconceptum, dum

---

(1) Sequitur in codice 455 haec nota : « Puer tamen natus fuit apud Ravennam die mercurii XII februarii. » Et in codice 4042 : « Puer tamen natus fuit apud Ravennam die mercurii X februarii. » Revera decimus februarii dies in mercurium anno 1238 incidebat. Nota autem non concordat cum epistola tum praecedente tum sequente, ubi dies *XVIII* expresse memoratur.

triumphalia auspicia ejus ortum praevenerint et continuo secuta sint.

(Inedit. ex codicib. Bibl. Cesar. Paris., *ancien fonds latin*, 4042, et *fonds Saint-Germain Harlay*, 455, pars III, n° LVIII, ubi quaedam mendae sive lacunae deteguntur.)

Fridericus, etc. Ezelino de Romano, etc. Cum ad notitiam nostre felicitatis tua continuo vota ferventer aspirent et illud speciale reputes gaudium quod nostris processibus accedit ad votum, expectationi tue promenda duximus genera gaudiorum, quia primo die sacre Quadragesime XVIII° scilicet instantis mensis februarii (1), disponente Providentia regis regum qui dat ortum regibus et salutem, ex auguste consortis nostre fecunditate datus est nobis filius et rex novus natus est nobis, in quo patris exultat animus et congaudent universitas subditorum. Ecce prodeunt novi regis cum patris exultatione cunabula et succedentibus nobis in Italia prosperis, prosperior soboles adoptata consurgit que nostro longe lateque reformato ad suos antiquos fasces imperio, optate pacis et justicie robur suis promittit augmentis ad posteros et circa primi culmen honoris et subjectorum corroborat animos populorum. Sic enim felices processus nostros summus rerum opifex et natura magnificat ut nostris Italia titulis velud antiqua imperii hereditas et que statum singulariter refovet et jura regnorum (*a*) presentis victorie nostre temporibus nostra progenies augeatur. Cujus ortus te plene letificet, quem felici sydere preconceptum (2) tot acquisitionum triumphalium eventum prevenerunt auspicia et conti-

(*a*) Locus mutilus.

(1) Mercurii dies qui vulgo *Cinerum dies* vocatur, hoc anno in septimum decimum februarii diem incidebat.

(2) Quam fidem de nativitate hujus filii astris et astrologis Fridericus adhibuerit, nos Matthaeus Parisiensis monet, quem audiamus : « Nocte vero prima qua concubuit imperator cum ea (*scil.* Isabella regis Anglorum sorore) noluit eam carnaliter cognoscere, donec competens hora ab astrologis ei nunciaretur. Consummata autem carnali commixtione summo mane, deputavit eam quasi praegnantem diligenti custodiae, dicens ei : « Custodi te sapienter quia habes in utero masculum... » Et sic contigit, peperit enim masculum cujus nomen Henricus fuit. » *Histor. maj. Anglor.*, p. 285.

nuatis accessibus sunt secuta. Que licet principaliter videris in parte vel noveris, utile videmus et necessario delectamur plene tibi gesta describere, ut etiam si repetita placeant, nova delectent et magis exylarent seriatim, et diffusius nunciata per te quoque deriventur ad alios qui nostris et imperii successibus jocundantur.

Taurini, martio.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Salimberti abbatis monasterii Locedii, privilegium a se ipso tempore regni sui eidem monasterio indultum renovat et inserendo confirmat.

(Edidit Iricus Tridinensis, *Rer. patr.*, lib. III, *Dissert. de S. Oglerio*, p. 26.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostri imperii tam presentibus quam futuris quod Salimbertus venerabilis abbas monasterii beate Dei genitricis Marie quod dicitur Locedium, fidelis noster, ad presentiam nostram accedens presentavit quoddam privilegium Nicolao venerabili abbati quondam ipsius monasterii predecessori suo indultum a majestate nostra, cum rex eramus in Teutonia ante susceptum nostri imperii diadema; cujus tenor talis est :

(Sequitur de verbo ad verbum privilegium anno 1215 supra editum, t. I, p. 423, ad quod lectorem remittimus.)

Verum quia predictus abbas monasterii suprascripti supplicavit celsitudinem nostram ut privilegium ipsum faceremus transcribi et illud sibi confirmare de nostra gratia dignaremur, nos supplicationibus suis benignius inclinati privilegium ipsum de verbo ad verbum transcribi fecimus, confirmantes eidem monasterio de plenitudine gratie nostre omnia que in eodem privilegio continentur, sicut ea juste tenet et possidet et sibi a quibuslibet juste et rationabiliter sunt collata, excepta exactione fodri nostri

Digitized by Google

in acquisitis et acquirendis; quod si ipsum monasterium dare tenetur et debet ipsam exactionem, nolumus relaxari. Ad hujus autem nostre confirmationis memoriam et perpetuam firmitatem, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Taurini, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo octavo, mense martii, indictione undecima.

Fridericus, Romanorum imperator, renovat et inserendo confirmat privilegium Friderici I, avi sui, abbati et monasterio Sancti Eugendi (Saint-Oyand) in comitatu Burgundiae, anno 1184, 16 novembris indultum, quo possessiones hujus coenobii recensentur et quaedam privilegia singularia conceduntur. [Martio.]

(Inedit. ex collect. Droz, *Abbayes de Franche-Comté*, ap. Bibl. Cesar. Paris., t. 16, fol. 35 verso et seq., ex copia de originali deprompta. — Confirmatio nondum typis prodiit; privilegium vero Friderici primi legitur ap. Dunod, *Hist. des Sequanois*, t. I, preuves, p. LXIX.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex invictissimus (*sic*). Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, tunc officii sui debitum reddit cum fenore Deo vivo, cum ejus intuitu per quem preest principibus orbis terre, loca Deo dicata et religiosas personas pro favore tuetur et justas earum petitiones exaudit. Eapropter noverit tam presens etas quam futura posteritas quod Humbertus abbas Sancti Eugendi fidelis noster ad presentiam nostram accedens majestati nostre humiliter supplicavit ut monasterium suum Sancti Eugendi quod est in Lugdunensi diocesi, personam suam et fratrum suorum ibidem Domino famulantium et bona eorum omnia sub protectione nostra et imperii recipere dignaremur. Quoddam etiam privilegium olim eidem monasterio clementer indultum a domino augusto imperatore

Digitized by Google

Friderico avo nostro nostre celsitudini presentavit, humiliter supplicans ut ipsum innovare et omnia que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Officium imperatorie majestatis a Deo nobis creditum postulat et hortatur ut unicuique principum aliorumque fidelium imperii jura sua conservemus et imperiali protectione faciamus ea felici statu gaudere. Verum cum omne bonum de securiori conscientia procedit, cum propter Deum fit qui cum facti est causa confert et palmam meriti, necessarium duximus precipue ecclesiis et ecclesiasticis personis opem et operam misericordie clementer impendere, et dum in ecclesiis suis et cenobiis pro nobis et pro nostra salute Deum jugiter interpellant, ab incursibus et inquietudine exteriorum imperatoria majestate protegantur et quotidiane insultantium molestie defensione nostra reprimantur. Eapropter notum esse volumus tam presenti etati imperii fidelium quam successure posteritati quod nos intuitu divine retributionis dilectum ac fidelem nostrum Vuillermum abbatem Sancti Eugendi et ejus successores et omnes personas ibidem Deo famulantes et ipsam ecclesiam et abbatiam in nostram protectionem suscepimus, et omnia ipsorum bona mobilia et immobilia omnesque ipsorum ecclesias atque possessiones quarum nomina subter notanda duximus, eis imperiali auctoritate confirmamus : videlicet locum ipsum in quo sita est cum omnibus appenditiis suis; in pago Lugdunensi ecclesiam Sancti Wilbalii cum appendentiis suis, ecclesiam Sancte Columbe, ecclesiam Sancti Martini de Nova Villa cum capella Sancti Andree, ecclesiam de Pontiaco cum prioratu et capella et aliis appenditiis eorum videlicet Sancti Petri et Sancti Christophori, ecclesiam de Bodago et de Syliniaco cum capella Sancte Marie de Liensis, ecclesiam de Cavannis cum prioratu et capella de Longo Monte, ecclesias Sancti Mauritii de Rocca et prioratus Cosiaci et Sanciaci cum villis et appenditiis suis et Sancti Martini de Rundis et sancti Michaelis de Benolco et Sancti Thirici de Dron, ecclesias Sancti Remigii et Sancti Mauritii de Nova Villa cum prioratu et capella de Castro, ecclesiam Sancti Romani, ecclesiam de Clemenciaco, ecclesias Sancti Johannis Regionis

Digitized by Google

et de Borenis et de Petrosa, ecclesias de Flariaco et de Viriaco cum prioratu et capella de Antigniaco et de Ruel cum prioratu, ecclesiam de Villa monasterii cum prioratu et capella Sancti Germani, ecclesias Sancti Remigii de Monte et de Coloniaco cum prioratu et capella de Petraio, ecclesiam de Cormongon, ecclesiam de Martiniaco cum prioratu et capella de Grossiaco, ecclesias de Dionaco, de Viriaco, de Dortingo et capellis de Veaiaco et Monte Aisello. In pago Viennensi ecclesias de Quintiniaco cum prioratu et de Rufiaco et de Ardolio cum capella de Oriol, ecclesias Sancti Albani et Sancti Georgii et Sancti Romani cum capella de Agyo, ecclesiam de Salicibus cum prioratu et omnibus decimis et appenditiis suis et ecclesias de Lymoniaco, de Verniaco, de Calnaco, de Altasio et de Alentiaco cum capella de Russilione, ecclesiam de Kamuniaco. In pago Gebennensi ecclesias de Avreniaco et de Clusia et de Bellomonte cum prioratu et de Landonino et de Panliaco cum prioratu et capellis Sancti Genesii et de Sergiaco, ecclesiam de Sessiaco cum prioratu, ecclesiam de Divona cum prioratu, ecclesiam de Genaliaco cum prioratu, ecclesiam de Nividuno cum prioratu et capellis de Pregnino et de Premoncoro et de Collonray. In pago Bianntinensi ecclesiam Cosantie cum prioratu et capella Sancti Leodegarii et appenditiis suis, ecclesiam de Landresses, ecclesiam de Servina, ecclesiam Sancti Justi de Arbosio cum prioratu et omnibus decimis aliisque appenditiis suis et cum capellis de Changins et de Pupillin et de Mesnay et de Castellana, ecclesiam de Villeta, ecclesiam Sancti Cyriaci, ecclesiam de Villanova, ecclesiam de Sygurosis, locum de Maltua cum appendiciis suis, ecclesiam de Martiniaco cum prioratu, ecclesiam Sancti Saturnini, ecclesiam Bletis et ambas ecclesias de Rocheta cum capella de Baresiaco, ecclesiam Sancti Lupicini cum prioratu et villis adjacentibus cum capellis et suis appenditiis, ecclesiam de Moyrinco cum prioratu et villis et appendiciis ejus, ecclesiam de Cherchiliaco, ecclesiam de Mayseis, ecclesiam de Autnoya et de Domno Petro cum prioratu et capella Sancti Georgii, ecclesiam de Vallenante cum prioratu et capella de Bornaco, ecclesiam de Ausiniaco cum prioratu, ecclesiam de Vincens, ecclesiam Sancti Albini de Annoirea. Ad augmentum quoque imperialis gratie et ad spem sa-

Digitized by Google

lutis nostre firmiorem, silvam quamdam que dicitur Juris in loco qui dicitur Condadiscensis a termino Braccoli aque et lacum de Orba cum egressu et regressu et in ipsa contra terminat Niger mons sicut pendet aqua et in ipsa contra ubi aqua in fosseam intrat usque in Alpes et usque in viam que venit per mediam Ferrariam, sicut aqua currit que vocatur Serrona usque ad Brunnium Betus et a Brunnium Betus usque ad Salcimanam et a Salcimana usque ad Betus Nocivum et a Betus Nocivum tertiam partem Escalon, sicuti ab ipsa jam dicta Orba partibus occidentalibus venitur in Calmibus Merrenses vocabulo usque quo ad planitiem veniatur parochie Secundiacensis, sacrosancto monasterio Sancti Petri apostolorum principis ubi ipse confessor Christi Eugendus corpore quiescit per hoc scriptum donamus, ut jamdictus Vuillelmus abbas ejusque successores et monachi ibi Deo servientes et posteri eorum proprio jure in perpetuum possideant. Providentes quoque imperio et potestati ecclesie decernimus ut de regalibus ecclesie Sancti Eugendi prefatus abbas et successores ejus nulli nisi tantum nobis et successoribus nostris respondere teneantur. Si vero tales cause adversus abbatem vel congregationem ejusdem monasterii vel adversus homines et bona eorum exorte fuerint que sine damno et dispendio rerum et personarum in terminis eorum non poterunt definiri, ad presentiam nostram vel successorum nostrorum deferantur per juris rationem atque legem definitivam recepture justiciam. Ad hec pro remedio anime nostre et predecessorum et successorum nostrorum, sepedicto monasterio concedimus atque confirmamus ut servi ecclesie beati Eugendi [qui] mulieres sibi conjugio consociaverunt vel forte mulieres viros in matrimonium per desponsationem sibi copulaverint in Equestrico comitatu et in Gebennensi episcopatu, liberam et firmam potestatem habeant conjugia et matrimonia sua conficiendi sine impedimento et reclamatione. Indulgemus etiam ex multa benignitatis nostre clementia prenominato abbati Sancti Eugendi et successoribus suis potestatem cudendi monetam ad formam et pretium prout ecclesie sue magis cognoverit expedire. Statuentes et imperiali auctoritate sancientes ut nullus archiepiscopus vel episcopus, nullus dux, nullus comes nullave potestas, nulla denique persona humilis vel alta

Digitized by Google

secularis vel ecclesiastica, hanc ipsam concessionis vel confirmationis nostre paginam audeat violare nec aliquibus injuriis seu dampnis presumat eam attemptare. Quod si quis fecerit majestatis reus centum libras auri puri pro pena componat, dimidium imperiali camere et reliqnum ecclesie injuriam passe, salva in omnibus imperiali justicia.

Hujus rei testes sunt : Godefridus patriarcha Aquilegensis, Conradus Moguntinus archiepiscopus, Otto Bambergensis episcopus, Bonifacius Novariensis episcopus, Jonathas Concordiensis episcopus, Pastor Vincentinus episcopus, Conradus Lubecensis electus, Rodulfus imperialis aule protonotarius, Ludovicus landgravius Thuringie, Conradus dux Spoleti, Conradus marchio Anconitanus, Bertholdus marchio de Andeble, comes Theobaldus de Lechsgesmind, comes Berhardus de Lon, Henricus marescalcus de Lutra, Rudulfus camerarius, Conradus castellanus de Nuerymbere, et alii quamplures, quorum testimonio privilegium hoc conscribi jussimus et majestatis nostre authentico sigillo communiri.

Sigillum domini Frederici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gotofridus imperialis aule cancellarius, vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. C. LXXXIIII, indictione III, regnante domino Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XXXIII°, imperii vero ejus XXX.

Datum Vicentie, XVI kalendas decembris, feliciter. Amen.

Nos igitur qui Deum habemus pre oculis et personas religiosas et loca venerabilia ipsius intuitu ac humanitate nobis suggerente fovemus, attendentes fidem et devotionem sinceram quam dictus abbas Sancti Eugendi fidelis noster ad majestatis nostre personam et sacrum imperium habet, ipsiusque supplicationibus inclinati, eumdem abbatem et fratres, monasterium et omnia bona ipsius que nunc jure tenent et possident et que in antea justo titulo poterunt obtinere, sub nostri imperii protectione recepimus speciali; privilegium vero domini augusti imperatoris Friderici avi nostri memorie recolende indultum dicto monasterio Sancti Eugendi de verbo ad verbum inseri jussimus, omnia que continentur in eo de imperialis preeminentie gratia confirmantes. Statuimus igitur et

imperiali sancimus edicto ut nullus archiepiscopus vel episcopus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, dictum monasterium, abbatem, fratres et bona eorum contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario impedire seu molestare presumat. Quod qui presumpserit mille libras auri optimi pro pena componat, medietate fisco nostro et reliqua medietate passis injuriam persolvenda. Ut autem hec nostra innovatio et confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : Papiensis episcopus, Novariensis episcopus, Taurinensis episcopus, Lunensis episcopus, Ternensis episcopus, comes Sabaudie, marchio Montisferrati, Manfredus marchio Lancie, marchio Salucensis, O. marchio Malaspina, Guido comes de Blandriaco, G. marchio Cene (a), G. marchio Travesensis (?), magister Petrus de Vinea (b) et magister Thadeus de Suessa magne curie nostre judices, et alii quamplures.

Signum (c) domini nostri Frederici II, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense martii, undecime indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno XVIII°, regni Jerusalem XIII°, regni vero Sicilie XL°, feliciter. Amen.

(*Deest notatio loci.*)

Apud Cuneum, martio.

Fridericus, Romanorum imperator, universos homines Kerii qui sibi locum ipsum, mixtum et merum imperium, jurisdictionem,

(a) Verisimiliter *Ceve*.
(b) In codice *de Bina*, male.
(c) In codice *actum*, male.

Digitized by Google

pedagia et quidquid habuerunt hactenus resignaverunt, in suam et imperii protectionem recipit, illorum privilegia, jura et bonos usus confirmans.

(Edidit CIBRARIO, *Storie di Chieri*, tom. II, docum., p. 101, e collectaneis rer. Cheriens. Gabr. Vischae, vol. II, fol. 27.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Fidelium nostrorum oppressionibus pie compati cogimur et eorum gravamina perinde relevare. Inde est igitur quod constitutis in presentia majestatis nostre hominibus Kerii fidelibus nostris et exponentibus oppressiones [et] gravamina statu imperii vacilante dudum illata sibi a convicinis suis et circumadjacentibus locis qui viribus preminebant eisdem et ipsos sue jurisdictioni submittere intendebant, de recipiendis eis sub nostra et imperii protectione culmini nostro humiliter supplicarunt, ut ad hoc clementiam nostram inclinare possent facilius, locum ipsum, mixtum et merum imperium et jurisdictionem, pedagia et quidquid commune ipsum habuit hactenus, in nostris et imperii manibus precise ac liberaliter resignantes. Nos itaque supplicationibus suis favorabiliter inclinati, homines predictos sub nostra et imperii protectione recepimus, locum eumdem nostram specialem cameram reputantes et eximentes habitatores ejusdem ab omni alterius dominio et jurisdictione cui hactenus tenebantur. Confirmavimus eis preterea omnes bonos usus et consuetudines approbatas quibus hactenus divorum augustorum predecessorum nostrorum temporibus usque ad hec felicia tempora nostra sunt usi; concedentes eisdem ut tam ipsi habitantes Cherii quam homines pertinentes eis qui olim consueverant sub ejusdem loci potestatibus conveniri, nonnisi in curia nostra vel legatorum nostrorum aut capitanei nostri specialiter qui loco eidem de mandato nostro prefuerit, tam in criminalibus quam in civilibus causis debeant ad justitiam conveniri. De abundantiori quoque gratia nostra concessimus eis ut nuncius et capitaneus noster qui de mandato nostro vel legatorum nostrorum in eodem loco fuerit ordinatus contentus sit in civilibus causis illis penis, bannis et mulctis quas infligendas pro injuriis, damnis datis, conviciis, plagiis et his similibus hactenus sta-

fuerunt; capitaneo autem vel nuncio nostro qui ibidem statutus fuerit volumus per curiam nostram in salario provideri. Statuimus itaque et presentis scripti auctoritate mandamus firmiter inhibentes quatenus nulla persona sit que predictos homines Kerii fideles nostros contra hujus protectionis, concessionis et confirmationis nostre tenorem in predictis aut aliquo predictorum inquietare seu molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationem culminis nostri et penam L librarum auri se noverit incursurum, medietate camere nostre et reliqua medietate ipsis nostris fidelibus exsolvendis. Ad hujus autem protectionis, concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum apud Cuneum, anno dominice incarnationis MCCXXXVIII, mense marcii, XI indictione.

Apud Cuneum, martio.

Fridericus, Romanorum imperator, universos homines Savigliani qui sibi locum ipsum, mixtum et merum imperium et jurisdictionem, pedagia et quidquid habuerunt hactenus resignarunt, in suam et imperii protectionem recipit, illorum privilegia, jura et bonos usus confirmans.

(Edid. Novellis, *Storia di Savigliano*, p. 384. Privilegium fere idem de verbo ad verbum sonat ac praecedens, nomine civitatis mutato.)

Datum apud Cuneum, anno dominice incarnationis MCCXXXVIII, mense marcii, XI indictione.

Apud Albam, martio.

Fridericus, Romanorum imperator, Beatrici filiae quondam Guillelmi marchionis Montisferrati et Guigoni Dalphino comiti

Digitized by Google

Viennensi et Albonis filio ejus potestatem accipiendi pedagium de quolibet trossello transeunte ubicumque voluerint in comitatu Viennensi, eidem marchioni a seipso indultam, confirmat.

(Edid. Valbonnais, *Hist. de Dauphiné*, preuves du quatrième discours, p. 88, ex arch. Camer., caisse de Dauphiné.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod pro parte Beatricis filie quondam Guillelmi marchionis Montisferrati, dilecti consanguinei et fidelis nostri, quoddam scriptum dicto marchioni patri suo et heredibus ejus olim a nobis indultum (1) nostre fuit celsitudini presentatum et supplicatum humiliter quod cum per idem scriptum concesserimus eidem marchioni et suis heredibus pro pedagio seu theloneo ubicumque voluerit in comitatu Viennensi de quolibet trossello vel soma transeunte plenam habeat potestatem accipiendi duodecim denarios Viennenses et idem marchio in dotem hoc ipsum dederit dicte Beatrici filie sue, nos ipsam potestatem ipsi Beatrici et Guigoni Dalphino filio suo comiti Viennensi et Albonis ac eorum heredibus concedere et confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos igitur istiusmodi supplicationibus inclinati, potestatem eandem accipiendi duodecim denarios ubicumque voluerint in comitatu Viennensi de quolibet trossello vel soma transeunte pro pedagio vel teloneo, prout olim concesseramus jam dicto marchioni et ejus heredibus, predicte Beatrici et Guigoni Dalphino filio ejus predicto ac eorum heredibus fidelibus nostris de gratia nostra concedimus et in perpetuum confirmamus; statuentes ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, ipsos exinde audeat temere molestare. Quod qui presumpserit mille libras auri componat, medietate fisco nostro, reliqua passis injuriam persolvenda. Ad hujus autem concessionis et confirmationis memoriam presens scriptum fieri jussimus sigillo nostro muniri.

(1) Verisimiliter eo tempore quo Guillelmus marchio Montisferrati vicarii imperialis in Arelatensi regno personam egerat. Cf. t. II, p. 81.

Digitized by Google

Datum apud Albam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense martii, undecime indictionis.

Laterani, 12 martii.

Gregorius papa, Fridericum, Romanorum imperatorem, monet et rogat ut crucesignatis qui in subsidium periclitantium Latinorum contra Graecos schismaticos et haereticos se accinxerunt auxilium et favorem impendat.

(Inedit. ex regest. Gregor. IX, anno XI, n° 447, in collect. *La Porte du Theil*, ap. Biblioth. Cesar. Paris.)

Gregorius, etc., Frederico illustri Romanorum imperatori, etc. Postquam Grecorum populus ab obedientia Romane ecclesie declinavit, non solum contra eamdem ecclesiam schisma fovit, verum etiam sic degeneravit de filio in privignum et vanis ac variis diversarum heresum nexibus se ingessit quod Greciam pene totam heretice pravitatis zizania infecerunt, propter quod in abominationibus suis contra eos Dominus ad iracundiam provocatus ut super eum (*sic*) sanguis venerit ipsius, vocavit electos suos et ingressi sunt portas ejus, per quos perditis male malis vineam suam locavit aliis agricolis excolendam, tradens Grecorum imperium in manibus Latinorum; pro cujus observatione quanto sudore laboratum sit hactenus quantoque labore sudatum imperialem excellentiam credimus non latere. Sed peccatis exigentibus adeo diminuta est et diminuitur potentia Latinorum, invalescentibus contra eos graviter inimicis quod nisi celeriter eidem imperio succurratur, Latinis ipsis irreparabile personarum et rerum imminet detrimentum, immo universis catholicis confusio et oprobrium sempiternum. Quia vero nimis esset non solum impium, sed etiam inhumanum si reliquias Latinorum que remanserunt ibidem ab inimicis Dei et Ecclesie perire, dum potes succurrere, patereris, presertim cum excellentie imperialis intersit hujusmodi superborum (*a*) humiliare qui contra

(*a*) Deest ibi vox *proterviam* vel ejusdem sensus.

Digitized by Google

Deum principaliter et Romanam ecclesiam calcaneum damnabiliter erexerunt, imperialem celsitudinem rogamus, monemus et hortamur attente adjurantes per dominum Jesum Christum quatenus Christi fidelibus [qui] divinitus inspirati ad commonitionem nostram, assumpto vivifice crucis signo, se contra predictos schismaticos et hereticos in ejusdem imperii subsidium magnanimiter accinxerunt, te favorabilem exhibens, eis tam in securo conductu si opus fuerit quam alias juxta magnitudinem tuam tanquam princeps catholicus impendas consilium, auxilium et favorem; ad quod melius et efficacius promovendum dilectum filium magistrum Gregorium subdiaconum et notarium nostrum, virum utique providum et expertum, ad tuam presentiam duximus destinandum, rogantes attentius ut ipsum oculo sereno respiciens, ejus monitis, imo nostris potius acquiescas et que tibi ex parte nostra dixerit credere ac efficaciter studeas adimplere.

Datum Laterani, IV idus martii, anno XI.

Gregorius papa, commemorans quam vanis conatibus enixus fuerit ut Graecos schismaticos ad unitatem catholicam reduceret, denuo Fridericum, Romanorum imperatorem, monet et rogat ut crucesignatis tam pro subsidio Constantinopolitani imperii quam pro fide catholica defendenda accinctis, liberum transitum per terram ejus indulgere non differat. Laterani, 17 martii.

(Edid. RAYNALD., *Annal. eccles.*, tom. XXI ad ann. § XXVI, e regest. Gregor., lib. XI, epist. 413; nunc integram damus ex collect. *La Porte du Theil*, ap. Biblioth. Cesar. Paris.)

Gregorius, etc. Frederico imperatori, etc. Considerantes olim quod Grecorum ecclesia ab obedientia matris sue Sedis Apostolice separata ex eo vitam videbatur amittere catholice fidei quod a capite suo, Ecclesia scilicet Romana in qua Dominus fidei et totius status ecclesiastici magiste-

Digitized by Google

rium posuit, non timuit segregari, quia nec ramus vivit qui a radice sejungitur nec membrum vitam retinet quod a corpore separatur, considerantes quod cum ecclesia sponsa Christi sit unica que in beato Petro apostolorum principe non dubitatur esse fundata, quisquis aliam ecclesiam extra istam constituit seu credit posse coustitui, certum est eum a vita vere fidei in mortem heresis separari; provida deliberatione timuimus ne dicti Greci quos ab ecclesia Dei transportavit in synagogam Sathane alluvio schismatis, impetu torrentis obruti in abyssum precipitarentur heretice pravitatis. Propter quod exemplo summi pastoris ovem perditam ad ovile dominicum propriis cupientes humeris reportare, ad Vatacium, [Germanum] dictum patriarcham Nicenum, prelatos et clerum sibi subditos, fratres predicatores et minores in lege divina plene peritos transmisimus, paternis apud ipsos monitis et precibus insistentes ut a somno mortis exurgerent et fugientes a ventura ira, illucescente illis superne claritatis lumine, se unioni catholice reformarent. At ipsi, sicut ex ipsorum fratrum veridica relatione percepimus, diversos contra fidem orthodoxam proponentes errores et obturantes more aspidis aures suas, nullis potuerunt induci monitis ut in viam redirent ecclesiastice unitatis (1). Super quo vehementi dolore turbati, ne frustra sit nobis evellendi et plantandi celitus collata potestas, contra dictum Vatacium schismaticum et ejus fautores qui excommunicati a nobis semel in annis singulis nuntiantur; quia ipsorum vulnera sanare hujusmodi non potuit medicina, non tam pro subsidio Constantinopolitani imperii quam pro corroboranda et defendenda fide catholica in partibus orientis multos principes, barones et milites signo crucis fecimus insigniri, cultoris evangelici sequentes exemplum qui primo circa ficum sterilem fodiens et mittens stercora, illam tempore sequenti succidit nisi poma produxerit expectata. Quare serenitatem tuam apostolicis nuntio et scripto rogavimus ut crucesignatis predictis per terram tuam transitum liberum indulgeres. Verum cum sicut intelleximus precibus nostris obicem difficultatis opponas, impe-

(1) Cf. Raynaldi, *Annal. eccles.* ad ann. 1233, § I-IV, et Matt. Paris., *Hist. maj. Anglorum*, ad ann. 1237.

Digitized by Google

rialem celsitudinem sicut iterum sic attentius rogandam duximus et monendam quatenus prudenter attendens quod hujusmodi denegando transitum apud Deum anime ac apud homines fame tue, eo quod dictos schismaticos in suo videreris errore fovere, incurreres detrimentum, crucesignatis Constantinopolitane civitati succurrentibus per terram prefatam et imperium transitum concedas liberum et securum. Alioquin scire te convenit quod Ecclesia non posset conniventibus oculis pertransire quod in subversionem fidei catholice contingeret attentari. Ad hoc autem melius et efficacius promovendum dilectum filium magistrum Gregorium subdiaconum et notarium nostrum, virum utique providum et expertum, ad tuam presentiam duximus destinandum; rogantes attentius ut ipsum oculo sereno respiciens ejus monitis, immo nostris potius acquiescas et que tibi ex parte nostra dixerit credere ac efficaciter studeas adimplere, imperialis voluntatis beneplacitum nobis exinde nihilominus rescripturus.

Datum Laterani, XVI kalendas aprilis, anno XI.

Fridericus, Romanorum imperator, significat regi Hungariae quod, cum solemnem curiam in kalendis maii Veronae regere disponat ad exterminationem rebellium suorum, ille sibi ibidem mittere debeat copiam balistariorum equitum quos specialiter educat. [Martio.]

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect*, t. II, col. 1150-1151, n° XVII cum hoc titulo *regi Castelle*. — Pertz, *Monum. Germ. histor.*, t. IV, p. 324. Nunc vero collat. cum codicib. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germain Harlay* 455, pars II, n° 38, et *anc. fonds latin*, 4042.)

Fredericus, etc., illustri regi Ungarie, etc. Regum precellens gloria et secularium preminentia dignitatum mutuis proficiunt et magnificantur auxiliis, et ubi viget inter eos identitas gratie ac servatur equalitas volun-

Digitized by Google

tatum, potenter dominantur in populis et timentur potius a subjectis. Hic revera zelus, hec causa nos commonet, hec gerende reipublice commoditas trahit ut ad pacandum statum nostrorum fidelium et ad superbiam infidelium in virga ferrea comprimendam, collatis vobiscum victorie nostre successibus quos prostratis Mediolanensibus et complicibus eorum manifestis imperii hostibus triumphaliter obtinemus, vos irrequisitos ad nostrorum sequentium communionem successuum transire vel omittere non velimus, publicam exempli materiam impensuri per quam justus metus ad subditos transeat; quia ex quo imperiale brachium potentia regum munitur et ad commune subsidium per collationes varias principes obligantur et conveniunt voluntate, omnis a subditis abscedat rebellionis audacia et conspirationes deficiant populorum, que adeo in Italie partibus creverant quod nisi potentia nostra, sicut jam coepit domino exercituum faciente, radicitus resecet et evellat, nedum ad proximas, sed ad distantes et remotissimas regiones exempla mali multipliciter emittebant. Post obtentam igitur de Mediolanensium strage victoriam, non deficit nostra instantia contra eos, sed firmantes in Italia moram nostram, indiximus apud Veronam primo venturis kalendis mensis maii solempnem curiam celebrandam, ad quam dilectum filium nostrum Conradum in Romanorum regem electum et regni Ierosolymitani heredem cum ingenti expeditione ducenda de Germanie partibus ac universos et singulos principes nostros, quemlibet cum armata militum comitiva, duximus convocandos, tempus quo solent reges ad bella procedere prefigentes, ut ex dispositione curie generali disposito statu fidelium, ad supremam depressionem rebellium si quos obstinata perfidia in errore suo tunc usque protraxerit, prout negotiorum necessitas exigit, procedamus. Ut ergo rebelles ubique subditos longe lateque timor evidens persequatur, quod augustali exercitui vires regales adveniant et in similibus imperiale subsidium debeatur, ex communi zelo amicitie quam vicissim debemus exsolvere confidentes, exposcimus, rogamus et hortamur regiam serenitatem attente quatenus balistariorum equitum copiam quos ipsa specialiter educat preelectos, sicut honori regio congruit, ad nos in Italiam pro confusione rebellium nostrorum taxato tempore dirigatis, constituentes nos ad consi-

Digitized by Google

milia debitores qui tenemur pre ceteris ex auguste sedis debito universis adesse ad enervandam superbiam iniquorum, et vobis tanquam affini et amico nostro specialiter ad omnem gratiam et honorem.

Fridericus, Romanorum imperator, Sigefrido Maguntino archiepiscopo suadet, postquam bellum quod Ottoni duci Bavariae comiti palatino Rheni pro abbatia de Laurissa intulit ipsi archiepiscopo male successerit (1), ut treugam usque ad proximum Beati Johannis festum initam ulterius proroget, donec quid super hoc decreverit notum ei fecerit. Suum erga archiepiscopum pertinacem affectum relatibus adversariorum ejus minime fuisse concussum testatur, monens se nobilibus de Hohenloch, de Winterstetten et de Schmidefelt commisisse ut juxta sua mandata negotium tractare procurent. Denique archiepiscopum rogat quod militiae Theutonicae expediendae faveat, quum ipse in aestate proxima contra Lombardos potenter procedere proponat. [Circa martium.]

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest. imper.*, uneinreihbare Stücke, p. LXXXIV, ex copia quadam recentiori et incorrecta quam ipsi bonae memoriae Dahlius quondam communicavit. Notae chronologicae desiderantur.)

Fridericus, Romanorum imperator, Beatrici viduae Andreae Viennensis et Albonae comitis et Guigoni comiti eorumdem filio Apud Taurinum, aprili.

---

(1) « Archiepiscopus Maguntinus pro abbatia de Laurissa contra ducem Bawariae Ottonem qui per uxorem suam erat magnus comes de Rheno, guerram habebat, et expugnavit oppidum Walehuse. » *Alberic. Trium Fontium chronic.*, ad ann. 1238.

privilegium a Friderico avo suo Guigoni ejusdem Guigonis avo anno 1155, 13 januarii, concessum renovat et confirmat; hoc addens ut de omnibus quae ad jurisdictionem imperii pertinent non nisi coram se vel legatis imperii in regno Burgundiae idem comes ad justitiam coerceri debeat.

(Edit. ap. VALBONNAIS, *Hist. de Dauphiné*, t. I, p. 93.)

In nomiue sancte et individue Triuitatis. Fridericus secundns Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Justis fidelinm nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod juste petitur per iujuriam videremur. Ea propter uotum fieri volumus universis imperii fidelibus tam preseutibns quam futnris, quod Beatrix uxor quondam Audree comitis Vieuuensis et Albonensis, fidelis nostra, pro parte Guigouis comitis Vienueusis et Albouensis filii sui et filii predicti quondam Andree comitis, privilegium quoddam divi augusti imperatoris Friderici avi nostri memorie recoleude, dudum Guigoui avo ejnsdem Guigouis liberaliter indultum tempore regni sui, uostro culmini humiliter preseutavit, humiliter supplicaus et devote ut privileginm ipsum innovare et coufirmare, et quedam alia privilegia privilegio nostro inserere et adjicere de uostra gratia dignaremur; predicti vero privilegii teuor per omnia talis erat :

In nomiue sancte et iudividue Triuitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum rex. Regalis provideutie decet iutuitum de se benemeritos coudignis sublimare houoribus et munificis ampliare et dilatare provectibus. Notum igitur facimus omnibus Christi regnique uostri fidelibus, quod uostro fideli Guigoui Dalphiuo comiti Gratianopolitauo omuia beneficia, que hereditario usque ad nostra tempora juste possedit, iu posterum libere et quiete possidere concedimus. Insuper autem argenti fodinam que est in potentia nostra Rame, cum omni utilitate que nuuc vel in posterum iude proveuire potest, quia ad regalia spectare cognoscitur, predicto comiti iu beneficium consilio priucipum addidimus, et de cetero quiete et libere possideudum tam sibi quam suis snccessoribus coucessi-

Digitized by Google

mus. Preterea potestatem condendi et fabricandi novam monetam in villa que dicitur Sesana, que sita est ad radicem montis Jani, quia ibidem monete fabrica non erat, a nostra majestate impetravit. Ut autem hujus nostre concessionis donum omni evo inconvulsum permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione corroborari jussimus. Si quis autem hanc nostram donationem infringere vel immutare adtemptaverit aliquo successionis tempore, banno regio subjaceat, et centum libras auri componat, dimidiam partem camere nostre, dimidiam vero predicto comiti. Affuerunt huic nostre donationi multi principes et nobiles, tam Teutonici quam Italici testes, quorum hec sunt nomina : Peregrinus patriarcha de Aquileia, Hillinus archiepiscopus Treverensis, Everardus episcopus Bambergensis, Herimannus episcopus Constantiensis, Orlievus episcopus Basiliensis, Wibaldus abbas Corbajensis, Albertus primicerius Virdunensis, Albertus prepositus Aquensis, Henricus dux Saxonie, Bertoldus dux de Thuringia, Henricus dux Carinthie, Bolisavius dux Polonie, Otto comes palatinus, Herimannus marchio de Baden, Octaker marchio de Stiria, Willelmus marchio de Monteferrato, Ulricus comes de Lenzebierch, Warnerus comes de Havesburch, Petrus Ulciensis prepositus, Stephanus capellanus, Vigo de Domina Alamannus, Vigo Alamannus, Willelmus Rusticellus.

Signum domini Friderici Romanorum regis invictissimi.

Ego Arnoldus Coloniensis archiepiscopus Italici regni cancellarius recognovi.

Actum anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo quinto, indictione quarta, anno vero regni ejus tertio. Datum apud castrum Reverul, idus januarii.

Nos autem attendentes fidem puram et devotionem sinceram quam predicti Guigonis antecessores ad divos augustos predecessores nostros et sacrum imperium habuerunt, necnon et grata servitia que contulerunt eis fideliter et devote, et que idem Guigo nobis et imperio conferre poterit gratiora, ipsiusque supplicationibus inclinati, supra scriptum privilegium divi augusti imperatoris Friderici avi nostri inclite recordationis liberaliter indultum predicto quondam Guigoni comiti, de verbo ad

verbum hnic privilegio nostro inseri jussimus, omnia qne continentur in eo de imperialis preeminentie gratia confirmantes. De abundantiori quoque serenitatis nostre gratia concedimns et confirmamns eidem Gnigoni omnia alia qne a nobis et ab imperio nostro tenet, sicut ea juste tenet et possidet et antecessores sui juste hactenus tenuerunt. Concedimus etiam sibi ut de omnibus que ad jnrisdictionem et cognitionem nostram et imperii pertinent, non nisi coram nobis et successoribns nostris ant legatis in regno Burgnndie per imperium pro tempore statuendis, ipse per se vel per suos debeat ad jnstitiam coherceri. Statnimus igitur et imperiali sanximus edicto, quatenus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictum Guigonem aut successores suos contra presentis privilegii nostri tenorem ansn temerario inquietare vel molestare presumat; quod qni presumpserit indignationem cnlminis nostri se noverit incnrsurum et centum libras auri optimi pro pena compositnrum, medietate scilicet camere nostre et reliqua medictate passis injuriam applicanda. Ut autem hec nostra innovatio, adjectio et confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis, privileginm presens sibi fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hnjus rei testes sunt: Johannes Viennensis archiepiscopus, R. Vapicensis episcopus, P. Gratianopolitanus episcopus, R. (*a*) Vercellensis episcopus, Hugntio Taurinensis episcopus, Pandulfns Pactensis episcopus, Bonifacius marchio Montisferrati, Mainfredus marchio Lanzia, magister Petrus de Vinea magne curie nostre jndex, et alii qnamplnres.

Signum domini nostri Friderici secnndi, Dei gratia invictissimi Romanornm imperatoris semper augusti, Hiernsalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense aprilis, undecime indictionis, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Hiernsalem tertio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo, feliciter. Amen.

Datum apud Taurinum, anno, mense et indictione prescriptis.

(*a*) Sic. In sequenti tamen privilegio, p. 192, initialis ejusdem nominis littera exhibetur*J*.

Fridericus, Romanorum imperator, confirmat Petro episcopo Gratianopolitano privilegium ab avo suo Friderico primo Joanni quondam episcopo ejusdem ecclesiae anno 1178, vicesimo die augusti indultum, quo Gratianopolitanae ecclesiae conceduntur regalia omnia a Bellacomba inferius in utraque ripa fluminis Isarae necnon et omnia quae eadem ecclesia alibi juste possidebat.

Apud Taurinum, aprili.

(Inedit. in *Collect. Fontanieu*, ap. Bibl. Cesar. Parisiensem, *Preuves de l'Hist. de Dauphiné*, t. II, prima pars, fol. 345-353, extr. ex chartul. de Chissezio in archivo episcop. Gratianopol. Privilegium Friderici primi, plurimis scatens mendis notisque chronologicis omnino praetermissis, edidit Pérard, *Recueil de pièces*, p. 446.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus secundus, divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. [Imperialis] excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, tunc officii sui debitum reddit cum fenore Deo vivo, cum ejus intuitu per quem preest principibus orbis terre Dei ecclesias et ecclesiasticas personas pro favore tuetur et justas earum favorabiliter petitiones exaudit. Eapropter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod Petrus Gratianopolitanus episcopus, dilectus princeps noster, privilegium quoddam divi augusti imperatoris Frederici avi nostri felicis memorie Joanni quondam Gratianopolitano episcopo predecessori suo clementer indultum nostro culmini presentavit, humiliter supplicans et devote ut eumdem episcopum, Gratianopolitanam ecclesiam cum omnibus bonis suis sub nostra et imperii protectione recipere et predictum privilegium confirmare sibi de nostra gratia dignaremur; cujus tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si justas ecclesiasticorum prelatorum petitiones ad commoditates ecclesiarum eis creditarum ten-

deutes clementer admittamus, credimus nobis ad eterni regni meritum et temporalis glorie titulum proficere ac eos quorum preces dictis effectibus houoramus, de cetero nobis fore fideliores et ad orationes pro nostro et imperii statu regum regi porrigeudas existere promptiores. Notum igitur facimus uuiversis imperii nostri fidelibus tam futuris quam presentibus quod nos atteudentes fidem et merita quibus dilectus et honorabilis imperii nostri priuceps Joannes Gratiauopolitane ecclesie venerabilis episcopus in cospectu nostre sereuitatis prudeucia et honestate commeudabilis apparuit, postulationi sue beuigno per omuia cultu acquiescere dignum duximus, ipsumque et suam ecclesiam cum omnibus ejus pertineutiis in nostre tuitionis speciale patrocinium suscepimus. Auctoritatis quoque imperatorie muuere et beuevoleutia concedimus et confirmamus eidem et suis post eum successoribus ecclesieque Gratianopolitaue quidquid de antiquo vel de novo jure ipse vel sui antecessores nomine illius ecclesie legitime possederunt vel possidere jure debuerunt, videlicet regalia omnia a castello quod dicitur Bellacomba iuferius in utraque ripa Isare fluminis per totum episcopatum, in civitate et extra civitatem, in agris, vineis, pascuis, pratis, silvis, nemoribus, terris cu tis et iucultis, aquis aquarumque decursibus, paludibus, portubus, viis et inviis, venatiouibus, piscatiouibus, castellis, villis, homiuibus, plateis, pedagiis, monetis, foro, argenti fodinis, furnis, molendinis, in faciendis judiciis et bannis tollendis et ceteris justiciis et generaliter universis pertinentiis quas eadem ecclesia per suos episcopos ab imperii clementia hacteuus juste possedit et tenuit vel juris ratione possidere ac teuere debuit et ea simul que iu futurum, Deo favente, ratiouabiliter acquirere poterit. Hec iuquam et cetera quoque que eadem ecclesia iu quibuslibet episcopatibus seu comitatibus et territoriis habet et nominatim castrum Saucti Douati cum omuibus appendiciis ejus eidem ecclesie et prefato fideli nostro Joauui episcopo et suis iu perpetuum successoribus concedimus et confirmamus, salva tamen in omuibus imperiali justicia. Precipimus ergo imperialis edicti vigore ne forte ulla uuquam persoua magua vel parva predictam ecclesiam et ejus episcopos in omuibus supradictis aliquatenus divestire vel aliqua violeutia seu molestia inquietare presumat.

Digitized by Google

Si qnis autem ausu temerario contra hec nostre sublimitatis precepta venire presnmpserit, a gratia nostra exclusus ac imperialis banni vinculo sit innodatus et pena quinqnaginta librarum auri purissimi condemnatus, quarum media pars fisco imperiali, residna episcopo Gratianopolitano exhibeatnr. Ut hec vero rata deinceps et inconvulsa eidem ecclesie et ejus episcopo quicumque ibi pro tempore fuerit observentur, presentis privilegii paginam fecimus inde conscribi et aurea nostre majestatis bulla roborari testibus annotatis qui snnt Gniraldus primas Lugdunensis, Odo Valentinus episcopus, Hugo Verdensis episcopus, Hugo dux Divionis, Guillelmus comes Valentinus, Humbertus de Bellojoco, Guigo de Rossilione, Boso decanus Viennensis, Gnillelmus archidiaconus Lugdunensis, Girardus Adimari de Montilio, et alii qnamplures.

Signum domini Frederici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Ruobertus, Dei gratia Viennensis archiepiscopus et regni totius Burgundie archicancellarius, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo octavo, indictione undecima, regnante domino Frederico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus vicesimo septimo, imperii autem vicesimo quinto, feliciter. Amen.

Datum apud Lugdunum, terciodecimo calendas septembris.

Nos igitur qui Deum habemus pre oculis et personas ecclesiasticas ac ecclesiastica loca ipsius intuitu ac humanitate nobis suggerente fovemus, attendentes fidem puram et devotionem sinceram quam predictus Gratianopolitanus episcopus ad majestatem nostram et sacrum imperium habet, ipsius quoque supplicationibus inclinati, eumdem episcopum necnon et Gratianopolitanam ecclesiam cum omnibns bonis suis sub protectione et defensione culminis nostri recepimus speciali, suprascriptum privilegium divi augusti imperatoris Frederici avi nostri indultum antefato Joanni predecessori suo de imperialis preeminentie gratia confirmantes. Statuimus ergo et imperiali sancimus edicto ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, sepefatum episcopum Gratianopolitanum vel successores suos contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario offendere seu perturbare vel molestare presnmat;

Digitized by Google

quod qui presumpserit indignationem culminis nostri se noverit incursurum et centum libras auri purissimi pro pena compositurum, quarum medietas fisco nostro et reliqua medietas passis injuriam applicetur. Ad hujus itaque protectionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bulla aurea tipario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : Joannes Viennensis archiepiscopus, Aymarus Ebredunensis archiepiscopus, R. Vapincensis episcopus, R. Papiensis episcopus, J. Vercellensis episcopus, Hugotio Taurinensis episcopus, Pandulphus Pactensis episcopus, B. marchio Montisferrati, Manfridus marchio Saluciarum, Manfredus marchio Lanza, et alii quamplures.

Signum domini nostri Frederici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense aprilis, undecime indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Jerusalem tercio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo, feliciter. Amen.

Datum apud Taurinum, anno, mense et indictione prescriptis.

Apud Taurinum, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, confirmat Roberto episcopo Vapincensi (Gap) privilegium ab avo suo Friderico primo W. episcopo ejusdem ecclesiae in anno 1184, nono et vicesimo die septembris, indultum, novaque regalia castrorum et villarum ibi nominatorum concedit.

(Inedit. ex *Collect. Peyresc.* ap. Biblioth. Carpentor. regest. 75, vol. II, fol. 335 et seqq. — Minus vero correcte et integre ibidem, in regest. cui titulus est *Aurenge*, fol. 44 verso.)

Digitized by Google

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, tunc officium sui debiti reddit cum fenore Deo vivo, cum ejus intuitu per quem preest principibus orbis terre Dei ecclesias et ecclesiasticas personas pio favore tuetur et inclytas earum petitiones favorabiliter exaudit. Eapropter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod Robertus venerabilis Vapincensis episcopus, dilectus fidelis noster, privilegium quondam divi augusti imperatoris avi nostri memorie recolende W° Vapincensi episcopo predecessori suo clementer indultum nostro culmini presentavit, humiliter supplicans ut ipsum innovare, quedam etiam bona sua et ecclesie sue privilegio nostro inserta per omnia confirmare de nostra gratia dignaremur. Predicti vero privilegii per omnia tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Imperatorie majestatis benignitas, sicut ecclesias Dei libera munificentia consolari et honorare consuevit, ita quedam illis que sive a divis imperatoribus sive ab aliis Christi fidelibus juste collata sunt aut alio legitimi contractus titulo ad eas pervenerint, sue auctoritatis robore non renuit confirmare. Ab omnipotente si quidem regum Rege meriti sui fructum expectat, et suis qui pie dat et suis qui data juste confirmat. Attendentes igitur serenitati nostre convenire ut ecclesia Vapincensis imperialibus dotata beneficiis cum omnibus bonis suis secure permaneat, ut nostre confirmationis munimentum adepta, dilecto quidem nostro W° Vapincensi episcopo et successoribus ejus regalia que ab imperio ipsa tenet ecclesia, presidatum scilicet totius civitatis Vapincensis cum territorio suo et castrum Raymbaudum et Rabaonem cum suis attinentiis, omnia etiam predicta que nunc juste possidet vel in posterum legitime poterit adipisci, auctoritate imperiali nulla mediante persona possidenda confirmamus, sancientes ne quis omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, predictam ecclesiam in bonis suis que vel nunc possidet vel deinceps juste possidebit, temere molestare vel inquietare presumat. Quod si quis ausu

Digitized by Google

presumptionis attemptaverit infringere, nostre majestatis offensam incurret et C. libras auri puri componet, dimidiam partem fisco imperiali, dimidiam injuriam sustinenti et ecclesie; et ne quis super hujus nostre concessionis beneficio dubitare debeat, presentem inde paginam jussimus fieri et impressione bulle nostre eam jussimus roborari.

Hujus autem rei testes fuerunt : Conradus Maguntinus archièpiscopus, Robertus Viannensis archiepiscopus, Ebirardus Wurcburgensis episcopus, Nicolaus Vivariensis episcopus, Lanfrancus Papiensis episcopus, Horacleonus Veronensis episcopus, Gonrandus Lubicensis electus, Sifridus Gesnedensis abbas, Rodulphus imperialis aule protonotarius, Gregorius Provienn. abbas, Ludovicus langravius Duringie, Bertaudus de Audeborso (?), Geraldus comes de Lovania, Sinitadus Bertaynus (?) de Lucemburg, castellanus Ratisponensis, Henricus comes de . . ., Gartandus de . . ., Cinitardus de Cinziburc, Radulfus camerarius, Henricus marscalcus de Lucca (?) (*a*), Henricus dapifer de Vourwurs, et alii quamplures.

Signum domini Frederici imperatoris invictissimi.

Ego Gotofridus imperialis aule cancellarius, vice domini Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo quarto, regnante domino Frederico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus tricesimo tercio, imperii vero tricesimo primo.

Datum Papie, tercio kalendas octobris, indictione tercia, feliciter. Amen.

Nos igitur qui Deum habemus pre oculis et personas ecclesiasticas ac ecclesiastica loca ipsius intuitu ac humanitate nobis suggerente fovemus, attendentes fidem catholicam et devotionem sinceram quam dictus episcopus Vapincensis ad majestatem nostram et sacrum imperium habet, ipsius quoque supplicationibus inclinati, prefato episcopo suprascriptum privilegium divi augusti imperatoris Frederici avi nostri felicis memorie indultum W. antecessori suo de verbo ad verbum inscribi

(*a*) Verisimiliter *de Lutra*.

jussimus, omnia que continentur in eo de imperialis preminentie gratia confirmantes. De abundantiori quoque gratia serenitatis nostre concedimus et confirmamus sepedicto Roberto Vapincensi episcopo et successoribus suis regalia subscriptorum castrorum et villarum cum suis attinentiis : videlicet Bastidam veterem et novam, castrum de Tornafort, castrum Montis Roverii, castrum de Mantacrio (?), castrum de Talardo Veteri, castrum de Monte Mauro, Polliniacum, Noerinm, Faram (a), castrum de Chauduno quod in antiquo privilegio suo Pauperellum vocabatur, villam de Asperis, villam Sancti Laurentii de Croso et castrum de Lazaro, sicut ea omnia juste et rationabiliter noscitur possidere, et quicquid habet et possidet vel quasi possidet et in antea justo titulo poterit adipisci tam ipse quam successores ejusdem in diocesi Vapincensi a Durentia citra versus Vapincum usque ad villam Buxi et usque ad Pontem Altum. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto quod nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictum episcopum Vapincensem aut successores suos contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario impedire vel molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationem culminis nostri se noverit incursurum et C. libras auri optimi pro pena componat, quarum una medietas fisco nostro et reliqua medietas passis injuriam applicetur. Ut autem hec nostra munitio [et] adjectio robur obtineat perpetue firmitatis, presens privilegium fieri et bulla aurea tipario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei [testes] sunt : Johannes Viennensis archiepiscopus, Aymo Ebredunensis archiepiscopus, Petrus Gratianopolitanus episcopus, Raymundus Papiensis episcopus, Jacobus Vercellensis episcopus, Hugucio Taurinensis episcopus, Pandulfus Pactensis episcopus, Bonifacius marchio Montisferrati, Manfridus marchio Salnciarum, Manfridus marchio Lanza, et alii quamplures.

Signum domini nostri Frederici secundi, Dei gratia invictissimi imperatoris Romanorum semper augusti, Hierusalem et Sicilie regis.

(a) Haec quatuor ultima nomina non inveniuntur in integra copia.

Digitized by Google

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense aprilis, undecima indictione, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno decimo octavo, regni Hierusalem XIII°, regni vero Sicilie XL°, feliciter. Amen.

Datum apud Taurinum, anno, mense et indictione prescriptis.

Taurini, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, Aymaro Ebredunensi archiepiscopo ad praesentiam suam accedenti omnia privilegia ecclesiae ejusdem renovat et confirmat.

(Memorat. ap. Marcellin Fornier, *Annal. Ebredun. eccles.* MSS. in Biblioth. Carpentor. — Nomina testium et indictionem mendose in hoc codice expressam correximus.)

Hujus rei testes sunt : Joannes Viennensis archiepiscopus, Petrus Gratianopolitanus episcopus, Hugutio Taurinensis episcopus, Pandulphus Pactensis [episcopus], Bonifacius Montisferrati marchio, Manfredus marchio Lanza [et alii quamplures].

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense aprilis, indictione XI, imperante domino nostro Frederico secundo, etc., imperii ejus anno XVIII, regni Jerusalem XIII, regni vero Sicilie XL.

Datum Taurini, etc.

Apud Taurinum, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, homines Karii fideles suos a vinculis sacramentorum quae inviti civitatibus, castris, marchionibus vel societati cuilibet praestiterant, penitus absolutos denuntiat.

Digitized by Google

(Edid. J. Durandi, *Saggio della lega Lomb.*, p. 144, ap. *Memor. dell' Accademia di Torino*, t. XL. — Memoratum ap. Cibrario, *Storia di Chieri*, t. II, p. 105, ex originali in archivo Cariense asservato cujus sigillum avulsum est.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Justis fidelium nostrorum supplicationibus condescendere cogimur, illorum precipue qui dum olim vacillante statu imperii per vicinorum oppressi potentiam in sola majestatis nostre misericordia spem refugii posuerunt. Inde est igitur quod homines Karii fideles nostri in nostre majestatis presentia constituti humiliter supplicarunt quod cum olim pre potentia vicinorum involuntarie civitatibus, burgis, castris, marchionibus, castellanis et aliis se per sacramentum societatis sub certis pactis et conditionibus obligassent, per quod tenebantur eisdem in eorum grave periculum et evidens imperii detrimentum, nos homines predictos fideles nostros de sacramentis et pactionibus supradictis et pactis appositis super eis absolvere et liberare de nostra gratia dignaremur. Nos igitur eorum supplicationibus benignius inclinati, pro eo maxime quod locum Karii nostram et imperii cameram elegimus specialem, nec volumus quod alicui civitati, burgo, seu castro seu alicui persone seculari vel ecclesiastice, sed soli Romano imperio teneatur, cum etiam sine assensu nostro et imperii contracta fuerit societas supradicta, prefatos fideles nostros a predictis sacramentis, pactionibus sive promissionibus supradicte societati factis et prestitis de plenitudine gratie nostre ex certa conscientia duximus absolvendos; liberantes eosdem ab omni pena in quam occasione pactionum predictarum, sacramenti et societatis inite hactenus inciderunt. Instrumenta etiam seu scripta, si qua de societate predicta confecta sint, volumus de cetero non valere. Ad hujus autem rei memoriam et robur perpetuo valiturum, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum apud Taurinum, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense aprili, undecime indictionis.

Digitized by Google

[Circa aprilem.] Fridericus, Romanorum imperator, comiti Provinciae mandans ut ad praesentiam suam veniat, prorogat terminum veniendi, sed praefigere ducendae militiae numerum renuit, cum comes Sabaudiae et marchio Montisferrati sibi jam totas vires obtulerint.

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1168-1169, n° XLIII. —Pertz, *Monum. Germ. histor.*, t. IV, p. 324; nunc coll. cum codicib. Bibl. Cesar. Paris., *Fonds S. Germ. Harlay*, 455, p. III, n° 79, et *anc. fonds latin*, 4042, fol. 127 recto-verso.)

Fredericus, etc., comiti Provincie, etc. Litteris et nuncio tuo ad nostram presentiam destinatis yylariter et benigne receptis, tam ex continentia litterarum quam ex nuntii relatione colligimus devotionem tuam quam ad nostra et imperii servitia prompta geris et fervidam voluntatem. In eo verumtamen cogimur excusatum habere solitum zelum tuum quia sero nuntium nostrum cum litteris submonitionis nostre venisse fateris, pro eo quod terminus in kalendis maii pretaxatus e vicino videatur instare; licet admirari cogamur de nuntii tarditate quem ad preveniendum apparatum tuum premisimus et deputavimus specialem. Ad quod insuper confidimus te probabiliter expediri, quia etsi nuntius ad te non cito pervenerit, affectus tuus per effectum debitum in aliorum exemplum clarius ostendetur. Allegavit etiam idem nuntius tuus temporis discrimina precedentis, gravaminum instantiam et causarum que tibi oneri fuisse noscuntur, ut certum a nobis prefigi peteret terminum (*a*) militum ducendorum. Quod expedire non vidimus nec ad hoc proposita petitio nuntii nos potuit inclinare, ut viro tante strenuitatis et fidei quem specialis affectio servitii nostri et imperii votis ardentibus precordialiter incitat et invitat, qui tum ex affinitatis vinculo, tum ex nature ac potentie sue meritis debet esse ceteris in exemplum pariter et sequelam, metam comitive suum decentis

(*a*) Sic; sensus vero *numerum* exposcere videtur.

Digitized by Google

honorem prefigere deberemus. Suggerente nobis fide tua fiduciam certiorem quod ad servandam laudem et gloriam ex parte consummationis negotii Lombardie que pre manibus estate proxima finaliter nobis offertur, laudabiliter ad pugne coronam venies ut vocaris, oblivisceris gravamen rerum et temporis et ad successure perfectionis gaudia, conatibus virium renovatis, exurges ut nullus possit modestior a nobis numerus pretaxari quin in eo derogari nobis et tibi crederemus potius quam deferri; maxime quum (a)... comes Sabandie sororius tuus, dilectus fidelis noster, ad presentiam nostram circa partes Pedemontis accedens proprio zelo ductus cum honorabili comitiva ad exercitum nostrum obtulit se venturum, marchione Montisferrati presente et nostris similiter exposito servitiis cum omnium suarum virium facultate. Nec te patimur ignorare quod a diversis regnis et mundi provinciis strenua prestolamur auxilia et infinitam habere confidimus copiam armatorum, volentes notam cunctis tue domus laudem et gloriam presentialiter ostentari, ut nobis gratiosus advenias, admirabilis exteris et tibi ac tuis titulis gloriosus. Nos autem ad tuum oportuniorem adventum in kalendis maii terminum ad ejusdem mensis finem tibi volumus prorogari, ita videlicet quod in kalendis sequentibus junii te coram nobis debeas hilariter presentare. Cetera vero tuus nuntius ore supplebit, qui de felici statu et processibus nostris te certum et jocundum efficiet sicut vidit.

Fridericus, Romanorum imperator, comiti Guidoni de Blandrate privilegium Friderici I imperatoris, datum apud Frankfurt 20 februarii 1156, avo ejusdem Guidonis indultum, renovat et inserendo confirmat, et ipse eumdem comitem sub sua speciali protectione recipit. Apud Papiam, maio.

(a) Lacuna in codice. Littera vero initialis *P.*, mendosa ap. Martene, ap. Pertz *Petrus* traducitur, dum comes Sabaudiae tunc temporis fuerit *Amedeus*.

Digitized by Google

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest. imper.*, p. 179, n° 938, ex notitia Bethmannii qui anno 1845 a marchione Cesare Romagnano de Virle apud Taurinum originalis copiam habuit. Privilegium a multis auctoribus laudatum nusquam typis prodiit.)

Hujus rei testes sunt : R. Papiensis, J. Vercellensis,... Reginus et Pandulphus Pactensis episcopi, Bonifacius marchio Montisferrati, Manfredus marchio Saluciarum, Manfredus marchio Lanzia, Thomas et Berengarius marchiones de Romagnano, Henricus, Guido et Bertelottus comites de Valperga, magister Petrus de Vinea magne imperialis curie judex, et alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense madii, undecimo indictionis, imperii anno octavo decimo, regni Jerusalem tertio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo, feliciter. Amen.

Datum apud Papiam, anno, mense et indictione prescriptis.

Apud Papiam, maio.

Fridericus, Romanorum imperator, comiti Guidoni de Blandrate privilegium Ottonis quarti, datum in castris in territorio Bononiensi super ripam Rheni 1° septembris 1209, de infeodatione Iporediensis districtus filiis comitis Rainerii de Blandrate facta, inserendo confirmat, eumdemque Guidonem sub sua speciali protectione recipit.

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest. imper.*, p. 179, n° 939, ex notitia Bethmannii qui anno 1845 a comite Guidone Blandrate de Sancto Georgio apud Taurinum originalis copiam habuit. Privilegium a multis auctoribus, tum praecipue a Benvenuto de Sancto Georgio ap. Muratori, *Scriptor.*, t. XXIII, p. 382, laudatum, nusquam tamen typis prodiit.)

Hujus rei testes sunt, etc., *ut in praecedente.*
Acta sunt hec, etc., *ut in praecedente.*
Datum apud Papiam, etc.

Die tertio mensis aprilis (*leg.* maii) imperator reversus fuit Papiam, deinde Laudam, deinde Cremonam, fecitque ibi magnam concionem in qua praecepit Cremonensibus ut se praepararent ad exercitum faciendum et haberent victualia per quatuor menses. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 172.

Fridericus, Romanorum imperator, tres constitutiones contra haereticos jam antea diversis temporibus a se latas renovat et in unum corpus promulgat. Cremonae 14 maii.

(Inedit. ex transumpto coaetaneo in archiv. Carpentor. vulgo *de l'hôtel de ville*, episcop. chartul. miscell., n° 29. — Adsunt signationes Aurasicensis, Cavallicensis, Avinionensis, Carpentoractensis episcoporum : sigilla vero quae appendebant perierunt. Extant quoque cum notis chronologicis eisdem in cod. Vaticano 3978. Edictum secundum scilicet *Inconsutilem tunicam*, etc. ex Friderici constitutionibus, lib. I, tit. I (Vid. supra, t. IV, p. 5), repetitum, in regno Siciliae anno 1231, mense septembris vim legis adeptum erat, et hic denuo non duximus exhibendum. Primum et tertium 22 februarii et mense martio anni 1232, paucis et pauci momenti mutatis, edita supra (t. IV, p. 298 et 300) inveniuntur. Tertium insuper fere integrum in anno 1220, 22 novembris jam antea comparuit, nisi quod exordium *Patarenorum complices*, etc., et conclusio edicti *apostatantes*, in constitutionibus eisdem sub titulis II et III libri primi exhibentur. Cf. Pertz, *Monum. Germ. histor.*, t. IV, p. 326 et seqq.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, dilectis principibus suis venerabilibus archiepiscopis, episcopis aliisque prelatis ecclesiarum, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, scabensibus, burgraviis, advocatis, judicibus,

Digitized by Google

ministerialibus, officialibus et omnibus per nostrum imperium constitutis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam et omne bonnm. Commissi nobis celitus cnra regiminis et imperialis cui dominante Domino presidemus fastigium dignitatis, etc., *usque ad* et in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere (1).

Datum Cremone, XIIII madii, XI indictione.

Fredericus, Dei gratia, etc. Inconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur heretici, etc., *usque ad* in ipsum nostre indignationis aculeos non immerito convertemus.

Datum Cremone, XIIII madii, XI indictione.

Imperator Fredericus semper augustus. Patarenorum receptatores, etc., incipiunt capitula, etc. . . . . nullo tempore restituende.

Datum Cremone, XIIII madii, XI indictione.

Rex Rogerius. Apostatantes a fide catholica penitus execramus, insequimur ulcionibus, bonis suis omnibus spoliamus et ad professionem vel vita (?) (a) nauffragantes legibus cohartamus. Successiones tollimus, ab eis omne jus legitimum abdicamus.

Et ego Guillelmus Remundi, pnblicus notarins domini Guillelmi Dei gratia Carpentoractensis episcopi,. . . . . hanc cartam transcripsi, etc. Actum Carpentoracti, anno Domini M. CC. XXXVIII, VII idus augusti.

Cremonae, maio.

Fridericus, Romanorum imperator, Jacobo de Bulgaro necnon Uberto et Guillelmo, fratri et filiis quondam Rainerii de Bulgaro,

(a) Vide supra in constitutionibus Frederici secundi, t. IV, p. 9, lib. I, titulus 3, ubi legitur *et a professione vel voto*.

(1) Cum sit ista constitutio generalis per totum imperium applicanda, legitur tantum generali modo : « Ad hec notum fieri volumus fratres Predicatores de ordine Predicatorum pro fidei negotio in partibus imperii nostri contra hereticos deputatos, ceteros quoque qui ad hereticos, etc., » ut in aliis.

Digitized by Google

privilegium Friderici primi imperatoris datum Mulhausen 4 februarii 1153, Rainerio et Gisulpho de Bulgaro fratri et filio Uberti de Bulgaro indultum, renovat et inserendo confirmat, eosdemque cum tota eorum familia propter grata servitia quae sibi et praedecessoribus suis exhibuerunt sub sua speciali protectione recipit.

(Memorat. et extract. ap. Meiller, *Oesterreich. Notizenblatt,* 1851, n° 7, p. 105, ex confirmatione Caroli quinti imperatoris de anno 1554.)

Hujus rei testes sunt : R. Papiensis episcopus,... Vercellensis episcopus,... Reginus episcopus, Pandulphus Pactensis episcopus, Bonifacius marchio Montisferrati, Manfredus marchio Salutiarum, Manfridus marchio Lance, Tomas et Belengerius marchiones de Romagnano, Henricus, Guido et Bertelotus comites de Valpergia, magister Petrus de Vinea magne imperialis curie judex, et alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense madii, undecime indictionis, imperii anno octavo decimo, regni Jerusalem tertio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo, feliciter. Amen.

Datum Cremone, anno, mense et indictione prescriptis.

In die Pentecostes ante januam Sancti Zenonis de Verona idem imperator dominam Salvazzam ejus filiam tradidit in uxorem domino Icerino de Romano; quam idem dominus Icerinus guadiavit et desponsavit et eam conduxit in Veronam in domo habitationis comitis Bonifacii de Panico cum sollempnitate maxima nuptiarum. Eodem die Pentecostes in Campo Martio [imperator] magnam curiam celebravit, cibo et potu reficiente se et eosdem qui in solempnitate praedicta aderant. Paris. de Cereta, *Chronic. Veron.*, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VIII, p. 630. Apud Veronam, 23 maii.

Veronae, maio.

Fridericus, Romanorum imperator, universitatem Albinganam cum civibus et bonis eorum sub protectione sua recipit, mandans ut nullus sit qui eam indebite molestare praesumat.

(Edit. ap. *Mémoires sur Gênes et San-Remo*, p. 31. — Coll. cum SCHIAFFINO, *Annal. eccles. di Genova*. MS. in Biblioth. Beril, t. II, fol. 633.)

Fridericus secundus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod universitas civitatis Albingane fidelis nostra nostro culmini humiliter supplicavit ut civitatem ipsam cum territorio suo, cives et bona ipsorum sub protectione nostra recipere dignaremur (1). Nos vero ipsorum fidelium nostrorum supplicationibus favorabiliter inclinati, civitatem ipsam cum territorio suo, cives et bona que juste tenent et possident sub patrocinio majestatis nostre recipimus speciali, mandantes et firmiter inhibentes ut nullus sit qui contra hujus protectionis paginam civitatem ipsam seu cives in personis aut rebus eorum indebite molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationem majestatis nostre se noverit incursurum. Ad hujus autem defensionis nostre memoriam et stabilem firmitatem, presentem scripturam fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Verone, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense maii, undecime indictionis.

(1) « Stetit imperator in illis partibus [Pedemontis] per totum mensem marcii et habuit Saonam et Albenganam quas civitates Januenses tenebant, deditque eas in custodia marchioni Lanceae. » *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 172. Dum autem Fridericus circa districtum Januensem auctoritatem imperialem his diebus restauraret, inde contigit ut Januenses sibi metuentes in ejus gratiam restitui curaverint.

[Circa maium exeuntem.]

Fridericus, Romanorum imperator, antiqua Januensium servitia sibi collata commendans, eos in fidem a qua defecerant redeuntes in gratiam suam recipit nec non et homines castri Nauli quibus banna a marchione Lancia imposita remittit; ipsisque Januensibus nuntios mittit speciales qui fidelitatis et hominii juramentum pro parte sua ab universitate recipiant.

(Edid. HAHN, *Collect. Monum. vet. et recent.*, t. I, Litt. princip. et viror. illust., n° XXI, p. 235-237.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, consilio et communi Januensi, fidelibus suis gratiam et bonam voluntatem. Tunc apud Deum et homines felices et melitos processuum nostrorum eventus periculi et invidie minimum credimus habituros, cum in se clementie claritatem ostendunt, et tunc demum ostendimus potentie nostre signa certissima cum parcimus, et presertim catholico principi clariorem victorie gloriam reputamus petentes gratiam potius gratiose recipere quam pro vindicte modo strage viriliter triumphare. Attendens igitur excellentie nostre provisio quod dum de regno Sicilie, veluti de matris gremio et educationis nostre cunabulis, ad partes Italie veniremus felicibus auspiciis in Germaniam processuri, civitas vestra veluti secretioris camere genitrix januam nobis aperuit per quam nobis ad ingressum imperii liberior pateret accessus; attendens etiam grata servitia per Januenses universaliter singulos et singulariter universos tunc temporis collata nobis in Janua, que tanto remuneratione gratie nostre digniora pensavimus quanto in necessitatis articulo fuerunt exhibita gratiora, ipsam Januam favoris et gratie nostre sera firmavimus, ipsa servitia que devotio vestra prompta firmaverat mentis scrinio clausimus, ut quoties ipsorum memoria nobis occurrerit, toties de nostre munificentie dextra premium reportarent. Et licet vestra

devotio, ex humane fragilitate nature velut a primo parente in posteros propagata, visa fuerit diebus istis aliquorum rebellium nostrorum malivolis seductionibus alterata, serenitatis nostre potentia que velut nobilis ira leonum repugnantibus non cedit, sed prostratis indulget, bonum propositum quod pro devotione assumpserat ab alto mentis signaculo non proscripsit, cumque majestatis nostre gremium redeuntibus pateat et petentibus veniam nesciat denegare, universitatis vestre ambaxatoribus ad nostram presentiam propter hoc specialiter destinatis (1), gratiam nostram quam eorum implorabat oratio, pro parte vestra benigne reddidimus et tam eos quam vos omnes in plenitudinem gratie nostre recepimus; volentes vos deinceps inter fideles et devotos imperii numerari. Nec tantum vobis supplicantibus gratiam nostram restituimus, sed etiam hominibus castri Nauli quos in petita clementia vestra supplicatio concludebat. Banna etiam dictis hominibus castri Nauli per Manfredum marchionem Lanciam, sacri imperii nostri vicarium a Papia superius, dilectum fidelem nostrum, imposita, ipsis ad fidelitatem nostram et mandata nostra redeuntibus et fidelitatis et hominii sacramenta prestantibus, remittimus de nostre plenitudine pietatis; considerantes quod dum liberalitatis nostre cognoveritis gratiam, fidelitatis vestre devotio ad obsequia nostra fortius renascatur. Ad hec Beltranium Pontelletum, Rubertum de Pizio, filium Manifredi et magistrum Rofridum de Sancto Germano (2), magne curie nostre judicem, nuncios, fideles nostros, quorum industriam sufficientem ad hujus negotii sarcinam reputamus, pro recipiendis ab universis et singulis vestrum fidelitatis et hominii pro parte nostra et imperii juramentis

(1) Circa initium maii Januenses quatuor legatos ad imperatorem miserant ut in ejus gratiam redirent. Cf. Caffari, *Annal. Genuens.*, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VI, p. 478.

(2) Duo tantum indicantur legati in *Annalibus Genuensibus*, scilicet Detesalve Bottum et quemdam alium de Pulia, cujus non exprimitur nomen. Quum duae vicissim legationes inter imperatorem et Januenses ibidem memorentur, utrum haec epistola ad primam vel ad secundam vicem referenda sit fortasse dubium superest, licet primae legationi eam aptius convenire credamus. Secunda autem legatio nihil profecit, dum sacramentum fidelitatis quod nuncii sui imperatori fecerant, Januenses ipsi a potestate ad consilium generale convocati demum praestare denegaverunt. Unde discordia iterum inter Fridericum et commune Januensium exorta est. Cf. Caffari, *Annal. Genuens.*, ap. Murator., *Script.*, t. VI, p. 478-479.

Digitized by Google

et pro aliis nostris servitiis ad vos duximus destinandos, et que super hiis ex parte nostra iidem vobis dixerint credatis, et efficaciter adimplere curetis.

Fridericus, Romanorum imperator, Januensibus mandat ut praesidium navale sibi apud Finalum praeparent. [Circa maium exeuntem.]

(Inedit. ex cod. 247 Bibl. publ. Stuttgart., *class. histor.*, in quo non sunt numerata folia.)

Fridericus, Dei gratia, etc., potestati, sapientibus et communi Janue fidelibus suis suam gratiam et bonam voluntatem. Quia quedam magna et ardua negotia habemus pre manibus ad presens, in quibus sunt nobis nostra oportuna que vobis et aliis nostris cedent ad gandium et rebellibus ad terrorem (1), fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus instanter veniatis apud Finalum cum omni navale presidio quod habetis, ita parati quod ad alind mandatum vel nuncium nostrum iter arripiat sine dilatione aliqua vestra devotio veniendi.

Fridericus, Romanorum imperator, regi Angliae congaudet de successibus prosperis, certificans eum de sua felicitate congregando exercitum contra rebelles. [Maio vel junio.]

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germain-Harlay*, n° 455, pars III, n° 48, et *anc. fonds latin*, n° 4042.)

Fridericus, etc., regi Anglie, etc. Litteras serenitatis vestre super

(1) Nunc credimus agere de expeditione contra Alexandriam quae duce marchione Lancia circa finem maii mota fuit. Vid. infra p. 217 et not. 1.

Digitized by Google

processu novorum nostro culmini destinatas ylari affectione recepimus et gratanter intelleximus continentiam earumdem. Gratum enim extitit valde nobis et desiderabile votis nostris accessit quod procedentibus rebus ad honorem vestrum certitudo contingentium cum vestre prosperitatis eventu ad notitiam nostram pervenit, ut nec relator nec fama possit aliquid in contrarium alterare quin puram fidem vestris adhibuerimus intimatis; et cum de vestris processibus prosperis desideremus certi fieri jugiter et jocundi, intererit vestra frequenter expectationem nostram in optata jocunditate servare. Cumque de hiis que circa nos aguntur dilectionem vestram preterire insciam non velimus, excellentia vestra sciat quod per illius gratiam qui nostros prevenit et comitatur incessus, cui nostri regiminis sceptra debemus, omni salute et felicitate vigemus, id idem vestris processibus exoptantes. Disponimus insuper tempore quo solent reges ad bella procedere, submonito undique per Italiam exercitu copioso et ingenti militia de partibus Germanie convocata, imperialia castra movere et victricibus aquilis victricia signa ferentibus contra rebelles nostros prostratis hostibus victoriosis successibus triumphare, sicut sepe sepius successus nostros pariter et processus. . . . .

. . . .

(*Caetera desunt in duobus.*)

. . . . .
2 junii.

Jacobus Girandi civis Romanus, in praesentia Petri Frajapanis, Gualterii de Cicala et aliorum, vassallagii et fidelitatis sacramentum Friderico imperatori praestat, amicorum imperatoris adjutorem et adversariorum ejus contrarium se fore promittens, salvo tamen quod dominus imperator non veniat ad guerram generaliter cum Romanis.

(Inedit. ex originali in archivo monast. Montisvirgin., vol. X, pergam. 6, ubi quaedam verba ex temporum injuria legi non possunt.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem incarnationis millesimo CCXXXVIII, imperante domino nostro Frederico, Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, indictione XI, mensis junii die secunda. Fateor ego Jacobus Girandi civis romanus quod in presentia virorum nobilium dominorum Petri Fraiapanis (1), Gualterii de Cicala, Johannis Petri Benandi, Martini Ferrari de Sancto Germano, tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliis, juravi domino imperatori vassallagium in hunc modum : Ego Jacobus juro ad hec sancta Dei Evangelia quod ab hac ora (*sic*) in antea ero vassallus et fidelis domino nostro Frederico, Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto, Jerusalem et Sicilie regi, et. . . . . ero indicto sacro consilio . . . . consensu qualiter . . . . seu terram vel honorem non amictat, ac omnem fidem et devotionem guardabo in negotiis et servitiis suis, et pro servitiis et mandatis suis fideliter exequendis ero fideliter et efficaciter amicus et adjutor bona fide pro posse meo omnium fidelium et amicorum ipsius domini imperatoris, et contrarius ero omnium contrariorum et adversariorum suorum in omnibus negotiis ejusdem domini imperatoris; ea etiam omnia que mihi per nuncios et litteras suas injuncta fuerunt, pro posse meo fideliter et efficaciter adimplebo et sub credentiam tenebo usque ad mandatum ipsius domini imperatoris et nunciorum suorum, salvo tamen quod dominus imperator non veniat ad guerram generaliter cum Romanis et tendat manifeste ad confusionem Urbis. Hec autem omnia et singula que supradicta sunt juro ut dictum est attendere et observare pro posse meo bona fide sine fraude et malo ingenio. Sic me dominus adjuvet et hec

(1) Ab anno 1236 Petrus Frangipanis dominium Romae exercebat pro parte imperatoris. Vid. supra, t. IV, p. 921 et not. 1. Circa octobrem 1237 Lateranum rediit papa invito senatore Johanne Cincio qui Friderico secundo adhaerebat. Sed denuo seditionibus exortis propter Viterbienses quos inter et Romanos odium vetus vigebat, Gregorius IX exulare coactus, mense junio 1238 Anagniam se contulit. Cf. *Vit. Gregor. IX*, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. III, p. 581, 582. « Mense octobri Gregorius papa de Anagnia rediit ad Urbem ubi novi confutati sunt senatores. » RICC. DE S. GERM. ad ann. 1238, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. VII, p. 1040. Scilicet mense exeunte, dum vicesimo octavo die octobris adhuc Anagniae papa moraretur.

sacra Domini Evangelia. Ad hujus itaque rei memoriam et robur in posterum valiturum presens scriptum per manus Petri Johannis. . . . . judicis et. . . . . . fieri feci, subscriptione ejusdem solita et ejus sigillo munitum, anno, mense, die et indictione prescriptis.

Dominus Petrus Fraiapanis, Johannes Petri Benandi, dominus Gualterius de Cicala, Martinus Ferrarius de Sancto Germano.

Ego Petrus sacri Romani imperii. . . . . et habens judicialem potestatem dictis presens existens, ut supra legitur, rogatus scripsi et feci.

Veronae, junio. Fridericus, Romanorum imperator, universitatem civitatis Ebreduni sub protectione sua speciali recipit et omnes mores, usancias et approbatas consuetudines ei confirmat.

(Inedit. in *collect. Fontanieu*, Bibl. Cesar. Paris., *Preuves de l'hist. du Dauphiné*, t. II, pars sec., fol. 533-535, *Caisse d'Embrun*.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quas nisi favorabiliter audiremus obandire quod juste petitur per injuriam videremur. Per presens igitur scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos attendentes fidem puram et devotionem sinceram quam universitas civitatis Ebreduni fideles nostri ad majestatis nostre personam et sacrum imperium habent, ipsos ad eorum supplicationem sub protectione ac deffensione culminis nostri recipimus speciali, confirmantes eis omnes mores, usancias et approbatas a longis retro temporibus consuetudines eorumdem quibus hactenus usi sunt, ita ut eis utantur amodo tanquam a nostra celsitudine comprobatis. Mandamus igitur et districte precipimus quatenus nullus sit ausus qui prefatam universitatem Ebreduni fideles nostros contra presentis scripti tenorem ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem

Digitized by Google

culminis nostri se noverit incursurum et quinquaginta libras auri optimi pro pena compositorum, quarum medietas fisco nostro et reliqua medietas passis injuriam applicetur. Ad hujus itaque protectionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : S. Maguntinus, . . . Magdeburgensis, J. Arelatensis archiepiscopi, Pataviensis, Missinensis, B. Massiliensis, R. (*a*) Reginensis episcopi, A. comes Tirolensis, comes Ulricus de Ultimis, magister Petrus de Vinea magne curie nostre judex, et alii quamplures.

Datum Verone, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, menso junii, undecima indictione, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Ierosolymitani tercio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo primo, feliciter. Amen.

Fridericus, Romanorum imperator, donationem confirmat a Wilhelmo de Wimpina hospitali Sancti Johannis Baptistae ibidem factam de jure patronatus ecclesiae in Flein et de curia quam idem in Hupphilbura tenebat. Veronae, junio.

(Inedit. ex duobus exemplaribus, unum in libro manuscripto Wurdtweinii, *Monasticon Wormatiense*, vol. I, fol. 268, ap. Biblioth. univers. Heidelberg., alterum in quadam copia penes cl. virum Staelin apud Biblioth. Stuttgartiensem, quae Boehmerus et ipse Staelinus nobiscum liberaliter communicaverunt.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis pietas circa beneficia pauperum merito se concedit, ex quorum donatione simul ei et temporalis gratia et salus provenit sempiterna. Hac itaque consideratione ducti tenore presentium notum

(*a*) Melius *N.*, quum tunc temporis *Nicolaus* vocatus fuerit.

Digitized by Google

esse volumus tam posteris quam modernis, quod nos devotis supplicationibus Wilhelmi de Wimpina fidelis nostri favorabiliter inclinati, donationem factam per manus ipsius de jure patronatus ecclesie in Fline (1), quod feudali titulo a nobis et imperio possidebat et de curia in Hupphilbura (2), quam ut dotem quondam uxoris sue tenebat legitimeque in remissionem peccatorum suorum hospitali Sancti Johanis Baptiste apud Wimpinam contulit, in omnibus approbantes, donationi eidem assensum porrigimus imperatorie majestatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbationis chartam infringere vel ausu temerario contraire : quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad premisse igitur donationis nostre et assensus robur perpetuo duraturum, presentem schedulam sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

Actum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo octavo, mensis junii, undecime indictionis.

Datum Verone, anno, mense et indictione prescriptis, feliciter. Amen.

Veronae, junio.

Fridericus, Romanorum imperator, priorem et conventum monasterii Sancti Salvatoris de Venetiis cum omnibus possessionibus et bonis eorum sub sua protectione et defensione speciali recipit.

(Edid. Flam. Cornelio, *Supplem. ad eccles. Venet. et Torcell.*, p. 133, ex autographo.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos pro reverentia Regis regum per quem acta nostra feliciter diriguntur, attendentes quoque

(1) Flina, hodie *Flein* prope Heilbron.

(2) Hupphilbura, hodie *Hipfelhof* prope Heilbron.

Digitized by Google

fidem puram et devotionem sinceram quam prior et conventus monasterii Sancti Salvatoris de Venetiis, fideles nostri, ad nos et sacrum imperium habent, pro gratis quoque servitiis que nobis et imperio exhibuerunt actenus et que exhibere poterunt in antea gratiora, ad suplicationem ipsorum, eosdem priorem et conventum necnon et ipsum monasterium cum omnibus grangiis, possessionibus et omnibus aliis bonis suis que in presentiarum juste tenent et possident et in antea justo titulo poterunt adipisci, sub protectione ac defensione culminis nostri recipimus speciali, mandantes quatenus nullus sit qui prefatos priorem et conventum aut prescriptum monasterium eorum in omnibus grangiis, possessionibus et jamdictis aliis bonis suis contra presentis scripti et protectionis nostre tenorem ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem culminis nostri se noverit incursurum et quinquaginta libras auri optimi pro pena compositurum, quarum medietas fisco nostro et reliqua medietas passis injuriam applicetur. Ad hujus itaque protectionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Verone, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense junii, undecime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, priorem et conventum monasterii Sancti Andreae de Littore cum omnibus possessionibus et bonis eorum sub sua protectione et defensione speciali recipit. Veronae, junio.

(Edid. FLAM. CORNELIO, *Supplement. ad eccles. Venet. et Torcell.*, p. 373.)

Federicus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, etc. [*Sequitur de verbo ad verbum sicut in praecedente privilegio nisi quod legitur:* attendentes quoque fidem puram et devotionem sinceram

quam prior et conventus monasterii Sancti Andree de Littore fideles nostri, etc.]

Datum Verone, etc., *ut supra.*

Veronae, 15 junii.

Fridericus, Romanorum imperator, Henrico de Ebulo potestati Vicentiae et communi ejusdem civitatis notum facit sibi placere ut Albericus de Romano, comes Vicentinus, Ugucio de Pilio et quidam alii cum terris, villis et locis eorumdem communi Vicentino de caetero plenarie respondeant.

(Edid. Verci, *Stor. degli Ecel.*, t. III, p. 276, n° CLIII, ex archiv. turris civit. Vicentiae.)

[Anno] millesimo ducentesimo trigesimo nono, indictione duodecima, die mercurii sexto intrante aprili, in palatio communis Vincentie, presentibus domino Rufino de Laude judice, et domino Alexio de Padua judice et domino Rusticello judice et domino Jacobino Bonijudei judice et domino Alberto Dataro et domino Bonohomine de Solario et domino Lunardo et domino Thomaxio Aurifice judicibus et domino Olderico Carnarolo et domino Sigonfredo de Arzignano et domino Bonacursio Ade et presbytero de Laude et Viviano Baxeto et Johanne Scribano notariis et aliis multis, in plena concione civitatis Vincentie, voce preconia et sono campane et more solito congregata, coram domino Henrico de Ebulo potestate Vincentie, in qua concione juravit regimen civitatis Vincentie dominus Rizardus nuntius et vicarius domini Tybaldi Francisci potestatis Vincentie (1) per dominum imperatorem, lecta fuit quedam littera alta voce cujus tenor talis est, et dictum fuit per consilium :

Federicus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hiern-

---

(1) Verisimiliter hoc anno 1239 Tebaldus Franciscus in potestaria Vicentiae Henrico de Ebulo successerat.

salem et Sicilie rex, Henrico de Ebulo potestati, consilio et toti communi Vicentie fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Intellexit serenitas nostra quod Albericus de Romano, comes Vincentinus (1), Ugucio de Pilio, Odo de Vivario et filius ejus et Marchabrunus de Vivario et eorum terre et loca et alie persone, ville, burgi, castra, universitates et loca de Vicentia vobis et civitati vestre non obediunt nec intendunt. Volentes igitur vos sub felici dominio nostro in honoribus vestris non minui sed augeri, placet excellentie nostre quod omnes supradicte persone et eorum terre et loca et alie persone, universitates et loca de loco superius nominato, vobis et civitati vestre subsint et plene respondeant et intendant; et ecce quod eisdem damus per nostras litteras in mandatis ut vobis de cetero ad honorem et fidelitatem nostram debeant plenarie respondere.

Datum Verone, XV junii, indictione XI (2).

Ego Johannes Pulveracii sacri palatii notarius existens in publica consilio civitatis Vincentie congregato in palatio communis Vincentie tempore potestarie domini Henrici de Ebulo potestatis Vincentie, litteram domini Federici Romanorum imperatoris imperiali sigillo roboratam perlegi, audivi et intellexi et postea tenorem ipsius vidi et examinavi et illud idem exemplum in hoc quaterno communis scripsi.

Fridericus, Romanorum imperator, tres constitutiones contra haereticos jam antea a se ipso latas renovat et promulgat. Veronae, 26 junii.

(Inedit. ex origin. in archivo Massil. vulgo *de la préfecture*, Libr. aur. archiepisc. Arelat., unde sigillum avulsum periit, remanentibus tantum filis sericis

(1) Scilicet *Uguccio* nomine.

(2) Verci (*Stor. degli Ecelin.*, tom. II, p. 182) has litteras male ad ann. 1239 referens, ita interpretatus est ut Alberici et aliorum bona propter rebellionem Vicentinis devoluta fuisse hoc mandato denuntiet. Rebellio tamen Alberici non ante finem mensis maii hujus anni 1239 exorta est, et post concionem publicam cujus in instrumento mentio fit.

Digitized by Google

flavi et purpurei coloris. Extat fragmentum ap. Papon, *Hist. de Provence*, tom. II, preuv. n° 67; qui tamen nonnisi excerpta tertiae constitutionis exhibet. Cf. supra, p. 201.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, etc., dilectis principibus suis, etc. Commissi nobis celitus cura regiminis, etc.

Datum Verone, XXVI junii, XI indictione.

Fredericus, Dei gratia, etc. Inconsutilem tunicam Dei nostri, etc.

Datum Verone, XXVI junii, XI indictione.

Fredericus, etc. Patarenorum complices et receptatores, etc... *usque ad* nullo tempore restituende.

Datum Verone, XXVI junii, XI indictione.

Rex Rogerius. Apostatantes, etc.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense junii, undecime indictionis.

Date Verone, anno, mense et indictione prescriptis.

Apud Goitum, 28 junii. Et XXVIII junii idem imperator cum omnibus suis ivit hospitandum in terra Goiti districtus Mantuae. Paris. de Cereta, *Chronic. Veron.* ap. Murator. *Scriptor.*, t. VIII, p. 630.

Maio et junio. Mense madii imperator ipse vocat ad se Thomam de Aquino Acerrarum comitem et Henricum de Morra magistrum justitiarium et omnes barones et milites infeudatos, quorum nonnullos juxta ipsius mandatum euntes ad ejus obsequium civitatibus quae venerant ad mandatum suum, potestates praefecit et aliis custodiam captivorum commisit. Mense junii dictus Acerrarum comes et Henricus de Morra magister justitiarius ad imperatorem in

Digitized by Google

Lombardiam vadunt cum militibus regni decenter paratis in equis et armis et cum pecunia de regno collecta. Ricc. de S. Germ. *Chronic.* ad annum, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1039.

Fridericus, Romanorum imperator, Papiensibus grates agit quod ad depopulationem Alexandriae viriliter intenderint, hortaturque ut secum ad destructionem Mediolani praeparent. [Junio vel julio.]

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1149-1150, n° XVI, coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germain-Harlay*, n° 455, pars II, n° 37, et cod. 4042, *anc. fonds latin*, ibidem.)

Fredericus, etc., Papiensibus, etc. Ex fidelitatis vestre litteris nobis grata recepimus et dum earum tenore didicimus quod vos tanquam nostrorum devotissimi devotorum qui dudum imperii et nostrum honorem diligitis [et] ad inimicorum exitium viriliter aspiratis, ad depopulationem Alexandrie rerum et hominum potenter et efficaciter intendistis (1); de quo fidelitati vestre grates referimus efficaces, et licet post laborem grata sit requies, tamen quia post consummationem negotii gratior judicatur, fidelitati vestre mandamus quatenus labores laboribus et subsequentes laudes laudibus conjungentes ad Mediolani destructionem que dicitur caput esse nequitie, vos viriliter preparetis, equis, armis et aliis necessariis taliter munientes ut per vos celsitudinis nostre propositum nequeat retardari.

---

(1) « Die sabbati XI kalendas junii proximi (22 maii), marchio Lancea vicarius imperatoris cum Papiensibus, Terdonensibus, Vercellensibus, Novariensibus, Astensibus, marchione Montisferrati et aliis marchionibus et castellanis in terras Alexandriae devastantes intraverunt, guastum facientes in ipso districtu per XVIII dies. » *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 173.

Digitized by Google

In prato monasterii sancti Zenonis, 26 julii.

Anno Domini M. CC. XXXVIII, die vicesimo sexto mensis julii, [indictione XI], in prato monasterii Sancti Zenonis de Verona, Eccelinus de Romano et Bonacursus de Palude in manibus Conradi, Romanorum regis (1), devotum mandatis imperialibus obsequium jurant. Actum per manum Petri de Vinea.

(Memorat. ap. ZAGATA, *Chron. Veron.*, edit. ann. 1745, cum notis Biancolinii. Omissum vero a Vercio, *Stor. degli Ecelin.*, qui de facto isto mentionem nullam exhibet.)

Augusto.

Mense augusti Panormitanus archiepiscopus, episcopus Reginus, judex Thaddeus de Suessa et magister Rogerius Porcastrella de Lombardia ab imperatore ad papam apud Anagniam nuntii veniunt pro pace inter Ecclesiam et imperium reformanda. Cum quibus pro parte Ecclesiae Messanensis archiepiscopus ad impe-

(1) « Mense julii Conradus rex filius imperatoris apud Veronam venit ad patrem cum principibus et exercitu copioso. Cum quo se Cremonam conferens inde feliciter in obsidionem Brixiae properavit. Apud Veronam etiam magistrum domus Theutonicorum infirmum redeuntem de partibus ultramontanis recepit imperator. » RICC. DE S. GERM., *Chronic.*, ap. MURATOR., *Script.*, t. VII, col. 1039. « Exeunte autem mense junii, rex Conradus filius imperatoris ab Alamannia cum magna et honorabili militum comitiva Veronam accessit. Interea pater ejus in campo Sancti Danielis apud ipsam civitatem suum exercitum congregavit. Qui inde semotus venit Cremonam et deinde congregato exercitu cum Cremonensibus et carocio die XI mensis julii ad obsidionem civitatis Brixiae properavit; sua quoque castra inter civitatem et fluvium Melle posuit. » *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 173. Auctor vero anonymus res paulo prius quam in veritate gestae fuerint, enarrat, licet monachus Patavinus ipse quoque dicat: « Eodem anno imperator obsedit Brixiam *a medio julio* usque ad festum sancti Michaelis. » (Ap. MURATOR., *Script.*, t. VIII, p. 677.)

Digitized by Google

ratorem dirigitur responsalis a Papa. Ricc. de S. Germano, *Chronic.* ad annum, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1039.

Qui [imperator] veniens non longe ab eorum urbe (*scil.* Brixia) in campestribus apud flumen Sancti Lucae, hoc est ad occiduam partem civitatis castrametatus est die martis tertia mensis augusti anni M. CC. XXXVIII. Et erectis variis bellorum machinis civitatem ipsam vehementer expugnavit (1). Jacob. Malvec., *Chronic. Brix.*, ap. Murator., *Scriptor.*, t. XIV, p. 911. 3 augusti.

Fridericus, Romanorum imperator, Gottefrido de Hohenloch qui sibi mundiburdium filii ac bonorum quondam Rudolfi de Kisselowe cum eventuali successione resignavit, in excambium bona et homines quondam Alberti de Tyfen in feudo possidenda concedit. In castris in obsidione Brixiae, augusto.

(Edider. Ludewig, *Reliquiae manuscript.*, t. II, p. 220. — Hansselmann, *Diplomatisch. Beweiss des Hauses Hohenl.*, t. I, p. 403, n° XXIX, ex originali.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis im-

---

(1) « Comes Gaboardus [de Arnstein] cum magna militum comitiva Tusciae et Apuliae et Saracenorum ad ipsum exercitum venit. Habebat autem imperator in obsidione praedicta exercitum magnum Theotonicorum, Lombardorum, militum Romanorum, Apulorum, Tuscorum, Marchae, Romagnae. Erant enim cum eo patriarcha Aquilegiensis, archiepiscopi Coloniae et Maguntiae, milites regis Angliae, Franciae et Hispaniae, comes Provinciae cum centum militibus, milites quoque soldani et Vatacii Graecorum imperatoris aliarumque diversarum gentium. Habebat enim multitudinem mulorum, camelorum, dromedariorum deferentium thesaurum et cameram exercitus ejus. » *Chronic. de reb. in Ital gest.*, p. 173 et 174.

Digitized by Google

perii fidelibus tam presentibus quam futuris quod cum nos concesserimus Gottefrido de Hohenloch fideli nostro mundobordiam filii ac bonorum quondam Rodolphi de Kiselowe qui in servitio nostro decessit, tenendam donec idem filius ejusdem Rudolphi ad etatem legitimam perveniret, tali conditione adjecta ut si filium dicti quondam Rudolfi sine legitimo herede decedere contingeret, idem Gotefridus bona sua teneret ab imperio et a nobis in feudo, sicut ea dictus Rudolphus noscitur tenuisse, dictus Gotefridus mundobordiam ipsam et bona eadem in nostris manibus resignavit. Propter quod in recompensationem ejusdem mondobordie et bonorum predictorum concessimus ei et suis heredibus bona et homines que fuerunt olim Alberti de Tyfen, videlicet apud Nezzelbach (*a*) et in aliis locis in Rengowe ut ea ipse et heredes sui a nobis et imperio debeant in feudo decenter possidere. Quare presentis scripti auctoritate mandamus quatinus nullus sit qui predictos Gotefridum et heredes suos in hominibus et bonis predictis contra presentis nostre concessionis paginam impetat aut molestet. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ad hujus itaque concessionis nostre memoriam presens scriptum fieri et sigillo nostro jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt dilecti principes nostri Bertholdus patriarcha Aquilegensis, Sifridus archiepiscopus Moguntinus, Conradus Coloniensis electus, Willeprandus archiepiscopus Magdeburgensis, Hermannus Herbipolensis, Henricus Missenensis, Rudgerus Pataviensis, Landolfus Wormatiensis, episcopi; Bernardus dux Karinthie, Henricus comes Ascanie, Henricus comes de Henneberg, Conradus burgravius de Nuremberc, Godefridus et Berchtoldus fratres comites de Zigenhagen, Fridericus de Trohendingen, Conradus de Smidelvelt, Henricus marscalcus de Bappenheim, et alii quamplures.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense augusti, undecime indictionis.

(*a*) Alibi *Wenzelbach*.

Fridericus, Romanorum imperator, judaeis Viennae diversa privilegia impertitur, quibus contra vim et injuriam aptissime protegantur.

In obsidione Br xiae, augusto.

(Edidit HORMAYR, *Taschenbuch* 1812, p. 70. — Idem, *Wiens Geschichte*, t. I, 2ª pars, p. 22, nº 49; et ap. *Archiv für Kunde Oesterreich. Geschichtsquellen*, zehnter Band, p. 127, ex archivo municip. civit. Vindob. Cf. *ibidem*, privilegium pro judaeis in Austria degentibus a Friderico duce indultum, apud Starchenberch, 1º julii 1244.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis quod nos judeos Wienne servos camere nostre sub nostra et imperiali protectione recipimus et favore. Preterea statuimus ut in domibus ipsorum absque eorum consensu hospites non recipiantur. Si autem apud eos res furtiva inventa fuerit, si dixerit judeus se emisse, juramento probet secundum legem suam quantum emerit et tantumdem recipiat, et rem ei cujus erat restituat. Nullus filios vel filias ipsorum invitas baptizare presumat aut si captos vi vel furtim raptos vel coactos baptizaverit, quindecim (*a*) libras auri ad erarium nostrum persolvat. Si autem aliquis ipsorum sponte baptizari voluerit, triduo reservetur ut integre cognoscatur si vere christiane religionis causa aut pro aliqua illata injuria legem suam deserat, et sicut legem patrum suorum reliquit, ita etiam relinquat hereditatem. Mancipia quoque eorum pagana nullus optentu christiane religionis baptizans ad servitia eorum convertat. Quod si fecerit, bannum, id est tres libras argenti, persolvat et servum domino suo reddat. Si judeus in christianum vel christianus in judeum contenderit, uterque prout res est secundum legem suam justitiam faciat et rem suam probet. Et nemo judeum ad ignitum ferrum vel ad calidam aquam seu frigidam

(*a*) Alibi *duodecim*.

probet nec flagellis cedat vel in carcerem mittat, sed juret secundum legem suam post quadraginta dies. Nullis testibus nisi simul judeis et christianis convinci possit qualibet de causa. Pro quacumque re imperialem appellaverint ad presentiam, inducie eis concedantur. Si quis adversus aliquem eorum consilium fecerit aut eis insidiatus fuerit quod occidatur, uterque et consiliator et occisor duodecim libras auri ad erarium nostrum persolvat; si vero eum vulneraverit, sed non ad mortem, libram unam auri componat, et si sit servus qui illum occiderit vel vulneraverit, dominus ejus aut supradictam compositionem impleat aut servum ad penas trahat. Et si judei ipsi litem inter se aut causam aliquam habuerint determinandam, coram eo qui preest eis judicentur. Et si aliquis inter eos perfidus rei alicujus inter eos geste occultare voluerit veritatem, ab eo qui est super eis veritatem fateri cogatur. Si autem de aliqua magna causa inculpati fuerint, inducias ad imperatorem habeant. Preterea vinum suum, pigmenta et antidota possint vendere christianis. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri et bulla aurea typario majestatis nostre impressa jussimus insigniri.

Hujus autem rei testes sunt dilecti principes nostri. . . . . venerabilis patriarcha Aquilegiensis, S. Moguntinus,. . . . . Magdeburgensis archiepiscopi; . . . . . Coloniensis et Leodiensis electi; . . . . . Pataviensis, ... Herbipolensis, ... Wormaciensis et. . . . . Misnensis episcopi; . . . . dux Karinthie, H. comes Ascanie (*a*), comes G. de Arnesteyn, et quamplures alii.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense augusti, undecime indictionis, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege invictissimo, anno imperii ejus octavo decimo, regni Ierosolymitani tercio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo (*b*), feliciter. Amen.

Datum in obsidione Brixie, anno, mense et indictione prescriptis.

(*a*) Alibi *Ascharie*.

(*b*) Ap. archiv für Oesterr. Gesch., *quarto decimo*, male.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, Paulum Tranversarium de Ravenna inobedientem declarat pro eo quod prisones Faventinos in manibus cujusdam officialis juxta mandata imperialia assignare noluerit, illumque omnibus regalibus privilegiis, concessionibus, feudis privatum denuntiat et bannitum. [Exeunte augusto.]

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *anc. fonds latin*, n° 2954, fol. 6 verso.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, etc. Gravis et intolerabilis nostro culmini presumitur et infertur injuria nichil (*a*) per eos de quorum fide indubitatam confidentiam gerebamus, in contemptum mandatorum nostrorum inobedientia geritur manifesta. Patet igitur qualiter Paulus Transversarius de Ravena indevotus et inobediens extiterit, ad quem plura mandata nostra premissa [sunt] ut prisones quos duxit a Faventia in tuis manibus (1), te pro parte nostra et imperii recipiente sicut moris est, ad requisitionem [nostram] et imperii assignaret (2). Qui cum contumaciter exequi contempserit et contempnat, spreto insuper banno quod super [bo]na regalium privilegiorum, concessionum et omnium que habet et tenet ab imperio duximus imponendum, nos justitiam imperii

(*a*) Sic. Sensus vero requirit *cum* vel *quando*.

---

(1) Verisimiliter agitur de Simone Theatino comite, qui tunc vicarii imperialis in Romaniola personam agebat. Cf. FANTUZZI, *Monum. hist. Ravenn.*, t. II, p. 374.

(2) Tertio die julii 1238 pars Acharisii civitatem Faventiam occupavit quam per unum fere mensem tenuit. Paulus autem Traversarius vir de Ravenna nobilis Faventiam ingressus Acharisium fautoresque suos superavit et cepit. « Stetit in captivitate [Acharisius] cum praedictis apud Cavallinum de voluntate [illorum] qui eos ceperant multis diebus, et postea fuerunt dati nuntiis imperatoris et steterunt in captivitate apud Ariminum, etc. » *Chronic. vet.*, ap. SCIP. CLARAMONT., *Hist. Cesen.*, lib. IX, in *Thes. antiq. Ital.*, edit. Burmann, t. VII, pars II, p. 479. Datis deinde obsidibus sacramento absoluti sunt, et Bononiensium auxilio Paulus Traversarius Faventia pulsus est magna edita strage. His rebus epistolam imperialem satis bene convenire, aliis deficientibus documentis, arbitramur.

Digitized by Google

proseqnentes et nt penam inobedientibns debitam quam incurrit propter suam inobedientiam non evadat, ipsum omnibus regalibns privilegiis, concessionibus, feudis et omnibns que a nobis et imperio tenet et habet, imperialis cnlminis auctoritate privamus et privatum de cetero esse censemus; mandantes tibi quatinus eum amodo tanqnam bannitnm pro parte nostra et imperii perseqnaris et denunties ab omnibns evitandum et publice offendendum (1).

In castris in obsidione Brixiae. 8 septembris.

Fridericus, Romanorum imperator, magistro et fratribus domus Theutonicorum concedit ut pro domo quam habent apud Altenburg amplianda, bona quae ab omni servitii onere exempta sint emere pro trecentis argenti marcis eis liceat.

(Inedit. ex copia authentica in archivo Dresdensi asservata sub n° 349, A. B.)

Fridericus, Dei gratia Romanornm imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Tenore presentium notnm fieri volumus universis qnod nos attendentes grata et devota servitia magistri et fratrum domns Theutonicorum nostrorum dilectorum fidelium nobis incessanter exhibita et que jugiter exhibere non cessant, considerantes etiam religionis cnltum et elemosinarum largitiones que in ea fiunt pauperibus afflnenter,

---

(1) Hoc banno paulo post Paulum Traversarium fuisse solutum facilius crediderim, si fides adhiberetur iostrumento inter *Petr. de Vin. epistolas* inserto, lib. VI, cap. XXIX; qnod addimus, nomine ex codicibus Bibliothecae Parisiensis correctius nunc expresso : « Tenore presentium notum facimus universis, quod cum misericordia superexaltante judicium, gloriosius reputemus offensis ignoscere subjectorum, quam eorum offensas ulcisci; attendentes supplicationem P. Traversarii se ad implorandum gratiam nostram humiliter convertentis, habentes quoque respectum ad sue fidei merita retroacta, que impensa nobis ab eo servitia nostro conspectui representat, nihilominus confidentes ipsum in redemptione offense grata et utilia servitia nostro culmini prestiturum; dictum P. ad servitia et fidem nostram tota devotione conversum, in plenitudinem favoris oostri et gratie recepimus consuete, remittentes eidem omnem offensam et culpam, etc. »

contulimus eisdem gratia nostra ut pro domo quam habent in Aldenburc nostris beneficiis amplianda liceat eis emere pro trecentis marcis argenti possessiones et etiam bona que a munere precarie vel cujuslibet onere servicii sint exempta, fratrum et pauperum usibus deputanda. Nam dignum est ut de plenitudine bonorum nostrorum accipiant per quam promptuaria domus Dei in divine caritatis copiam effundatur. Ad cujus rei memoriam evidentem presens scriptum fieri et sigilli nostri appensione fecimus roborari.

Testes hujus rei sunt : S. Maguntinus, W. Magdeburgensis venerabiles archiepiscopi, R. Pataviensis, H. Herbipolensis, L. Wormatiensis, ... Misnensis episcopi, comes de Hennenberc, burgravius de Nurenberc, F. de Truendingen, G. et C. fratres de Hohenloch, C. de Smidelfelt, et alii quamplures.

Acta sunt [hec] anno dominice incarnationis M° CC° XXXVIII°.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno, mense, indictione prescriptis, VI septembris, XII indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, civibus de Nordelingen precariam ad triennium sequens completum remittit, ut civitatem et domos, incendio combustas, valeant reparare. In castris in obsidione Brixiae, septembri.

(Editum ap. Lunig, *Reichsarchiv*, part. special. contin. IV, p. II (operis tom. XIV), p. 3, n° 1. — Et ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 268-269, num. DCCLIX, ex originali cujus sigillum in ora sua sinistra laesum appendet ex filis sericis rubri et flavi coloris.)

Fr(idericus), Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum civitas Nordelingen, emergente infortunii casu, combusta fuerit, et cives propter combustionem eandem in personis et rebus gravia fuerint dampna

perpessi, snpplicaverunt celsitudini nostre, ut eorum conpacientes incommodis, aliquam gratiam et misericordiam cum eis super remissione precarie pro tempore facere dignaremur. Nos igitur ad eosdem fideles nostros, pro tali inextimabili dampno, compacienciam benignam habentes, ut reparacioni civitatis et domorum suarum quiete vacare valeant, nec aliqua exactione graventur, a presenti mense septembris, duodecime iudictionis, usque ad completum triennium quartedecime indictionis, precariam ejusdem civitatis civibus de innata clemencia duximus universaliter remittendam. Ad cujus remissionis memoriam et cautelam presens scriptum fieri, et sigillo nostro jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo octavo; mense septembris, XII indictionis.

In castris in obsidione Brxiae, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Johannem Arelatensem archiepiscopum, recepto ab eo fidelitatis et hominii juramento, de regalibus per sceptrum investit.

(Inedit. ex exemplari authentico in arch. praefect. Massil., *Livre vert de l'archevêché d'Arles*, fol. 2. — Inveniuntur duae copiae, minoris vero fidei, ap. *Coll. Peyresc.*, in Bibl. Carpentor. reg. 74, vol. I, fol. 206; et Bonnemant, *Hist. MS. de l'arch. d'Arles*, Bibl. ibid., *pièces justific.*, fol. 45, ex arch. Salon.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod juste petitur per injuriam videremur. Universis igitur imperii fidelibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum quod dilectus princeps noster Johannes venerabilis Arelatensis archiepiscopus, juxta morem et jus antiquum imperii ad presentiam nostre majestatis accedens, oblato nobis et imperio fidelitatis et hominii juramento, humiliter nostre celsitudini supplicavit ut de regalibus que a nobis et imperio ecclesia sua tenet in-

Digitized by Google

vestire ipsum de nostra gratia dignaremur. Nos igitur supplicationibus suis favorabiliter inclinati, recepto ab eo in presentia nostra, prout est juris et moris imperii, juramento tam fidelitatis et hominii quam super singulis articulis qui in juramento fidelitatis nobis exhibito continentur, eumdem archiepiscopum de regalibus que ecclesia sua a nobis et imperio tenere dinoscitur, per imperiale sceptrum investivimus de nostre gratia majestatis; ita tamen quod idem archiepiscopus et successores sui eadem regalia tantum a nobis et imperio teneant et etiam recognoscant et eadem de dominio nostro et imperii aliquo tempore subtrahere non intendant; consueta quoque et debita servicia nobis et imperio fideliter ac devote debeant exhibere. Mandamus igitur et districte precipimus quatenus nullus sit qui jamdictum archiepiscopum et ecclesiam suam aut successores ejusdem contra presentis investiture nostre tenorem temere inquietare, offendere seu molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationem culminis nostri se noverit incursurum. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno dominice incarnationis M° CC° tricesimo octavo, mense septembri, duodecima indictione, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierosolimi et Sicilie rege, imperii sui anno XVIII°, regni Jerusalem tercio decimo, regni vero Sicilie XL° I°, feliciter. Amen.

Fridericus, Romanorum imperator, Bernardo Avenionensi episcopo renovat et inserendo confirmat privilegium a Friderico primo imperatore avo suo Gaufrido Avenionensi episcopo anno 1157, 23 novembris, indultum. In castris in obsidione Brixiae, septembri.

(Edider. Castrucci, *Storia d'Avignone*, t. II, p. 319. — Nouguier, *Histoire chronol. de l'église d'Avignon*, p. 150 et 156.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus II, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, tunc officii sui debitum reddit cum fenore Deo vivo, cum loca Deo dicata et personas ecclesiasticas pio favore tuetur et justas earum favorabiliter petitiones exaudit, ejus intuitu. . . . . per quem preest principibus terre. Ea propter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod Bernardus venerabilis Avinionensis episcopus, dilectus fidelis noster, quoddam privilegium avi nostri divi imperatoris Friderici memorie recolende ecclesie sue quondam clementer indultum nostro culmini presentavit, humiliter supplicans et devote ut ipsum innovare et omnia que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor per omnia talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. Quandocumque nostre imperialis donationis vel corroborationis pie exposcitur suffragium, celeri effectu est attribuendum, et si in eis exposcitur que durare perpetuo videntur, litteris est etiam adnotandum ne prolixitas temporum posteris hoc dubium reddat vel incertum. Omnibus igitur tam futuris quam presentibus Christi imperiique nostri fidelibus notum esse volumus qualiter nos Gaufredum venerabilem Avenice civitatis episcopum ad curiam nostram venientem benigne suscepimus, honorifice tractavimus ac accepta ab eo debita fidelitate et hominio, de omnibus regalibus sive possessionibus vel justitiis quas Avenionensis ecclesia largitione regum vel imperatorum vel oblatione fidelium legitime visa est hactenus possidere plenarie investivimus. Concessimus itaque prefato Gaufredo episcopo et per eum omnibus successoribus suis in perpetuum villam videlicet que episcopalis vocatur infra muros Avenice civitatis et medietatem de descensu Rhodani et tertiam partem portus predicte civitatis et insulam subtus Avenionem sitam que ab oriente terminatur rivulo Surgilione, ab occidente vero Rhodano discurrente, et quidquid a nobis habet vel habere debet in territorio predicte civitatis in terris cultis et incultis, vineis, aquis, aquarumque decursibus, meatibus, naulis, theloneis,

castellis, villis, vicis, areis, servis, ancillis, tributariis, forestibus, silvis, venationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis et paludibus : quarum quedam propriis duximus exprimenda vocabulis, villam Biborrite cum omnibus appendiciis suis, Castrum Novum cum appendiciis suis, Castrum de Novis cum appendiciis suis, villam de Agelun cum appendiciis suis. Hec supradicta omnia et subtus notata damus et confirmamus Gaufredo Avenionensi episcopo et ecclesie sue, salva per omnia imperiali justitia. Nulla in his infestatio tyrannorum seviat, potestas per violentiam irruat, sed solus episcopus habeat in omnibus plenariam jurisdictionem. Preterea imperiali auctoritate per omnem episcopatum interdicimus ut non liceat alicui homini, ecclesiastice persone vel seculari, masculo vel femine, eorum que Avenionensis ecclesia modo possidet vel in posterum possederit aliquid vendere vel alienare vel in alienum dominium transfundere seu etiam relinquere vel in feudum constituere sine consilio vel permissione Avenionensis episcopi et successorum suorum. Sit itaque prefatus episcopus cum supradictis omnibus possessionibus ab omni extranea et iniqua securus potestate, verum in nostra imperiali ditione immobilis semper permaneat. Ut autem huic nostre confirmationi nihil ad perfectionem valitudinis deesse possit, presentem inde paginam conscribi et aurea bulla nostra insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus quorum nomina hec sunt : Humbertus Bisuntinensis archiepiscopus, Odo Valentinensis episcopus, Mattheus dux Lotharingie, comes Uldalricus de Vocemburgh, Hugo de Taiesburgh, comes Stephanus, Walcherus de Salino, Odo Campaniensis.

Signum domini Friderici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Reinaldus cancellarius, vice Stephani Viennensis archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Datum Bizuntii, IX kalendas decembris, indictione V, anno dominice incarnationis M. C. LVII, regnante domino Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus VI, imperii vero III.

Nos itaque qui Deum habemus pre oculis et personas ecclesiasticas ac ecclesiastica loca ipsius intuitu et humanitate nobis suggerente fovemus, attendentes fidem puram et devotionem sinceram quam dictus B. epi-

Digitized by Google

scopus ad majestatis nostre personam et sacrum imperium habet, ipsius quoque supplicationibus inclinati, privilegium divi imperatoris Friderici avi nostri memorie recolende indultum dicte ecclesie de verbo ad verbum inseri jussimus, omnia que continentur in eo de imperialis preeminentie gratia confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictum B. Avenionensem episcopum vel successores suos aut Avenionensem ecclesiam contra presentis privilegii nostri tenorem temere impedire vel molestare presumat. Quod qui presumpserit mille libras auri pro pena componat, medietatem scilicet camere nostre et reliquam medietatem passis injuriam applicandam. Ut autem hec nostra innovatio et confirmatio perpetuam obtineat firmitatem, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : Siffridus Maguntinensis archiepiscopus, Bertoldus patriarcha Aquilegensis, Hermannus Herbipolensis, L. Vormaciensis, R. Pataviensis episcopi, Joannes Arelatensis archiepiscopus, G. Valentinensis electus (1), B. dux Carinthie, R. comes Provincie, B. marchio Montisferratiensis, et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici II, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Hierusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense septembris, XII indictione, imperante domino nostro Friderico II, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno XVIII, regni Hierusalem tercio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo primo, feliciter. Amen.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno, mense et indictione prescriptis.

---

(1) Circa finem augusti mensis, Guillelmus electus de Valencia frater comitis Sabaudiae, marchio Lancia et senescalcus Dalphini cum ducentis militibus ad castra imperatoris Brixiam obsidentis advenerant et iter faciendo per Arginem de Buxeto obvios sibi Placentinos fugaverant, quorum quadringentos inter milites et pedites captos Cremonam duxerunt. Cf. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 174, 175.

Fridericus, Romanorum imperator, Laurentio Tricastino episcopo privilegium a seipso Gaufrido ejusdem ecclesiae episcopo quondam tempore regni sui indultum, renovat et inserendo confirmat.

(Edit. ap. BOYER DE SAINTE-MARTHE, *Hist. de l'église de Saint-Paul Trois-Châteaux*, p. 90.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus II, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, tunc officii sui debitum reddit cum fenore Deo vivo, cum ejus intuitu per quam (*sic*) preest principibus orbis terre, loca Deo dicata et personas ecclesiasticas pio favore tuetur, et justas earum favorabiliter petitiones exaudit. Quapropter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Laurentius venerabilis Tricastinus episcopus quoddam privilegium a majestate nostra tempore regni nostri ecclesie sue dudum clementer indultum nostro culmini presentavit, humiliter supplicans et devote ut ipsum innovare et omnia que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus tenor per omnia talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus II, divina ordinante clementia Romanorum rex et semper augustus, et rex Sicilie. [*Sequitur de verbo ad verbum privilegium quod supra*, t. I, p. 338.]

Nos igitur qui Dominum habemus pre oculis, et personas ecclesiasticas ac ecclesiastica loca ipsius intuitu, ac humanitate nobis suggerente, fovemus; attendentes fidem puram, et devotionem sinceram quam dictus Laurentius Tricastinus episcopus, fidelis noster, ad majestatis nostre personam et sacrum imperium habet; ipsius quoque supplicationibus inclinati, privilegium suprascriptum dudum indultum a majestate nostra predicte ecclesie sue tempore regni nostri de verbo ad verbum inseri

jussimus, omnia que continentur in eo dicte imperialis preminentie gratia confirmantes. Statuimus itaque et imperiali sancimus edicto, ut nulla persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictum episcopum, aut successores suos, vel Tricastinam ecclesiam contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario inquietare vel molestare presumat : quod qui presumpserit mille libras auri pro pena componat, medietate camere nostre, et reliqua medietate passis injuriam applicanda. Ut autem hec innovatio et confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis, presens privilegium fieri, et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : Siffridus Moguntinus archiepiscopus, Bertuldus patriarcha Aquilegiensis, Hermanus Herbipolensis episcopus,... Wormatiensis episcopus, R. Pataviensis episcopus, Johannes Arelatensis archiepiscopus,. . . Valentinensis electus,. . . Papiensis, G. Lunensis episcopi, B. dux Karinthie (a), Henricus comes Ascarie, R. comes Provincie, B. Montisferrati marchio, M. marchio Lanzia, comes G. de Arnesten sacri imperii in Italia legatus, et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici II, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense septembris, duodecime indictionis, imperante domino nostro Friderico II, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno octavo decimo, regni Jerusalem tertio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo primo, feliciter. Amen.

Datum in castris in obsidione Briccie, anno, mense et indictione prescriptis.

In castris in obsidione Brixiae, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Humberto Diensi episcopo privilegia a Friderico primo avo suo Rotberto, 30 julii 1178, et a

(a) Nomina testium foede corrupta ad fidem documentorum quae praecedunt vel sequuntur restituimus.

Digitized by Google

seipso tempore regni sui Desiderio ejusdem ecclesiae episcopis concessa, renovat et confirmat.

(Inedit. ex codice pergam. Bibl. Cesar. Paris., 61 *Minimes*, dicto *tituli Dienses*, nitidae scripturae quae seculum tertium decimum redolet.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, tunc officii sui debitum reddit cum fenore Deo vivo, cum ejus intuitu per quem preest principibus orbis terre, Dei ecclesias et personas ecclesiasticas pio favore tuetur et justas earum petitiones favorabiliter exaudit. Ea propter noverit tam presens etas quam futura posteritas quod Humbertus venerabilis Diensis episcopus, fidelis noster, ad presentiam nostre majestatis accedens, privilegia quondam divi augusti imperatoris Frederici avi nostri memorie recolende et nostrum a majestate nostra tempore regni ecclesie sue dudum clementer indulta, nostro culmini presentavit, humiliter supplicans et devote ut ea renovare et omnia que in eis continentur confirmare de nostra gratia dignaremur. Tenor autem privilegii supradicti avi nostri per omnia talis erat :

[*Sequitur privilegium Friderici primi quod de verbo ad verbum Fridericus secundus exhibuit* (Cf. t. I, p. 330 et seqq.), *nisi quod pro* tibi Desiderio fideli et carissimo nostro, etc., *legatur in privilegio Friderici primi :* tibi Rodberto fideli et amico nostro sancte Diensis ecclesie episcopo nobis apud Arelatem occurrenti et pro ecclesia tua supplicanti, etc.]

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° C° LXXVIII, indictione X°, regnante domino Frederico Romanorum imperatore glorioso, anno regni ejus XX° VII°, imperii autem XX° IIII°, feliciter. Amen.

Datum in palatio Arelatensi, III kalendas augusti.

Nos autem tempore regni nostri Desiderio Diensi episcopo predecessori suo et ecclesie Diensi ac successoribus ejus donavimus, concessimus, confirmavimus atque investituram fecimus de omnibus que in suprascripto privilegio avi nostri predicti felicis memorie continentur. De habundantiori quoque celsitudinis nostre gratia concessimus sibi castrum quod

Digitized by Google

dicitur Quintum quod in suo excepit privilegio avus noster predictus de hiis que Guillelmus de Pictavia habebat in episcopatu Diensi, et ea idem avus noster per prescriptum privilegium suum ecclesie Diensi concessit. Concessimus etiam prefato Desiderio episcopo et gratia sui successoribus suis ut castrum in Monte Podonis juxta Diensem civitatem libere et quiete possideret et contra violentas predonum infestationes et insolitas tyrannorum exactiones ipsum castrum prout vellet edificare sibi liceret et munire. Concessimus preterea ut nulli hominum liceat acquirere feuda ejusdem episcopi et ecclesie sue nisi consilio et permissione sua et successorum suorum, et ut de nostra speciali liberalitate gauderet, concessimus sibi et successoribus suis ut in toto mense augusti in Diensi civitate nulli liceret vinum vendere, nisi sibi soli et successoribus suis vel illi cui distrahendum mandaretur. Concessimus etiam ut quocienscunque pro utilitate sua et ecclesie sue ad presentiam nostram accederet, ipse vel successores sui, vel a nobis aut a successoribus nostris vocaretur, provideret sibi Diensis civitas in expensis. Preterea vallem de Torena et quidquid nobilis mulier Isoarda in episcopatu Diensi tenebat et quicquid filii ejus in eodem adipisci possent, sicut ipsa coram predecessore suo Umberto recognovit in vita sua et etiam coram eo, et postea filii ejus post mortem matris coram ipso confessi sunt, de dominio suo esse voluimus et concessimus et sibi et successoribus suis jure perpetuo confirmamus, prout hec omnia in eodem privilegio nostro plenius continentur quod erat scriptum, prosignatum et subsignatum sub ea forma per omnia sub qua privilegia nostra circa tempus scribi, prosignari et subsignari consueverunt, et ipsum bulla aurea majestatis nostre fecimus communiri. Nunc itaque nos etiam qui Dominum habemus pre oculis et Dei eclesia ac ecclesiasticas personas ipsius intuitu ac humanitate nobis suggerente fovemus, attendentes fidem puram et devocionem sinceram quam dictus Humbertus episcopus ad majestatis nostre personam et imperium sacrum habet, ipsius quoque supplicationibus inclinati, tam suprascriptum privilegium antedicti imperatoris Frederici divi augusti avi nostri inclite recordationis de verbo ad verbum quam et tenorem memorati privilegii nostri que dudum Diensi ecclesie liberaliter indulta fuerunt, huic privilegio nostro inseri jussimus, omnia que

Digitized by Google

in eisdem privilegiis, videlicet tam sepedicti avi nostri quam nostro etiam continentur, de imperialis preminentie gratia confirmantes, salva in omnibus et per omnia imperiali jnsticia. Statuimus igitur et imperiali sanctimus edicto ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, memoratnm Humbertum venerabilem Diensem episcopum vel ecclesiam suam aut successores ejnsdem contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario inquietare vel molestare presumat. Quod qui presumpserit centum libras auri purissimi pro pena componat, medietate scilicet camere nostre et reliqua medietate passis injuriam applicanda. Ut autem hec nostra innovatio et confirmatio robur optineat perpetue firmitatis, presens privilegium fieri et bulla aurea tipario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujns rei testes sunt Siffridus Maguntinus archiepiscopus, Bertnldus patriarcha Aqnilegensis, Hermannus Herbipolensis,... Wormatiensis (*a*), R. Pataviensis episcopi, Johannes Arelatensis archiepiscopns, G. Valentinensis electus, R. Papiensis, G. Lunensis episcopi, B. dux Karinthie, Henricns comes Ascharie, R. comes Provincie, B. marchio Montisferrati, Manfredus marchio Lanza, comes Geveardus de Harnestein sacri imperii in Italia legatns, et alii qnamplures.

Signnm domini nostri Frederici secnndi, Dei gratia invictissimi Romanornm imperatoris semper augnsti, Jherusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° XXX° VIII, mense septembris, XII indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jherusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno XVIII°, regni Ierusalemitani XIII°, regni vero Sicilie XLI°, feliciter. Amen.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno, mense et indictione prescriptis.

(*a*) In codice *W. Ormatiensis.*

Digitized by Google

In obsidione Brixiae, 28 septembris.

Fridericus, Romanorum imperator, mandat Humberto episcopo Diensi ut falsis mensuris et ponderibus utentes punire faciat necnon communitatem tractanctes seu pedagium accipientes sine mandato suo speciali.

(Inedit. ex cod. pergam. Bibl. Cesar. Paris., 61 *Minimes*, dicto *tituli Dienses*.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex, venerabili Diensi episcopo fideli suo gratiam suam et omne bonum. Ad audientiam serenitatis nostre pervenit quod propter injustas mensuras et iniqua pondera in civitate Diensi non modicum habitatoribus dispendium afferatur. Intelleximus etiam quod in eadem civitate societates et conjurationes interdum illicite committantur, propter quas status pacificus civitatis propensius impeditur. In episcopatu vero Diensi pedagium et guidagium in locis pluribus indebite extorquentur. Alias quoque multa necessario statuenda in memorata civitate comperimus que ad commodum omnium civium redundarent. Audivimus insuper quod plura ibidem in nostrum et imperii sacri prejudicium committantur. Volentes igitur in omnibus supradictis provisione congrua adhibere utpote qui ad prosperum et pacificum statum nostrorum omnium et imperii fidelium intentione vigili aspiramus, fidelitati tue precipiendo mandamus quatinus in civitate Diensi legales mensuras et justas et legalia ac justa pondera statuas firmiter ordinari, ut ematur et vendatur, mensuretur et ponderetur ipsis ponderibus et mensuris secundum qualitates temporis et prout habita inquisitione hominum civitatis poterit inveniri. Habentibus autem falsas mensuras aut falsa pondera debitam penam infligas. Pro fructibus et rebus aliis conservandis tam in civitate Diensi quam in suburbiis bannum ponas et multam indicas, prout justicie et civitatis utilitati videris expedire; imponas quoque pecuniariam penam prout justicie videris convenire, ut nullus in civitate Diensi conventiculum, societatem,

Digitized by Google

conspirationem vel conjurationem aliquam aliquatenus tractare presumat, et districte ex parte nostra precipias sub certa pena quod homines civitatis Diensis communitatem non habeant nec aliqui commune habere presumant, preter specialem concessionem divorum augustorum predecessorum nostrorum aut nostram. Expressim preterea prohibere procures ne quis in Diensi episcopatu pedagium vel guidagium aliquod accipiat ubi (*a*) concessum existat ex permissione nostri culminis speciali (1).

Datum in obsidione Brixie, XX° VIII° septembris, duodecima indictione.

Fridericus, Romanorum imperator, suo vicario mandat ut diffidet Januenses rebelles imperii, qui mentiti sunt fidem quam promiserant, et ipsis omnia damna quae potuerit inferat. [Circa septembrem.]

(Edit. ap. *Petri de Vin. Epist.*, lib. III, cap. LXXXV, coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *Fonds Notre-Dame*, n° 202.)

Fridericus, etc. Venientibus ad presentiam nostram pridem nunciis Januensibus, et pro parte totius communis eorum ferentibus litteras ac auctoritate ipsorum promittentibus et jurantibus fidelitatem nostram servare ac nostris stare beneplacitis et mandatis; nos ex imperialis clementia dignitatis, qua gloriosius reputamus misericorditer subditis ignoscere, et eos in nostra gratia reformare, quam eorum desiderare vindictam, per eosdem nuncios et pro parte communis eorum prestitum juramentum be-

(*a*) Sic. Legendum vero videtur *nisi* vel *nisi ubi*.

(1) Hoc ipso tempore Fridericus II Diensibus civibus per litteras suas imposuit octo millia solidorum pro militibus per Joachimum Spinolam de mandato Diensis episcopi ductis in Lombardiam ut imperatori Brixiam obsidenti subsidium afferrent. Spinola autem vicarius erat imperialis per regnum Arelatense et Viennense constitutus. Cf. COLUMBAUM, *De reb. gest. Valent. et Diens. episcop.*, p. 106.

Digitized by Google

nigne recepimus : ad civitatem ipsam speciales nuncios cum literis nostris benignius transmittentes, qui recepto (sicut moris est) fidelitatis ab omnibus debito juramento, eos restitutionis gratie nostre certos efficerent et jucundos. Sed cum iidem nuncii contrarium invenissent, fidem eorum qui pro parte communis ad nos venerant in sua promissione mentitam, et voluntates omnium in perfidia potius quam in promissa fidelitate nostra deprehenderent obstinatas; ad nos sine quolibet effectu reversi, nunciarunt Jannenses in errore et rebellione solita pro eorum infortunio perdurare. Cum igitur invitis gratia non prestetur et in contemptores gratie ac rebellionis amicos in proximo maneat debite judicium ultionis; eos tanquam infideles cum fidelibus nostris participare nolentes, nec uti aliqua commoditate cum eis; fidelitati tue mandamus, quatenus de cetero communi Januensium opportunitatem quam tecum in terra soliti sunt habere, penitus deneges et diffides eos tanquam inimicos nostros et imperii per nuncios speciales : damna rerum et personarum ipsis ubicunque se facultas obtulerit, inferendo. Nos enim qui usque modo cum patientia dissimulavimus insolentiam et perfidiam eorundem, ipsos ad conservationem et penitentiam expectantes, in eorum ultionem contra eos amodo potentie nostre brachium taliter extendemus, ut cujus gratiam contempserunt, indignationem sentiant et vindictam.

[Circa septembrem.]

Fridericus, Romanorum imperator, fidelibus suis mandat quod non deferant victualia Januensibus infidelibus suis.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds Saint-Germ. Harlay*, n° 455, pars V, fol. 28.)

[Fridericus, etc.] Circa montana et maritima Janne vicinati, ex innata benignitate qua domini conversionem considerant subjectorum et ut conversi veniam mereantur, expectavimus eorum nuncios ad exigendam pro

Digitized by Google

preteritis excessibus veniam vicinius accessuros; qui cum non venerint, licet ad hoc fuerint ordinati, negligentiam et contemptum ab universitate pensantes, nostrorum oportnnitatem fidelinm pro eis duximus prohibendam; fidelitati vestre mandantes quatenus de cetero nulla victualia vel aliqnas res venales illuc deferre velitis vel permittatis aliqua temeritate deferri, nt eorum inobedientiam et errorem cognoscant (*sic*) quantum conferat subditis benevolentia dominantis et culpam in pena cognoscant quam admissise diutius presumpserunt. Si qnis vero. . . . .

(*Caetera desunt.*)

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem abbatissae et conventus de Niedermunster in Alsatia jus patronatus ecclesiae in Ottenrode confirmat quod in quaestione a Conrado in Romanorum regem electo ipsis mota coram judicibus ab archiepiscopo Moguntino deputatis evincere coactae fuerant.

In obsidione Brixiae, octobri.

(Inedit. ex originali in archivo praefect. Argentinensis, *Titres de Niedermunster.* Sigillo avulso pendent adhuc fila serica amaranthini coloris.)

Fredericns, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptnm notum facimus universis tam posteris quam modernis qnod cum pro parte venerabilis abbatisse ejusque conventus de Nidernmnnster in Alsatia, fidelium nostrorum, nostre fuisset celsitndini snpplicatum ut quia super jure patronatus ecclesie de Ottenrode de parte karissimi filii nostri Conradi illustris Romanorum in regem electi semper augusti et heredis regni Jerosolymitani, eis qnestio mota fuerit, ita quod expensis et laboribns fatigate tandem idem jus patronatus coram judicibus ad hoc deputatis a venerabili archiepiscopo Moguntino dilecto principe nostro, sacri imperii per Germaniam archicancellario, evincere snnt coacte, quieti earum super eo in anthea benignius consulentes processum eorumdem judicum, sicut legitime factus sit, ratificare et con-

Digitized by Google

firmare de nostra gratia dignaremur. Nos itaque dum per eumdem principem nostrum venerabilem archicancellarium Germanie de ipso negotio edocti plenius fuissemus, quod dicta abbatissa et ejus conventus dictum jus patronatus evicerant ad se et ad suam ecclesiam legitime pertinere, ipsarum devotis et justis supplicationibus benignius inclinati, processum ipsorum judicum, sicut juste et rationabiliter actus est, de mansuetudinis nostre clementia ratificantes ipsum auctoritate nostri culminis confirmamus. Nulli ergo hominum liceat presentis ratificationis et confirmationis nostre paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit graviter incurrisse. Ad hujus itaque rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo nostre celsitudinis jussimus communiri.

Testes quoque hii sunt : dilecti principes nostri Bertoldus venerabilis patriarcha Aquileigensis, Sifridus archiepiscopus Moguntinus, Hermannus Herbipolensis, Rudegerus Pataviensis et Landolfus Wormaciensis episcopi, Bernhardus dux Karinthie, Heinricus comes Ascarie, Heinricus comes de Henneberc, Conradus burcgravius de Nurenberc, Gotefridus et Conradus fratres de Hohenloh, Conradus de Smidelvelt et alii quamplures.

Actum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense octobris, duodecime indictionis.

Datum in obsidione Bryxie, anno, mense et indictione prescriptis.

In castris in obsidione Brixiae, octobri.

Fridericus, Romanorum imperator, ad conquestionem patriarchae Aquilegiensis contra quosdam infeudatos in Forojulii et Istria existentes, sententialiter declarat qui de causis criminalibus et aliis quae ad merum et mixtum imperium pertinent, se auctoritate propria intromittere praesumpserint et in abusione permanserint, mansorum sive advocatiae feudo privandos esse.

Digitized by Google

(Edit. ap. RUBEIS, *Monum. Aquileg.*, p. 698, et ap. MURATOR., *Scriptor. rer. Italic.*, t. XVI, p. 103. — Memorat. quoque ap. LIRUTI, *Notiz. del Friuli*, t. IV, p. 228.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dilectus princeps noster Bertholdus venerabilis patriarcha Aquilejensis in nostra proposuit presentia constitutus, quod cum quidam in Foro-Julio et in Histria existentes, qui a predecessoribus suis vel ab ipso per Aquilejensem ecclesiam infeudati sunt in mansis paucis vel plurimis, et quandoquidem in eis obtineant advocatiam gratia conferentis, iidem infeudati privatis eorum utilitatibus et suis proventibus non contenti, de futuris et aliis criminalibus causis et penis, judicium sanguinis inferentibus, et de quibusdam que spectant ad merum et mixtum imperium, que omnia pertinent jurisdictioni ejusdem principis nostri ratione regalium, se auctoritate propria intromittant, et hoc tamen sicut dicitur, quod mansos cum omni jure obtineant, ad juris injuriam attemptantes. Quare nostre celsitudini supplicavit, ut cum hec omnia tam predecessores sui quam ipse auctoritate imperii obtineant, dignaremur temeritati repugnantium obviare, et jurisdictionem suam servare integre dignaremur. Cum igitur spectet ad imperatoriam majestatem principum nostrorum juri prospicere, attendentes insuper immensam devotionem predicti nostri principis venerabilis patriarche, quem ad nostra et imperii servitia semper et ubique paratum et expositum invenimus, ut in sua jurisdictione injuriam vel incommodum non incurrat, predictam abusivam consuetudinem ab eisdem infeudatis inventam, vel hactenus approbatam penitus abolemus; presentis scripti auctoritate generaliter inhibentes quod nulli eorumdem infeudatorum in Foro-Julio vel in Histria de cetero liceat occasione mansi vel mansorum, quos ab Aquilensi ecclesia feudaliter obtinere noscuntur, vel sub pretextu advocatie, vel occasione prescripta, quod mansos cum omni jure obtineant, cum verbum ipsum *cum omni jure* privatas et annexas ipsis mansis utilitates exponat, de criminalibus causis, furtis, fustigationibus, vel consimilibus, que ad judicium sanguinis vel merum et mixtum impe-

rium sapiunt, cognoscere vel temere se intromittere sine predicti patriarche indulgentia vel mandato, sed tantum iidem patriarche et officiales sui quos auctoritate ordinaria jurisdictione loco et vice sua duxerint deputandos, predictam jurisdictionem exerceant sicut decet. Si quis vero contra presentis nostre prohibitionis edictum venire presumpserit, et in abusione solita tentaverint permanere, presumtores ipsos eorumdem mansorum, sive advocatie feudi ingratos decernimus et indignos; maxime quum privilegium dignum sit amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mensis octobris, XII indictione, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, et Hierusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno decimo octavo, regni Hierusalem XIII, regni vero Sicilie quadragesimo primo, feliciter. Amen.

In castris in obsidione Brixiae, octobri.

Fridericus, Romanorum imperator, formam pacis inter patriarcham Aquilegiensem et sindicos et procuratores civitatis Justinopolitanae (Capo d'Istria) tractatam, privilegio suo insertam confirmat.

(Inedit. ex copia coaeva in archivo cesar. Vindobon., quam nobiscum sua solita liberalitate communicavit doctus vir Boehmerus.)

Fridericus, Dei gracia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod venientes ad presentiam nostram Bertuldus venerabilis patriarcha Aquilegensis, dilectus princeps noster, ex parte una, et Albericus, Engelpretus scabini et magis-

Digitized by Google

ter Ricarius notarius, sindici et procuratores communis civitatis Justinopolitane, fideles nostri, de quorum sindicatu et procuratione facta est nostre curie plena fides, ex parte altera, majestati nostre humiliter supplicarunt ut infrascriptam formam pacis et concordie inter ipsum patriarcham et prefatos sindicos et procuratores pro parte ejusdem communis de communi voluntate tractatam, et utrinsque partis consensu firmatam, roborare assensu nostre excellencie dignaremur.

Forma autem compositionis et pacis talis est : Primo super facto judicii civitatis, quod si quando rectore civitas Justinopolis indigeret, ipsi Justinopolitani debent tres de Ystria vel de Foro Julii tantummodo nominare, unum liberum et alios duos ministeriales ecclesie Aquilegensis, qui in bona voluntate ipsius patriarche et gratia habeantur, et ipsorum unus in rectorem eis, quem tamen patriarcha nominatus elegerit, concedetur. Si vero illos tres, qui primo extiterint nominati, dictus patriarcha in gratia sua et bona voluntate non habeat, iterum Justinopolitani tres alios nominabunt, et sic tamdiu electionis modus iste probabitur, quousque talis in ipsorum nominatione deveniat, quem patriarcha ipse in rectorem duxerit concedendum. Provisum est etiam et in ipsa forma statutum, quod ipsius patriarche castaldio in civitate ipsa plenam habeat potestatem faciendi omnibus, presentibus suis judicibus, rationem, videlicet de allodiis propriis, de suspendio, exoculatione, abscissione membrorum, de latrociniis, de furtis contingentibus sanguinem, de omnibus penis corporalibus, que videntur ad penam sanguinis pertinere, excepta fustigatione quam pro blasfemia sive injuria rectori vel consulibus illatis aut etiam pro furto berbarum vel fructuum quis meretur, dum nequit juxta statuta civitatis furta hujusmodi emendare, et demum de omnibus aliis que spectare ad merum et mixtum imperium ac regalia dignoscuntur. Additum est etiam in forma ipsa, quod circa festum beatorum Petri et Pauli proxime venturum patriarcha predictus civitatem ipsam intrabit et de prudentum suorum et officialium conscilio statuta civitatis examinans, si qua invenerit contraria juribus marchionatus sui et regalium, illa pronunciabit irrita et statuet non valere, dictis statutis adjiciens que bonori suo et civitatis commodo viderit expedire. Si vero processu temporis Justinopolitani ipsi rectorem

Digitized by Google

habere noluerint, secundum suam consuetudinem tres consules de civitate et plures si voluerint eligendi habeant potestatem, qui consules debeant sacramenta prestare quod statuta ipsius patriarche recipient et inviolabiliter observabunt, nec ante prestacionem sacramenti jurisdictionem suam in aliquo exercebunt, et de illis tantum se intromittent de quibus consueverunt se intromittere rectores constituti a patriarcha superius nominato. In istius tamen sacramenti prestatione nuncius ipsius patriarche poterit interesse, si voluerit nuncium ad civitatem ipsam illis temporibus destinare, quibus sacramenta consueverunt consules exhibere, videlicet octo diebus ante kalendas martii, octo diebus ante festum predictum sanctorum Petri et Pauli, et octo diebus ante festum Omnium Sanctorum. Denique patriarcha ipse de questione aque Riczani et de postatico commune ipsius civitatis absolvit.

Nos igitur supplicationibus tam patriarche quam sindicorum predictorum benignius inclinati, prescriptam formam composicionis et pacis per presens majestatis nostre scriptum duximus confirmandam. Mandantes et imperiali sanccientes edicto, quatinus neutra parcium contra presentis compositionis et confirmacionis nostre tenorem ausu temerario venire presumat. Quod qui presumpserit centum libras auri purissimi pro pena componat, medietas quarum camere nostre, et parti lese reliqua medietas applicetur. Ad hujus itaque compositionis et confirmationis nostre memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in castris in obsidione Brixie, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense octubri, duodecime indictionis.

---

9 octobris. Die sabbati [IX octobris] summo mane imperator movit se ab obsidione fecitque comburere aedificia et castella lignaminum, dimittens in campo multos equos et boves infirmatos et diversus

Palazolum et Suncinum venit Cremonam, deditque codigium omnibus forensibus praeter Theotonicis. Eodem tempore imperator in Cremona Henzium filium suum naturalem militem fecit et cum comitiva militum ipsum mandavit in Sardiniam, ubi accepit in uxorem dominam illius insulae nomine [Adelasiam] (1). *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 169.

Apud Cremonam, octobri.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Stephani de Villars, quoddam privilegium de pedagiis apud Ambronay et Trevoux et de feudis Varey et Sancti Andreae Humberto praedecessori ejus ab Henrico Romanorum rege patre suo concessum, renovat et confirmat, eumdemque Stephanum de feudo praedicto investit.

(Edidit GUICHENON, *Histoire de Bresse et de Bugey*, Preuves, p. 248 et 250 [Lyon, 1650 fol.], ex archivo castri de Mailla.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod constitutus in nostra presentia Stephanus de Villariis fidelis noster quoddam scriptum felicis memorie patris nostri Humberto de Thoiria predecessori ejus (2) tempore regni sui

---

(1) Marianus de Turre, vir in Sardinia potentissimus, Barisonem et Adelasiam genuit. Post mortem Barisonis anno 1235 a suis occisi, Hubaldus Vicecomes, Pisanus civis, Adelasiae maritus, regni Gallurae et Turrium possessionem obtinuit. Anno vero 1238 ineunte Hubaldus vita functus est. Cujus viduam simul et regnum filio suo, invita tamen Romana curia, dedit imperator.

(2) Iste Humbertus dictus *de Thoire* reliquit primogenitum Stephanum de Thoire, qui duxit Agnetem de Villars filiam Stephani de Villars unicam et anno 1235 circiter obiit. Stephanus autem, filius Stephani et Agnetis, dominus de Thoire et de Villars, ille est cujus in hoc docu-

[indultum] nostro culmini presentavit, humiliter supplicans quatenus de feudo suo quod quondam Stephanus pater ejus a nobis et imperio tenuit et ipse nunc pro magna parte possidet et reliquum vendicare intendit, ipsum investire necnon et scriptum prefatum innovare et omnia que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus continentia talis est:

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus universis imperii fidelibus presentibus et futuris quod nos attendentes constantem et sinceram devotionem fidelis nostri Humberti de Thoiria quam nostre majestati exhibuit et in posterum semper prestare creditur plena fidelitate, concedimus ei duo pedagia que tenebat Stephanus de Villars regali authoritate in retrofeudo ab imperio deinceps tenenda, unum in carrata publica juxta Ambroniacum sex denariorum de Francia, reliquum in flumine Araris apud Trevoux sex denariorum. Ad hec ad posterorum notitiam pervenire volumus quod prefatus Humbertus quedam allodia sua dedit in proprietatem, scilicet castrum Vareggii et similiter ea que Amedeus de Coloniaco tenet ab eodem Humberto, scilicet medietatem castri Sancti Andree et quartam partem Varegii et insuper omnia ea que ab eodem Humberto tenentur in parrochia Poncinensi (1) nomine feudi sive per dictum Amedeum sive per aliumquemcumque, data sunt in proprietatem in imperio ab ipso Humberto; omnia vero predicta que a prefato Humberto in proprietatem recepimus, et eidem concessimus nomine feudi semper ab imperio tenenda (*a*); statuentes et authoritate regia per presentem divalem et pragmaticam constitutionem firmiter precipientes ut nulla omnino persona alta vel humilis, secularis vel ecclesiastica, contra hujusmodi scripti nostri paginam venire vel eam aliquo modo infringere presumat. Quod qui facere presumpserit quadraginta libras auri pro pena componat, medietatem camere nostre et

(*a*) In Impresso *tenendi.*

mento mentio fit. Anno 1246 decessit, relictis a Beatrice de Faucigniaco Humberto III et pluribus aliis liberis. Cf. Guichenon, *Ibid., Contin. tertiae partis*, p. 246 et seqq.

(1) Scilicet *Poncin*, in Bugeio (département de l'Ain).

Digitized by Google

reliquum passo injuriam. Ad cujus rei perpetuam evidentiam presentem chartam inde conscribi et majestatis nostre sigillo jussimus communiri. — Hujus rei testes sunt H. Basileensis episcopus, Ottho dux Burgundie illustris frater noster, Conradus palatinus comes Rheni, Hugo dux Divionensis, comes Hugo de Liningen et alii quamplures. — Datum apud Theyssonacum (1), anno Domini millesimo centesimo octuagesimo octavo, indictione sexta, decimo kalendas augusti.

Nos itaque ipsius supplicationibus inclinati, recepto ab eodem Stephano fidelitatis et homagii juramento, investivimus eum de predicto feudo suo necnon prefatum scriptum divi patris nostri felicis recordationis et auguste presenti scripto nostro inscriptum de verbo ad verbum jussimus innovari, omnia que continentur in eo imperialis munificentie robore confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto quatenus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana, predictum Stephanum super predictis concessis presentis scripti nostri tenorem temere impedire vel molestare presumat. Quod qui presumpserit penam in predicto scripto appositam quinquaginta librarum auri componat, quarum medietas fisco nostro et reliqua medietas passo injuriam applicetur. Ad hujus autem investitionis, innovationis et confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum, presens scriptum fieri et majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

Cujus rei testes sunt J. venerabilis archiepiscopus Arelatensis, Gulielmus Valentinensis electus, . . . episcopus Vercellensis, U. marchio Pallavicinus, M. marchio Malaspine, comes G. de Lomello, et alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense octobris, duodecima indictione, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege invictissimo, anno imperii ejus octavodecimo,

(1) Forsitan *Thoissey*, ad locum ubi Chalaronna in Ararim confluit, sive *Theyssilieu* juxta Sanctum Rambertum, nisi tamen agatur de nemore dicto *de Theyssonge*, ultra civitatem Burgum versus comitatus Burgundiae fines.

Digitized by Google

regni Jerusalem tertio decimo, regni vero Sicilie quadragesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Cremonam, anno, mense et indictione prescriptis.

Cremonae, octobri.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem civium Aptensium fidelium suorum, ipsorum civitatem, possessiones et jura sub sua speciali protectione recipit, eorumque bonos usus et consuetudines confirmat.

(Inedit. ex originali in archivo praefect. Massil., *Tour du trésor*, 6e *carré*, 17e *liasse*, *lettre H*. Sigillum cereum pendet filis sericis rubri flavique coloris. Memoratur, sed inepte, ap. Boze, *Hist. d'Apt*, p. 151.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis implet titulos, cum fideles et devotos suos benigne respicit, et justas eorum favorabiliter petitiones exaudit. Eapropter notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos ad supplicationem civium Aptensium nostrorum fidelium, civitatem Aptensem, cives, possessiones et jura eorum sub nostra et imperii protectione recepimus speciali; bonos usus et consuetudines approbatas quibus usi sunt cives civitatis ejusdem temporibus felicis memorie divorum augustorum Romanorum principum predecessorum nostrorum hactenus usque ad hec felicia tempora nostra, racionabiliter et quieto sibi auctoritatis imperialis munimine confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sanccimus edicto ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, dictam civitatem et cives ejus fideles nostros, contra presentis protectionis et confirmationis nostre privilegium, in possessionibus, juribus, consuetudinibus et bonis usibus suis, ausu temerario impedire, offendere, vel molestare presumat. Quod qui presumpserit, preter indignationem nostri culminis quam incurret, centum libras auri puri componat, medietate camere nostre, reliqua

Digitized by Google

dictis civibus nostris fidelibus passis injuriam persolvenda. Ut autem hec nostra protectio et confirmatio robur optineat perpetue firmitatis, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Cremone, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense octobris, duodecime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege pacifico, imperii ejus anno decimo octavo, regni Jerusalem duodecimo, regni vero Sicilie quadragesimo, feliciter. Amen.

Herbipolensis, Wormaciensis, Vercellensis et Parmensis episcopi, a papa delegati ad admonendum imperatorem de gravaminibus Ecclesiae in Italiae partibus illatis, rescribunt papae qualiter idem imperator ipsis, in praesentia multorum, super capitulis omnibus quae ibidem exprimuntur responderit, se ad unionem et pacem paratum ostendendo. Cremonae, 28 octobris.

(Edidit Matt. Paris., *Hist. maj. Angl.* ad ann. 1239, p. 333-335, edit. Paris. 1644. Quum notae chronologicae ibidem desint, has supplevimus ex Murator., *Antiq. Ital.*, t. VI, p. 87, ubi privilegia Ecclesiae Romanae e catalogo chartar. archivi Romani anno 1366 confecto recenset.)

Sanctissimo patri in Christo Gregorio, Dei gratia summo pontifici, sui devoti Herbipolensis, Wormaciensis, Vercellensis et Parmensis episcopi, humilem sui commendationem et reverentiam tam debitam quam devotam. Cum omni reverentia et devotione recepimus litteras apostolice sanctitatis per quas missi fuimus admonere dominum nostrum Romanum principem super quibusdam capitulis (a) que missa sunt eisdem litteris interclusa. Nos autem ex obedientie debito qua tenemur, ad tantum

(a) In impresso *capitibus*, male.

dominum (*a*), hesitantes tamen si monita nostra patienter acciperet, reverenter et devote pervenimus, et expositis omnibus que capitula continebant ac vestrarum per eum habita copia litterarum, faciente Domino qui gerit ac dirigit quo voluerit corda regum, in admirabili devotione et insperata humilitate se monitis nostris pronum exhibuit, inclinata imperialis audientia dignitatis. Ita quod nobis existentibus coram eo, presentibus quoque venerabilibus Panormitanensi, Messanensi archiepiscopis, Cremonensi, Laudensi, Novariensi et Mutinensi episcopis et abbate Sancti Vincentii, convocatis etiam quampluribus ex fratribus ordinis Predicatorum et Minorum, respondit ad singula que proposuimus seriatim, prout in sequentibus distincte ac plenarie continetur, sicut dominationi vestre responsionem ipsius juxta seriem capitulorum expositam, secundum apostolicam jussionem sub fido testimonio tenore presentium declaramus. *Propositio Ecclesie :* Montisregalis, Cephaludensis, Cathaniensis et Squillacensis ecclesie, Miletensis, Sancte Euphemie, Terre Majoris (1) et Sancti Joannis in Lamis monasteria sunt spoliata fere omnibus bonis suis. *Item* omnes fere cathedrales et alie ecclesie ac monasteria sunt per iniquam inquisitionem fere omnibus honoribus (*b*) suis spoliata. — *Responsio imperialis :* Super gravaminibus ecclesiarum que indeterminate ponuntur, quedam ignoranter commissa corrigi jussa sunt sine more dispendio, quedam vero jam correcta, sicut est in evidenti de fideli et industrio nuntio nostro ad hoc specialiter destinato, videlicet magistro Willielmo de Tocco (2) notario nostro, qui etiam jussus est transire per Romanam curiam et consulto venerabili Messanensi archiepiscopo, juxta consilium suum

(*a*) Ita ex var. lect. In impresso vero *debitum*.
(*b*) In impresso *hominibus*, male.

(1) *Torre Maggiore*, in Sipontina dioecesi.
(2) In impresso *de Tocto*, male. Nullum aliud de ista legatione monumentum superest, nisi ad hoc spectaverit epistola Friderici in codice 6584, Bibl. Cesar. Paris., *anc. fonds latin*, inserta cum hoc titulo : *Friderici imperatoris epistola ad Guillelmum de Tocco notarium apostolicum* (sic) *ad munus suum fideliter obeundum :* « Quia a nostris olim. » Haec brevissima epistola fol. 61 verso aderat, ut nos vetustior catalogus monet, dum codex ipse a multis annis frustra jam disquisitus nondum repertus fuerit.

procedere ad revocationem eorum que inveniret notabiliter facta; sic qnod in ingressu regni circa fines illos inveuit quedam que tenebantur per quosdam de familia imperiali quibus non pepercit, sed eos statim destituit, restituens destitutos, cum tamen habnerit iu mandatis quod ab imperiali fisco etiam revocaret, si qna inveniret illicite deprehensa. Sic quod fama eorum que gesserat perveniente ad curiam Romanam, dominus papa dicitur approbasse mittentis providentiam et diligentiam missi. Qui, cum regnum in diversas provincias sit divisum, nondum potuit omnes peragrasse ut que corrigenda invenerit corrigantur. *Item* de ecclesia Montis Regalis respousum quod nullnm gravamen habuit per dominum imperatorem, nisi velit notari de Saracenis qui occnpaverunt bona ecclesie per bellum; qui nec dominnm imperatorem nec Ecclesiam recognoscebant nec in aliquo pro posse suo pepercerant, imo destruxerant et depredati fuerant eam usque ad muros ecclesie et alicui de Sicilia non parcebant, ita ut in partibus illis nullus vel rarus christicola remansisset. Hos revera fatetur dominus imperator exterminasse do Sicilia cnm multis laboribus et expensis. Si reputant in hoc gravameu ecclesie (*a*), alias nescit quod unquam gravasset illam uec vnlt gravare. *Item*, idem dicit de ecclesia Cephaleusi, nisi forte taugatur de castro Cephalensi quod velut mnnitissimam arcem supra mare et stantem in marchia Saraceuorum tenuerunt semper reges Sicilie, et bone memorie Innocentius papa maudavit legato suo tunc temporis pro servitio nostro in Sicilia existenti ut illud reciperet ab episcopo ad cujus manus per turbationem venerat et non de jure; et quod legatus tempore pueritie nostre faceret teneri et custodiri pro nobis; nec episcopo presenti restituitur nec de jure restitui debet, quia non habet jns in re, et alias quod falsarius, homicida, proditor et schismaticus publico testimouio comprobatur; quare si etiam haberet jus in re, quod absit, restitui non tenetur. *Item* idem de Cathauensi ecclesia, nisi forte tangatur de hominibns demanii domini imperatoris qni temporibus belli propter locum securum et fertilem se Cathaniam contulerunt. Hos fatetur imperator se ad domania sua revocasse, secundum formam gene-

(*a*) Ibi aliquid deesse videtur.

Digitized by Google

ralis constitutionis regni per quam etiam comites et barones et omnes de regno homines de demaniis revocant ubicumque eos invenerint, sive in terris ecclesiarum, sive in civitatibus ipsius imperatoris (1). Nihilominus tamen super his forma statuta est et meta temporis posita ad requisitionem summi pontificis acceptata, prout constat ex litteris testimonialibus patriarche Antiochensis et Panormitanensis et Messanensis archiepiscoporum. *Item*, quod cum ecclesie Miletensis et Sancte Eufemie cum abbate et monachis Terre Majoris permutatio congrua facta sit de voluntate prelatorum ipsorum et conventuum, secundum formam juris et ipsi hodie res tenent et possident permutatas. Casale (*a*) vero Sancti Severi quod non erat in totum abbatis Terre Majoris Aconensis (*b*) ibi quedam jura habebat que tenebat in feudum ab ipso imperatore, per judicium fuit juste destructum quia homines illius loci tempore perturbationis occiderunt Paulum de Logotheta (2), bajulum imperatoris, et armenta imperialia diripuerunt, et nihilominus, ut dictum est, permutatio data est abbati et conventui pro parte sua et hodie tenent. Locus Lame cinctus est per sententiam ab abbate Sancti Joannis Rotundi qui de eo velut de re feudali potuit et debuit secundum jus civile et canonicum in imperiali curia conveniri. *Propositio Ecclesie:* Templarii et Hospitalarii bonis mobilibus et immobilibus spoliati juxta tenorem pacis non sunt integre restituti. *Responsio imperialis :* A Templariis et Hospitalariis verum est quod per judicium et per antiquam constitutionem regni Sicilie revocata sunt feudalia et burgasatica que habuerunt per concessionem invasorum regni, quibus equos, arma, victualia et vinum et omnia necessaria ministrabant abunde quando infestabant imperatorem, et imperatori, tunc regi pupillo et destituto, omne

(*a*) In libro impresso *Tassale.*

(*b*) Quid sonet hoc nomen minus liquet, forsitan *Apulensis,* nisi sit interpolatio pro *qui tantum* quod sensus petit.

(1) Cf. *Constit. regn.*, lib. III, tit. VI (t. IV, p. 123).

(2) Scribitur in Matt. Paris *de Longothan.* Lectionem vero Riccardi de S. Germano sequimur qui dicit ad ann. 1229 : « In Apulia illis diebus quidam Paulus de Logotheta imperialis justitiarius membratim trucidatus est ab iis qui odio imperatorem habebant. »

Digitized by Google

omnino subsidium denegabant. Alia tamen feudalia et burgasatica dimissa sunt eis qualitercumque ea adquisierunt et tenuerunt ante mortem regis Willielmi secundi seu de quibus haberent concessionem alicujus antecessorum suorum. Nonnulla vero burgasatica que emerunt revocata sunt ab eis secundum formam antique constitutionis regni Sicilie : quod nihil potest eis sine consensu principis de burgasaticis inter vivos concedi vel in ultima voluntate legari quin post annum, mensem, septimanam et diem aliis burgensibus secularibus vendere et concedere teneantur (1). Et hoc propterea fuit ab antiquo statutum, quia si libere eis et perpetuo burgasatica liceret emere sive accipere, modico tempore totum regnum Sicilie, quod inter regiones mundi sibi habilius reputarent, emerent et acquirerent, et hec eadem constitutio obtinet ultra mare. *Propositio Ecclesie :* Item quod non permittit cathedrales et alias vacantes ecclesias ordinari, et hac occasione periclitatur libertas Ecclesie, perit fides, quia non est qui proponat verbum Dei nec qui regat animas deficiente pastore. *Responsio imperialis :* Cathedrales et alias vacantes ecclesias dominus imperator libenter vult et desiderat ordinari, salvis privilegiis et dignitatibus que predecessores sui reges usque ad sua tempora habuerunt et quibus ipse modestius quam predecessores sui hactenus usi sunt, nec contra ordinationem ecclesiarum nunquam fuit. *Propositio Ecclesie :* De talliis et exactionibus que contra formam pacis ab ecclesiis et monasteriis extorquentur. *Responsio imperialis :* Tallie et collecte clericis et personis ecclesiasticis non pro ecclesiasticis rebus, sed pro feudalibus et patrimonialibus imponuntur, secundum quod est jus commune et obtinet ubique per orbem. *Propositio Ecclesie :* De hoc quod prelati non audent procedere contra usurarios occasione constitutionis imperialis. *Responsio imperialis :* Apparet generalis et nova constitutio contra usurarios edita per imperatorem (2) per quam in omnibus bonis eorum publice condemnantur et lecta est coram prelatis, per quam etiam non interciditur prelatis audacia procedendi. *Propositio Ecclesie :* Quod clerici capiuntur, incarcerantur, proscribuntur

(1) Cf. *Const. regni Sicil.*, lib. III, tit. XXIX (t. IV, p. 227, 228 et not. 1).
(2) Cf. *Constit. regni Sicil.*, lib. I, tit. IV, p. 10.

et occiduntur. *Responsio imperialis :* De captis et incarceratis nihil novit, nisi quod per officiales imperatoris aliqui capti sunt, assignandi juxta qualitatem excessuum judicio prelatorum. De proscriptis vero novit quod objecto quibusdam crimine lese majestatis, aliqui de regno sunt proscripti. Novit etiam de occisis quod propter impunitatem clericorum et monachorum, Venusina ecclesia gemit obitum prelati sui a suo monacho interfecti; et in ecclesia Sancti Vincentii monachus monachum interfecit, nec est inde aliqua vindicta sive pena canonica subsecuta. *Propositio Ecclesie :* De ecclesiis Domino consecratis que prophanantur et destruuntur. *Responsio imperialis :* Nihil omnino scitur nisi forte dicatur de ecclesia Lucerie que propter diutinam vetustatem per se dicitur corruisse, et quam imperator nedum quod reedificari [non] permittat, imo paratus est ad honorem Dei et Ecclesie de suo pro reedificatione ejusdem episcopum congrue adjuvare. *Propositio Ecclesie :* Quod non permittit reparari Soranam ecclesiam. *Responsio imperialis :* Soranam ecclesiam solam edificari permittit, sed civitatem non, ad minus diebus suis, que judicio est destructa. *Propositio Ecclesie :* Quod contra tenorem pacis hi qui adheserunt Ecclesie tempore turbationis bonis omnibus spoliati exulare coguntur. *Responsio imperialis :* Adherentes domino pape tempore turbationis contra dominum imperatorem secure in regno morantur, nisi forte qui officia et jurisdictiones exercuerunt, metu ponendi rationem vel aliqui ne causis civilibus vel criminalibus conveniantur, morantur extra regnum; de quibus vult dominus imperator quod secure redeant si sibi et aliis conquerentibus, non tamen de eo vel ejus occasione quod Ecclesie adheserunt, velint facere rationem; sed cum de forma pacis tractatur, recordatur quod dominus papa contra eam et contra opinionem fere omnium fratrum, detinet civitatem Castelle. Pro qua detinenda in prejudicium imperii recepit pecuniam, existente domino imperatore pro servitio ejus contra Romanos et expendente proinde ultra centum millia marcarum argenti; adeo quod magnum commodum inde est Ecclesia consecuta tam de terra Romanis ablata et sibi restituta quam de libertate ecclesiastica reformata in Urbe, occasione servitii supradicti. *Propositio Ecclesie :* De nepote regis Tunicii quem non permisit venire ad apostolicam sedem ad suscipiendum bap-

Digitized by Google

tismi sacramentum, sed captivum detinet. *Responsio imperialis* : Quod nepos regis Tunicii non ut baptizaretur, sed ut aufugeret mortem quam preminabatur patruus suus de Barbaria fugit in Siciliam (1). Non tenetur captivus, sed liber per Apuliam vadit et diligenter quesitus si baptizari velit, omnino negat. Si tamen vult baptizari, dominus imperator acceptat et gandet, prout super hoc respondit alias Panormitanensi et Messanensi archiepiscopis. *Propositio Ecclesie* : De Petro Saraceno, fideli Ecclesie quem tenet captivum in injuriam Ecclesie, et fratre Jordane qui tenetur captivus. *Responsio imperialis* : Petrus Saracenus tanquam innimicus domini imperatoris et detractor ejus tam in Urbe quam alibi, captus est per eum. Item non in negotium regis Anglie venit, sed tantum litteras ipsius attulit, ut si forte caperetur, capto parceremus, attentius supplicantes. Quibus non obtemperavimus, quia rex nescivit quas mihi paravit insidias (2). De fratre Jordane, quod ipsum nec cepit nec capi mandavit, quamvis eum in sermonibus diffamaverat. Sed quia videtur a quibusdam fidelibus suis qui norunt mores et versutias ejusdem fratris quod status et mora ejus si fieret in marchia Tervisii et Lombardia, suspecta foret et nociva domino imperatori, prestita satisdatione quod in marchia vel Lombardia remanere vel morari non debeat, ipsum liberari mandabat, et assignari eum jussisset domino Messanensi archiepiscopo si dictum fratrem in predictum modum super se recipere voluisset. *Propositio Ecclesie* : De eo quod ipse seditionem movit in Urbe contra Ecclesiam per quam intendebat Romanum pontificem et fratres suos a sua sede repellere et contra privilegia, dignitates et honores apostolice sedis libertatem ecclesiasticam conculcare. *Responsio imperialis* : Seditio mota in Urbe contra Ecclesiam per dominum imperatorem negatur : sed cum ipse habeat fideles suos in Urbe, sicut predecessores sui tam Romani principes quam reges Sicilie soliti

(1) Tunc temporis Tunicii rex, ut apud de Guignes (*Hist. des Huns*, t. I, part. I, p. 386) legitur, vocabatur Abou-Zakaria-Yahia ex gente Abouhafs, qui cum fratrem suum regno expulisset, fratris hujus filium de quo ibi mentio fit omnimodo persequebatur.

(2) Cf. quid de captivitate Petri Sarraceni ad ann. 1239 ineuntem narret Matt. Paris., *Hist. maj. Anglor.*, p. 327.

sunt habere, quia senatores aliquando electi per potentiam adversariorum eos offendere contendebant, astabat defensioni eorum, sicut astaret quoties in similibus expediret. Cessante vero causa, videlicet quod alius senator communiter electus fuit, cessavit turbatio supradicta, prout constat de rei evidentia ex testimonio Panormitanensis et Messanensis archiepiscoporum. *Propositio Ecclesie :* De eo quod mandavit quibusdam fidelibus suis ut episcopus Prenestinus apostolice sedis legatus detineretur. *Responsio imperatoris :* Super mandato detentionis episcopi Prenestini respondit quod nunquam mandavit nec etiam id somniavit dominus imperator, quanquam de eo id juste facere potuisset tanquam de inimico suo. Qui licet missus per dominum papam tanquam vir religiosus, tamen de mandato domini pape, ut ipse dixit, Lombardiam pro magna parte contra dominum imperatorem callide et perniciose subvertit et Lombardos contra ipsum quantum potuit animavit. *Propositio Ecclesie :* Quod per eum impeditur negotium Terre Sancte occasione discordie quam habet cum quibusdam Lombardis; cum parata sit Ecclesia dare opem et operam efficacem ut sibi et honori imperii super his que commissa sunt contra eum a Lombardis congrue satisfiat, et Lombardi ipsi ad hoc ipsum sint preparati : moneatur super his omnibus et responsum ejus significetur nobis. *Responsio imperialis :* Super negotio Lombardie dixit dominus imperator quod illud multoties commisit Ecclesie, nec inde est aliquod commodum assequtus : nisi quod prima vice condemnati sunt Lombardi in quadringentis militibus quos dominus papa tali modo fecit ei solvi, quod ipsos contra ipsum imperatorem misit in regnum. Secunda vice condemnati sunt in quingentis militibus quos non imperatori contra quem commissa erat injuria, sed sub protectione et ad requisitionem domini pape et Ecclesie que offensa non erat ultra mare transmitti pronuntiavit; quod etiam nunquam factum fuit. Tertia vice ad requisitionem cardinalium, scilicet quondam episcopi Sabinensis et magistri Petri de Capua, plene, sicut dominus papa dictavit, commissum fuit dictum negotium Ecclesie, nec unquam postea de hoc fuit verbum, nisi quando dominus papa novit quod imperator postquam ei toties fuerat illusum, descendere cum exercitu a Germania in Italiam se parabat, et tunc instanter petiit denuo negotium

Digitized by Google

sibi committi; et dominus imperator licet in eadem commissione naufragium sepe expertus fuisset, voluit tamen sibi committere ad certum diem et sub conditione quod ad honorem suum et commodum imperii firmaretur. Quam conditionem dominus papa, prout per litteras suas constat, admittere noluit, quanquam ad presens per litteras suas dicat quod Ecclesia negotium ipsum salvo jure et honore imperii fuisset definire parata; et ex hoc patet quod littere ipse sibi invicem manifestissime contradicant. Et ne pretendatur quod in prejudicium Terre Sancte velit dominus imperator jura imperii in Italiam restaurare, qualiter dominus imperator negotium Terre Sancte assumpserit nec duxerit negligendum, apparet per litteras suas responsales regibus orbis et crucesignatis in Francia scriptas qui ipsum in dominum et rectorem exercitus elegerunt. Per quas etiam respondit insuper eisdem quod negotium ipsum de consilio Ecclesie tractare volebat. Denique tamen super omnibus gravaminibus ecclesiarum corrigendis, notarius domini imperatoris in specialem nuntium, sicut superius est propositum, est transmissus. Addidit preterea imperialis responsio quod id quod enormius est et in admirationem et stuporem omnium audientium verti debet, post recessum supra memoratorum Panormitanensis et Messanensis archiepiscoporum quibus dominus papa Ecclesie gratiam pro domino imperatore promisit et quod voluit unum et idem esse cum eo, domino imperatore prout decuit non modice hoc attentante, postquam sufficienter fuerat eis ad quedam capitula missa per eos responsum, prout in eorum attestatione consistit, post tergum et in confusionem eorumdem archiepiscoporum, eis omnino nescientibus, misse sunt littere iste et capitula interclusa prelatis, que licet speciem admonitionis contineant, sugillationem tamen imperialis fame continent manifeste. Ultimo generale verbum respondit et proposuit dominus imperator quod cum ipse diu fuerit absens a regno et regni statum ignoret, quicquid unquam in gravamine ecclesiarum factum est, quod remaneat emendandum integre et sine difficultate aliqua id emendari mandabit, et nihilominus propter universale bonum quod ex unione inter ipsum et Ecclesiam provenit, paratus est omnem prorsus securitatem que Ecclesiam et ipsum imperium deceat prestare Ecclesie, quod ad honorem et exaltationem fidei

christiane et ad honorem et libertatem ecclesiasticam conservandum sit unum et idem cum Ecclesia, viribus et potentia sua ad hoc ex toto conversis.

Datum Cremone, in domo imperiali apud Sanctum Laurentium, V° kalendas novembris, indictione duodecima.

Mense novembris Messanensis archiepiscopus cum Berardo Panormitano archiepiscopo et Thoma de Aquino Acerrarum comite et cum magistro Roggerio Porcastrella, ab imperatore remissus ad papam, Romam veniunt pro pace et forma concordiae hinc inde tractata.

Mense decembris ... Messanensis archiepiscopus et dictus comes Acerrarum et magister Roggerius Porcastrella de Urbe a papa digressi sunt, quorum duo, scilicet comes et magister Roggerius, in regnum redeunt. Messanensis vero archiepiscopus se Anagniam confert .... Dictus magister Roggerius cum responso papae ad imperatorem redit (1). Ricc. de S. Germano, *Chronic.*, ad ann. ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1040-1041.

Cremonae, 6 novembris. Fridericus, Romanorum imperator, Landolfo episcopo Wormatiensi curam committit statuendi singulis annis quatuor de ministerialibus ecclesiae et octo de circumspectis civibus, qui cum ipso seu alio cui vices ipse commiserit, omnia statuant ad honorem

(1) Ex narratione Riccardi comperimus Rogerium Porcastrellam non ante natale Domini festum hujus anni 1238 ad curiam imperatoris fuisse regressum.

Digitized by Google

ecclesiae et tranquillum civitatis statum, approbata consuetudine ecclesiae et civitatis in omnibus observata.

(Edid. SCHANNAT, *Hist. episcop. Worm.*, t. I, p. 374.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, dilecto principi suo Landolfo venerabili Wormatiensi episcopo gratiam suam et omne bonum. Quia tranquillo statui Wormatiensis ecclesie et civitatis ejusdem nostra providentia suffragante consultius volumus providere, tenore presentium duximus statuendum quod IV de ministerialibus ecclesie et VIII circumspecti viri de civibus per te annis singulis statuantur (1), qui una tecum vel cui commiseris vices tuas, ordinent et statuant que honorem ecclesie et tranquillum statum respiciant civitatis, approbata consuetudine ecclesie et civitatis in omnibus observata. Presenti quoque statuimus et mandamus edicto ut predicti XII viri qui statuti fuerint de anno mutentur in annum, et alii provisione consimili a te vel cui committere volueris statuantur, ut per vicissitudinem et providentiam succedentium status ecclesie et civitatis commoditas de bono promoveantur in melius et in pace et justitia conserventur.

Data Cremone, VI novembris, indictione XII.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem episcopi Wormatiensis, juxta latam in curia sua sententiam principum, quidquid de teloneo, moneta et seculari judicio necnon et consimilibus a Wormatiensi ecclesia sine suo assensu alienatum vel Cremonae, novembri

---

(1) Igitur erronee dicit annalium Wormatiensium anonymus auctor (ap. BOEHMER, *Fontes*, t. II, p. 166) hoc statutum ab adversariis episcopi fuisse procuratum, cui se submittere pertinaciter Landolfus renuerit. Cum enim adhuc in curia imperiali episcopus magno exornatus favore remaneret, rem ipsi nec ingratam nec onerosam fuisse facilius crediderim.

Digitized by Google

subtractum extitit, ad jus et possessionem Wormatiensis ecclesiae revocat.

(Edider. Schannat, *Histor. episc. Worm.*, docum., p. 120. — Pertz, *Monum. Germ. histor.*, t. IV, p. 329.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, etc. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod cum in curia nostra, dictante sententia principum, et de speciali petitione conquerentium sit obtentum, quod toloneum, moneta, officium sculteti, et judicium seculare, nec non et similia, que principes ecclesiastici recipiunt et tenent de manu imperiali et predecessorum nostrorum, sine consensu nostro infeodari non possint, cumque quilibet imperator in indicta curia percipere debet integraliter, et vacantibus ecclesiis omnia usque ad concordem electionem habere, donec electus ab eo regalia recipiat; supplicavit celsitudini nostre venerabilis Wormatiensis episcopus, dilectus princeps noster, quatenus ea que per predecessores suos alienata sunt a sua ecclesia sine consensu nostro de predictis, ad jus et possessionem ecclesie Wormatiensis revocari de nostra gratia, juxta latam sententiam, mandaremus, his duntaxat que de consensu predecessorum nostrorum et nostro collata noscantur permansuris. Nos igitur prefati episcopi supplicationibus inclinati, et late super hoc sententie inherentes, quidquid de predictis telonio, moneta, et seculari judicio, necnon et consimilibus a Wormatiensi ecclesia per predecessores suos sine nostro consensu alienatum exstitit vel subtractum, auctoritate imperialis culminis ad jus et possessionem ipsius ecclesie revocamus; presentis scripti auctoritate mandantes, quatenus nullus sit qui contra latam sententiam et presentis nostre revocationis tenorem hujusmodi alienata temere audeat detinere. Quod qui presumpserit, penam transgressoribus sententie ac mandatorum imperialium debitam se noverit incursurum.

Data Cremone, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII, mense novembri, indictione XII.

Digitized by Google

Apud Cremonam, novembri.

Fridericus, Romanorum imperator, privilegium Friderici avi sui sub anno **1157**, vicesimo tertio die novembris, datum confirmans, concedit Guilielmo (de Sabaudia) Valentinensi electo civitatem Valentinam multasque possessiones quae ibidem recensentur, necnon et jus audiendi causas civiles et criminales, malefactores puniendi, accipiendi denarios, etc. Simul inhibet ne aliqua civium societas in episcopatu fiat praeter episcopi assensum, alienationes omnes revocando, etc.

(Edidit JOAN. COLUMBI, *Opusc. var.* in lib. I, *De episc. Valent.*, p. 268-270, in-fol. Lugduni, 1668.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus II, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Si bene meritis ac expertis fidelibus retributio redditur juxta votum, salubriter ex hoc consulitur profectibus largientis, quoniam eo fortius virtus roboratur principis quo plenius per eumdem subjectis providetur. Venientem itaque ad curiam nostram Guilielmum Valentinensis ecclesie venerabilem procuratorem seu electum debita honorificentia suscepimus (1) et consueta benignitate tractavimus, ipsumque de omnibus regalibus, castris, munitionibus et universis possessionibus civitatis Valentine et totius episcopatus plenissime investivimus; cum per privilegium inclyte recordationis Friderici avi nostri plene constiterit hec eadem ab ipso predecessorum suorum vestigiis inherente concessa fuisse predecessoribus

(1) Legitur ap. MATT. PARIS., *Hist. maj. Anglor.*, ad ann. 1238, p. 319 : « Rex autem Angliae sororius ejus (Frederici) centum ei milites armis et equis decenter communitos cum thesauro non minimo sub ducatu Henrici de Trubleville in auxilium destinavit. Ad cujus etiam auxilium cum militibus quos illuc tam comes Tholosanus quam Provincialis in auxilium imperatoris destinarunt, electus Valentinus qui plus de materialibus quam spiritualibus armis noverat, non segniter properavit. » Quo tempore Guillelmus ad imperatorem tunc Brixiam obsidentem advenerit, supra notavimus, p. 230, not. 1.

Digitized by Google

ipsius electi, episcopis scilicet Valentinis, apud Bisuntium, nono calendas decembris, indictione quinta, anno Domini M. C. LVII, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus sexto, imperii vero tertio. Quam concessionem ratam habentes et etiam innovantes concessimus prefato electo et per eum omnibus successoribus suis episcopis Valentinis in perpetuum civitatem Valentinam cum suis suburbiis et territorio et quicquid infra ejus ambitum et extra in toto episcopatu Valentino continetur, comitatum videlicet, abbatias, monasteria cum omnibus possessionibus eorum, forum, mercatum, duella, monetam, stratas, naulos, telonia, pedagia, castra, castella, villas, vicos, areas, servos, ancillas, tributarios, decimas, foresta, sylvas, venationes, furna, molas, molendina, aquas, aquarum decursus, campos, prata, pascua, terras cultas et incultas et commune forum agentium et sustinentium causas tam civiliter quam criminaliter. Quasdam etiam possessiones duximus exprimendas : castrum videlicet Alexiani cum appenditiis suis, castrum Montilisii (1) cum appenditiis suis, castrum Montislagerii cum appenditiis suis, castrum Balme cum appenditiis suis, castrum Faiciaci cum appenditiis suis, castrum Leberonis cum appenditiis suis, castrum Anrioli cum appenditiis suis, Castrum Novum cum appenditiis suis, Castrum Duplum cum appenditiis suis, castrum de Stella, castrum Alisii, castrum Saonis, castrum de Urre cum appenditiis suis, castrum Upiani cum appenditiis suis, castrum Coperii cum appenditiis suis, castrum Agustudini cum appenditiis suis, castrum Mirmande cum appenditiis suis, bastiam de Confluenci cum appenditiis suis, bastiam de Lisigniaco cum appenditiis suis. In supradictis vero omnibus et in toto episcopatu Valentino ordinariam prefato electo et per eum omnibus successoribus suis electis vel episcopis Valentinis concessimus jurisdictionem : scilicet ut tam in civitate et suburbiis quam in castris et villis propriis ecclesie causas tam civiles quam criminales per se vel per officiales suos audire, proditores, homicidas, adulteros, fures, latrones, perjuros et quoscumque in criminali causa convictos vel confessos et quoscumque falsarios, inter quos censemus omnes illos qui non legi-

(1) Verisimiliter legendum *Montelerii*, *Montellier*, media via inter *Alixan* et *Chabeuil* (Drôme).

Digitized by Google

timo pondere vel mensura vel canna utuntur, tam corporaliter quam pecunialiter punire possit et banna ponere et a transgressoribus penas exigere et omnia que ad ordinariam jurisdictionem pertinent exercere; hec etiam omnia possint idem electus et ejus successores per omnia alia loca episcopatus Valentini exercere per appellationem ad ipsum factam vel in defectu dominorum. Decernimusque et omnimodo mandamus observandum ne quis hominum preter electum vel episcopum Valentinum a flumine Isare usque ad castrum Montelii, a castro Criste usque ad villam de Subdione et in toto episcopatu suo pedagium vel quidagium accipere seu stratam publicam divertere vel aliquomodo impedire presumat. Concedimus quoque et imperialis majestatis donatione sancimus ut memoratus electus ejusque in perpetuum successores electi vel episcopi apud Valentiam vel Liberonem vel alibi in episcopatu habeant accipiendi facultatem liberam in onere cujuslibet equi sive muli per terram vel aquam deportato duodecim denarios similiter; in onere vero asini quod est in sale vel in ferro vel in ejusmodi quatuor denarios. Ad honorem quoque supradicti electi omniumque successorum ejus communem utilitatem imperiali districtu inhibemus ne aliqua occasione civibus Valentinis vel aliquibus aliis de toto episcopatu Valentino licitum sit inter se communem aliquam jurare societatem vel aliquando contra aliquem vel aliquos ordinare conspirationem, nisi id specialiter de arbitrio vel consensu ipsius electi vel episcopi qui pro tempore illic presidebit fiat. Ceterum ut pravas consuetudines ratio vincat et illicitos usus legum solvat autoritas, imperiali auctoritate in posterum interdicimus ne aliquis baronum vel alius Valentini episcopatus habeat facultatem beneficium seu feudum imperii, regni vel ecclesie alienare vel in alterius dominium sine ipsius speciali mandato transferre. Quod si factum est aliquo tempore, illud irritum revocamus, et si deinceps factum fuerit, legis vigore carebit. Castra igitur seu possessiones sic alienatas dictus electus et ejus successores tanquam eis commissas valeant vendicare. Interdicimus quoque ne aliqua persona civitatis vel episcopatus Valentini, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, castellum novum, bastiam sive munitionem aliquam facere presumat. Castra etiam vel munitiones que intra limites episcopatus Valentini sine speciali

Digitized by Google

mandato nostro vel predecessorum nostrorum a tempore coronationis divi augusti Friderici avi nostri constructa fuerunt, ad requisitionem ipsius episcopi tanquam constructa contra predicta ecclesie privilegia destruantur. Quod si castrorum vel munitionum domini ad mandatum ipsius electi vel successorum ejus facere recusaverint, ipsa castra seu munitiones eidem electo et successoribus suis incidant in commissum. Concedimus etiam supradicto Valentino electo et successoribus ejus ut si quando ipsos cum armis vel sine armis ad presentiam vel exercitum nostrum de mandato nostro seu pro negotiis nostris vel ecclesie venire contigerit, pro expensis ab eis in adventu vel in servitio nostro factis subventionem omnes homines episcopatus tam feudatarii quam alii, secundum quantitatem et qualitatem expensarum et facultates hominum predictorum, prestare teneantur. Ne vero predicta omnia aliqua valeant refragatione convelli, sed debita stabilitate ecclesie Valentine debeant inconcussa manere, omne auctoritatis nostre robur accommodamus et presentis privilegii munimine sepedicte ecclesie confirmamus, salva super omnia imperiali justitia. Nulla igitur in supradictis omnibus infestatio seviat tyrannorum, nulla potestas ibi per violentiam irruat, nullus comes aut judex legem in his facere presumat, preter episcopum Valentinum cui soli volumus hoc licere. Sit illa civitas Valentina, totus et episcopatus liber ab omni alia potestate. Statuimus insuper et imperiali sancimus edicto quod nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictum electum vel successores suos contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario impedire vel molestare seu in aliquo contravenire vel perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum et centum libras auri. . . . . pro pena quoties in toto vel in parte contravenerit, sciat compositurum, medietatem scilicet camere nostre et reliquam medietatem dicto electo vel ejus successoribus persolvendam. Ad hujus autem concessionis, ratihabitionis et innovationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : Herbipolensis, Wormatiensis, Vercellensis episcopi, dilecti principes nostri, etc. (*sic*).

Digitized by Google

Acta sunt hec apud Cremonam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo octavo, mense novembri, etc. (*sic*).

Apud Parmam, novembri.

In proximo mense novembris imperator equitavit Parmam eligens se in potestatem illius civitatis, ibique suo loco posuit comitem Simonem Theatinum. Hoc autem fecit occasione partium quae erant in ipsa civitate, et palatium quod habebat in Parma fecit ampliare et reficere, claudendo illud per girum firmissimo muro. *Chronic. de reb. in Ital. gest.*, p. 176.

Parmae, 26 novembris.

Fridericus, Romanorum imperator, hominibus Karii quos ab omnibus pactis et sacramentis personae seu societati cuilibet praestitis absolvit, mandat ut amodo de praedictis nulli providere vel respondere curent nisi de sua licentia speciali.

(Edider. Cibrario, *Storie di Chieri*, tom. II, docum., p. 104, ab exempl. authent. in parvo tabul. civit. Cherii, *Mazzo Caprine* 1190 ad 1300. — Minus recte J. Durandi, *Saggio sulla lega Lombarda*, p. 145, ap. *Memor. dell' Accadem. di Torino*, t. XL.)

Federicus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, consilio et communi Karii fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Cum ad petitionem et supplicationem vestram tanquam devotorum nostrorum fidelium ab omnibus conditionibus, pactionibus, conventionibus, jurisdictionibus, sacramentis et societatibus que et quas aliqua civitas, burgum, villa vel castrum, baro, marchio vel comes, collegium vel capitulum, aliqua ecclesia vel universitas aliqua vel qualiscumque persona ecclesiastica vel secularis vobiscum

habuerint usquemodo vel habituri cum eis fueritis aliquo modo, vos duxerimus de gratia nostre celsitudinis absolvendos (1), instrumenta vel scripta si que exinde facta fuerint amodo cassa et inania reputamus, fidelitati vestre (*a*) precipiendo quatenus nulli de predictis locis et personis de supradictis conditionibus et aliis superius nominatis amodo providere vel respondere curetis, nisi de nostra speciali licentia et mandato.

Datum Parme, XXVI novembris, XII indictione.

Apud Parmam, novembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Thomasio de Baczano bona quondam Alexandri Randifii consanguinei ejus sita in terra Bannensi, ad eum jure paterno pertinentia, concedit.

(Memorat. ap. *Regest. imp. Fred. II*, in edit. Carcaniana, p. 265.)

Datum apud Parmam, mense novembris, XII indictionis.

[Paduae, novembri exeunte.]

Eccelinus de Romano Friderico, Romanorum imperatori, scribit proditorum superbiam in terris marchionis Estensis contra stimulum calcitrare, hortaturque ut quam citius in partes Marchiae Tarvisinae veniat ubi rebelles feliciter edomabit.

(Edider. ROLANDINUS ap. MURATORI, *Scriptor.*, tom. VIII, p. 224. — LUNIG, *Cod. Ital. diplomat.*, t. III, p. 1957. — VERCI, *Stor. degli Ecelin.*, t. III, n° CL.)

Invictissimo et triumphatori domino Frederico, Dei gratia Romanorum

(*a*) In duobus legitur *fidelibus nostris*.

(1) Cf. de re eadem privilegium quod supra edidimus, p. 197.

imperatori et semper augusto, Hierusalem et Sicilie regi, suo domino speciali, Eccelinus de Romano ejus humilis serviens et fidelis et subjectus devotionis promptitudinem cum debito desiderio serviendi. Divine pietatis clementia humano quidem generi providit utiliter et eidem misericorditer dispensavit, dum quodammodo necessarium esse prescivit quod orbis terrarum diversorum et innumerabilium morum gentibus habitatus Romano tamen imperio utpote naturali et unico principio pareat et inclinet. Et ergo cum bone memorie pater meus Eccelinus dictus vere de Romano et ipse subditus et obediens extitisset imperio et corone, spem vite mee totaliter sub dominationis vestre clipeo posuit et tutela : pugno quoque et pugnabo dum vixero quod honor et culmen imperii de bono semper in melius augmentetur et crescat. Hoc est enim, ut video, singulare illud juste gubernationis remigium per quod navis hujus seculi transiens fluctus maris ad portum salutis adducitur; hoc est illud inclyte sapientie frenum cujus loris mundus quasi currens sonipes moderatur, ut per imperium castigentur enormitates, injurie retundantur, tumidi refrenentur, justitia conservetur in terris. Ecce nunc per Dei gratiam fere tota Italia cum ceteris mundi provinciis satis est subdita magni vestri nominis claritati; sola tamen quorumdam proditorum superbia contumax et effrenis in terris marchionis Estensis nititur contra stimulum calcitrare et sibi jam presumit attrahere quosdam sibi complices per quedam latibula Lombardie. Sed feriendus est serpens in capite ut corpus facilius devincatur. Quare majestatis imperatorie moveatur et exsurgat potentia, et dissipentur vestre celsitudinis inimici, et venire dignemini quam citius esse potest in partes Marchie Tarvisine. Scio namque pro certo quod protinus cum illic altitudinis vestre magnalia comparebunt, quicumque nunc velle videntur resistere, venient ad scabellum vestrorum pedum capitibus inclinatis et sic in illis partibus absque ullo discrimine vel labore omnia plana erunt, et sic ibidem habebitis pacatum imperium et tranquillum, aut excelsa manus vestre magnificentie rebelles conteret, falsos exterminabit et infideles proditores sacri imperii feliciter edomabit (1).

(1) Nil dubii quin ista epistola ad finem mensis novembris referri debeat, Eccelino tunc Paduae commorante, ut monet Rolandinus.

Cremonae, 21 decembris. Fridericus, Romanorum imperator, Ezelinum de Romano de fidelitate commendans, ei respondet se mirari quod Azo marchio Estensis a fide paterna erga se defecerit sicut et nobiles Marchiae Tarvisinae, nuntiatque se circa diem conversionis beati Pauli apud istam Marchiam pro certo affuturum.

(Edider. Rolandinus ap. Muratori, *Script.*, tom. VIII, p. 224. — Lunig, *Cod. Ital. diplom.*, tom. III, p. 1959. — Verci, *Stor. degli Eccel.*, tom. III, n° CLI.)

Fredericus, Dei gratia imperator Romanorum augustus, Hierusalem et Sicilie rex, dilecto fideli suo Eccelino de Romano gratiam suam et bonam voluntatem. Si diligenti cura conspicimus devotionis tue operam et effectum, appellari debes merito illius fidelitatis legitimus successor et heres quam olim digne recordationis et memorie pater tuus in tempore suo gessit imperio et corone. Quare fidelitatem tuam dignis laudibus commendamus et curabimus dante Deo de munere nostre gratie tuis obsequiis respondere. Inspicientes vero tuarum litterarum tenorem non possumus non mirari quoniam recordamur quod Azo Estensis marchio, de nostris fidelibus unus, pater marchionis presentis, fideliter nobis astitit quondam tam in belli tempore quam in pacis nec unquam defuit nostre imperatorie majestati. Si enim licet aliquando in primis annis in Apulia rebelles domuimus; si tempore procedentè in partibus Alemannie passi sumus plura discrimina; si civitatum lites et schismata sedavimus in partibus Lombardie, nemo fuit nostrorum principum vel baronum qui plus lateri nostro assisteret quam idem marchio; quem nostrum quasi patronum habuimus ab ipsis cunabulis et precipuum defensorem. Est itaque satis absonum, si filius tam enormiter a paternis actibus deviat et bene gesta parentis reprobabiliter dehonestat. De ceteris quoque Marchie Tarvisine nobilibus per nos nulla acerbitate gravatis, etiam admiramur si declinant ab imperiali servitio, velut in tuis litteris intuemur. Sed ad

partes illas expedit nos venire; unde noscas indubitanter nos transacto proximo festo Epiphanie, assnmturos favente Domino viam nostram; ita quod usque ad diem conversionis beati Pauli (1) vel circa, sperabimus te et alios nostros fideles de Marchia visitare, et super factis ipsius Marchie cum tuo et aliornm nostrorum fidelinm consilio quod ntilius fuerit faciemus.

Datum Cremone, XII kalendas januarii, anno Domini M. CC. XXXVIII.

Imperator apud Parmam natale Domini celebrat ibique repraesentatae sibi electioni a praedictis fratribus factae de fratre Stephano ab archiepiscopo Messanensi in abbatem Cassinensem, suum dedit assensum. Ricc. de S. Germano, *Chronic.* ad ann. 1238, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1041. Apud Parmam, 25 decembris.

Fridericus, Romanorum imperator, notum facit se omnino securitatis litteras episcopo Prenestino a papa in Provinciam contra haereticos deputato denegare, mandatque fideli suo ut apud summum pontificem persistat de ipso episcopo a legatione revocando. [Anno 1238 exeunte.]

(Inedit. ex cod. Philol. Bibl. Cesar. Vindobon., n° 305, fol. 126 recto-verso. Codex iste mendis scatet, quarum evidentiores correximus.)

Fridericns, etc. Recens est rei geste memoria, injnrie penetratio penes nos est altiori necessitate fundata qualiter Penestrensem episcopum, se nobis et imperio nostro probantem in omni eventu contrarium, commen-

(1) Scilicet 25 januarii.

Digitized by Google

dante (*a*) pridem apostolico patre de eo nondum bonum (*sic*) tanquam de homine quem offerebat vite celebris, evangelizande pacis avidum et nostri zelatorem honoris, licet nobis allegantibus opinionem contrariam et suspicionem justissimam in eumdem, ex instinctu ejusdem experti fuimus in medio nostrorum fidelium corruptelam. Venit enim non evangelizare pacem, sed gladium turbationis acuere, fideles nostros a fide pervertere et in fidelibus fomitem superstitionis afferre, adeo ut si ab experientia facti recte speculator inspiciat sequentia, veritatis indaginem demorabunt (*sic*), et casus fidelium qui per humilem conversationem vitari potuerunt, ipso dante causam eventui, per eum originem habuerunt vel invenerunt. Nuper enim, quod non potuimus absque admiratione perpendere, velud si corde nostro tam brevi et de facili prolabi potuerunt dicti hominis factiones, venerabilis in Christo pater summus pontifex nostre securitatis litteras pro eodem episcopo in Provinciam contra hereticos (1) proficiscendo petiit exhiberi. Sane cum regio pretaxata imperio nostro pertineat et occasio cause majorem partem talis regni contingat quod nostrum est et imperii speciale, et junior de veteri faciat ventura timeri, et pronunciatus evangelizator pacis olim in Italiam destinatus inventus sit, forsitan (?) preter spem et suggestionem apostolicam, in medio nostrorum fidelium perfidie ac scandali seminator, pes ejus de nostra licentia terram ipsarum partium non calcabit. Sunt enim alias circa (*b*) sedem apostolicam viri omni exceptione majores, quos et zelus Domini et legationum experientia ubique terrarum speciales jam

(*a*) In codice *quod amodo*.
(*b*) In codice *contra*.

(1) Bulla Gregorii papae qua Prenestino episcopo legationem in partibus Albigensibus et Tolosanis exercendam committit, data est Laterani, III idus maii, anno XII, scilicet 1238. Adest originale in archivo Galliae praecipuo, *Trésor des chartes*, J. 430, n° 12. Non vero ante mensem septembrem vel octobrem anni sequentis Prenestinum episcopum Occitaniam advenisse comperimus, dum adhuc Soranus episcopus mense februario 1239 in his partibus legatione fungeretur. Cf. Vaissete, *Hist. de Langued.*, t. VI, p. 17. Legitur quoque apud Ricc. de S. Germano ad mensem novembrem 1238 : « Guido Soranus episcopus legatus a papa in Provinciam mittitur. » Ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1040.

Digitized by Google

fecerunt qui sciant vel (*a*) possint causam sibi commissam non inutili (*b*) prosequi studio et infideles absque offensa fidelium perscrutari, quibus presto sumus adesse debitis, ut tenemur, auxilio et favore ad exterminium heretice pravitatis. Subest alia justa de motu nostro simul et ratio manifesta quod si transitum episcopi memorati permitti liberet, tot sunt longe lateque fideles nostri amatores nominis et honoris, quos illata nobis per eum respexit injuria, qui nobis tacentibus et remotis in tantum persone nomen abhorrerent ut auditu nominis ad vindictam patratorum excessuum moverentur, et cum post causam inchoatam sero posset remedium cogitari, quamquam id quod displiceret summo pontifici merito nos gravaret, quoad personam tamen patientis injuriam tolerabilem duceremus. Quo circa industrie tue (1) mandamus et justis imperantibus vocibus enarantis (?) quod apud (*c*) summum pontificem de ipso episcopo ab injuncta legatione consultius revocando persistas, ita quod si processit regredi procuretur, nec se in irato temerarium offerat quem provocavit tociens ad offensam.

Fridericus, Romanorum imperator, universis regni fidelibus notum facit quid in Lombardia contra rebelles suos egerit et agere disponat, mora sua in his partibus diutius protracta; mandatque ut ad novam collectam hilariter consurgant, quum praeteritam subventionem tanta patientia supportaverint. [Anno exeunte.]

(*a*) Hic amanuensis omnino somniavit, dum repetierit *et fecerunt*, addita linea *perscrutari quibus presto sumus adesse debitis;* quae quidem multo justius paulo infra suum locum obtinet.

(*b*) In codice *infimi*.

(*c*) *Apud* in codice deest.

---

(1) Verisimiliter Rogerio Porcastrellae haec fuit transmissa epistola, qui tunc temporis imperialia negotia in curia Romana prosequebatur.

(Edit. ap. Petri de Vin., *Epist.*, lib. II, cap. XXXIX, coll. cum codice Biblioth. Cesar. Paris., *fonds Notre-Dame*, n° 202.)

Fridericus, etc. Circa vos nostre mansuetudinis zelum, et circa nos vestre devotionis ardorem credimus apertius loqui quam scribere, et videre libentius cupimus quam audire. Exuberante verumtamen utilitate propositum et consilio voluntatem, violentiam in hac parte nobis ipsis indiximus, qui regi per alios merito dedignamur. Dudum etenim post obtentam de rebellibus nostris et imperii per miserabilem et innumerabilem vere stragem ipsorum, campestri disceptatione victoriam et potentiam, per subjugationem inexpugnabilium civitatum, que ad nos belli discrimine desperate infra murorum ambitus et munita locorum se septa concluserant, quam primum in exitu proximi veris nobis temporis habilitas se ingessit, quo poterant montes ex repercussione solis ad clypeos aureos refulgere, victricium aquilarum signis explicitis, tecta domorum nostrarum potenter exivimus. Castra nostra que, licet undique copiose militie muniverat copia, nostrorum verumtamen Apulorum, velut aurum intextum sericis, speciosa juventus et florida deauravit, in nostrorum rebellium reliquam depopulationem defiximus. Ac duas de nostris rebellibus fortes et fortissimas civitates, Brixiam videlicet et Alexandriam, eodem tempore divisis nostrorum exercituum copiis, sic instanter obsedimus, sic in totum evastavimus e vicino, ut ab obsidentium castris ad muros quindenarius pubes et octogenarius senex, frequenter inermes, projicere lapidem periculosum non crederent et difficile non putarent. Ad exterminium quorum idcirco tam cito castra nostrarum virium in campis eduximus, ut pubescentem ipsorum segetem et lachrymosas turgentium vitium palmites vastationis gladius, nullam temporis angustiam metuens, licentius devastaret, ut ex licenti nostrorum hostium vastitate, tantum nobis de reliquo tempore laxaretur, mutuatis ad reditum ex autumno diebus aliquibus, vel subtractione probabili defalcatis, quod ad delectabilem moram nostram vobiscum totam presentem hyemem et integram haberemus. Oblectante nos tamen nostrorum continua depopulatione rebellium, ac negociorum supervenientium sollicitudine semper succedente negociis, sic de die in diem viscosa Ligurie nos terra detinuit, ut non

tantum nobis esset de tempore residuum, ut in regnum imperiali dieta procedere et ibidem desiderata mora persistere, et ad depopulandas rebellium nostrorum reliquias tempore debito redire possemus. Longum etenim absentie nostre tempus quod nobis longissimum creditur, saltem presentiam nostri temporis longi exigit, ut damna compendiis repensentur. Sed nec utile nobis erat grande tam negocium imperfectum dimittere, quod fere jam ad desiderabilem exitum indefessus nostre sollicitudinis labor et calcatis jam hostibus instantia quotidiana gloriose deduxerat, in imperfecta consumatione differre : sed personam nostram salubrius vidimus presentibus exponere tediis, ut licentius vobiscum in posterum et honorificentius quiescamus. Indubitabiliter etenim credimus, immo scimus, quod etsi persone nostre presentiam ex fide diligitis, habentes tamen zelum secundum scientiam, corone nostre potissime desideratis honorem, pro quo nec personarum vestrarum periculis, nec rerum dispendiis hactenus pepercistis. Verum quantumcunque in oculis mentis nostre sint semper omnia gravamina vestra presentia, et illa potissime que pro presenti expeditione nostra Italie libentissime portavistis; illud tamen quod per istam ultimam subventionem vestram passos vos fore cognovimus, ad compassionem nostram tanto pervenit acutius, quanto vos illud sustinuisse libentius et prorsus ordinatius contemplamur; dum contra serenitatis nostre mandatum, quo facultates et merita singulorum equa lance mandavimus trutinari, alleviatis divitibus, gravati sunt pauperes, et omissis primatibus, instanter compulsi ad talia sunt plebei, prout in ipsis collectarum codicibus manifeste perspeximus, quos per officiales nostros ipsarum partium mandavimus nostro culmini presentari. Compatimur vobis, et vere compatimur, o fideles, propterque nota gravamina vos sustinuisse non tedeat. Sed ad presentem subventionem nostram (1), ex qua (favente magnificentia regis regum) consumationem negociorum nostrorum merito prestolamur, vestra devotio leta con-

(1) Ex ordine rerum hanc subventionem circa annum 1238 exeuntem impositam fuisse credimus, dum apud Riccardum de Sancto Germano legamus : « Mense januarii (1239) generalis collecta per regnum exigitur. » Ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1041.

Digitized by Google

surgat; in hoc perseverantie vestre signum potissime pretendentes quod sic ad petitum ad presens subsidium hilares assurgatis, ut quasi pro nobis preteritorum immemores, ipsorum nobis in totum memoriam relinquatis.

[Circa annum eumdem.]

Fridericus, Romanorum imperator, Conradum filium suum sapienter admonens reges non origine, sed potius virtute et prudentia a caeteris hominibus distingui, eum hortatur ut cesarea dignitate humiliata, sub regula praeceptoris disciplina et bonis artibus informetur.

(Edider. Martene et Durand, *Amplissim. collect.*, t. II, col. 1165-1166, n° XL. — Coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars III, n° 63, et cod. 4042, Ibid., *ancien fonds latin.*)

Fredericus, etc., Conrado filio suo, etc. Primatibus orbis et regibus clara progenies sola non sufficit nisi genus egregium generositas adjuvet et illustris industria clarificet principatum; nec ob hoc solum quod altius sedeant reges et Cesares ab aliis distinguntur, sed quod profundius videant et virtuosius operentur. Preterquam enim quod hominibus humanitate participant, vita communicant, sibi nichil precipuum vendicant si singuli virtute prudentie ceteros non precellant. Sic enim nascuntur ut homines et ut homines moriuntur. Nullus autem ex regibus, juxta sententiam Salomonis, ad vitam aliud habet nativitatis initium, alio potitus est exitu. Propter quod oportuit et voluit habere sapientiam spiritus quam preposuit regibus cunctis et sedibus; in comparatione illius nichil esse divitias reputavit. Ergo, fili mi, attende sapientiam et prudentie inclina aurem tuam ut regiis insigniis decoratus effectum regii nominis assequaris. Nomen enim regium idcirco quod subditos regamus, accepimus. Reges enim protinus esse desinimus si regali prudentia destituti privatorum regimine potius regimur quam regamus. Immo tanto se majori nota

notabiles faciunt principes inscii quam privati, quauto nobilitas sanguinis per infusionem subtilis et nobilis anime facit ipsos esse pre ceteris susceptibiles discipline, quantoque sublimium dispeudiosa simplicitas nou ipsos solummodo dispendiis afficit, sed subjectos, dum precipitium principis post se trahit populos ad ruinam. Propter quod merito dicitnr : « Ve terre cui rex puer preest », quia pueritia domini terra plectitur et regis stultitiam populus persepe deplorat. Et cum iuter ceteros priucipes a te velut iu Romanorum regem electo causa dependeat plurium populorum, propter quod de imprudentia tua posset periculosiora dispendia formidari, de uecessitate prudentiam amare te convenit, ad quam per studii scalam et discipline gradus celeriter perveuitur, et iu qua cesarea dignitate deposita, humiliato fastigio regie majestatis, sub magistri ferula, sub regula preceptoris non regem aut cesarem esse te convenit, sed scolarem. Doctoris igitur increpationibus pareas, doctrinam libenter accipias, et si scire desideras, desideres doceri. Eteuim juxta sapientie verbum, raro (*a*) qui corripientem dura cervice contemnit, repentiuus superveniet iuteritus et eum sauitas nou sequetur. Ut igitur velut sapiens filius patrem letifices, scientiam diligas uec abhorreas discipliuam nec regem ex nominis dignitate solummodo tibi fore sufficiat, sed ex regiminis virtute rectorem.

ANNO 1239. — INDICTIONE 12.

Fridericus, Romanorum imperator, universitatem Avenionensium fidelium suorum cum omnibus eorum bonis sub sua protectione recipit, concedit ut imperio tantum in aliquo teneantur et bonas eorum consuetudines confirmat. Apud Parmam, Januario.

(*a*) Ita in codicibus et in impresso; fortasse *vano*.

Digitized by Google

(Inedit. ex arch. praefect. Massil., *Tour du trésor*, 3e *carré*, 8e *liasse*. Ex originali sigillum appensum periit : remanent tamen fila serica flavi et rubei coloris.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Justis fidelium nostrorum supplicationibus condescendere cogimur quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod juste petitur per injuriam videremur. Inde est quod nos ad supplicationem universitatis civitatis Avinionensis nostrorum fidelium, tam civitatem eamdem quam nostram et imperii reputamus cameram specialem quam et universos homines habitantes in ea cum omnibus bonis eorum que in presentiarum juste tenent et possident et in antea justo titulo poterunt adipisci, sub nostra et imperii protectione recepimus speciali, ita ut nulli alii persone nisi nobis et imperio tantum in aliquo teneantur. De habundantiori quoque celsitudinis nostre gratia predictis fidelibus nostris omnes bonos usus et approbatas consuetudines quibus usi sunt hactenus, confirmamus, mandantes et presentis scripti sanctientes edicto quatenus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, contra presentis privilegii nostri tenorem predictam universitatem fideles nostros ausu temerario inquietare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem culminis nostri se noverit incursurum et centum libras auri optimi pro pena compositurum, quarum medietas fisco nostro et reliqua medietas passis injuriam applicetur. Ad hujus itaque protectionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : venerabilis Tranensis archiepiscopus, M. Parmensis, R. Reginus, G. Lunensis,..... (a) Imolensis episcopi, Obertus marchio Pelavicinus, R. comes Sancti Bonifacii, Symon comes Theatinus, Tepaldus Franciscus, Rao de Trentenariis, magistri Petrus de Vinea et Taddeus de Suessa magne curie nostre judices.

(a) Sic in originali, omissa initiali nominis littera.

Digitized by Google

Signum domini nostri Frederici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense januarii, duodecime indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno nonodecimo, regni Jerusalem quarto decimo, regni vero Sicilie quadragesimo secundo, feliciter. Amen.

Datum apud Parmam, anno, mense et indictione prescriptis.

Et eo anno, imperator Fredericus a Parma veniens et a Cremona venit Veronam XVI junii (*leg.* januarii). Et eo tempore ivit in Marchiam Trivisinam et obtinuit civitates Vicentiae, Paduae et Trevisii. Quem imperatorem Paduani cum eorum carrocio honorifice receperunt, et pax ab eo imperatore facta et publicata fuit ibidem. PARIS. DE CERETA ap. MURATOR., *Scriptor.* t. VIII, p. 650. Veronae, 16 januarii.

Venerat imperator Vicentiam, et inde motus sequenti anno M. CC. XXXIX, die septimo exeunte januario versus Paduam equitabat magnifice sociatus. ROLANDIN. ap. MURATOR. *Scriptor.*, t. VIII, p. 225. Cf. *Monach. Paduan. Chronic.*, Ibidem, p. 677. Vicentiae, Paduae, 25 januarii.

Fridericus, Romanorum imperator, confirmat donationem quam Paduae, februario.

Digitized by Google

Hertnidus de Pettovia ecclesiae Salzburgensi fecit de filia sua Adelheidi uxore Ulrici de Montparis in ministerialem concessa.

(Edid. HORMAYR, *Archiv für Geschichte, Statistik, Literatur*, etc., anno 1827, p. 536.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis quod Hertnidus (a) de Pettovia fidelis noster culmini nostro cum multa instantia postulavit quatinus [cum] filiam suam Adelheidim uxorem Ulrici de Montparis fidelis nostri, ministerialem nostram, donavit Salzburgensi ecclesie in ministerialem. . . . . . . de nostra gratia dignaremur. Nos itaque respectum habentes ad grata et devota servitia que dictus Hertnidus celsitudini nostre dudum exhibuit et exhibet incessanter, supplicationibus suis benignius inclinati, prefatam filiam suam ecclesie Salzburgensi in ministerialem liberaliter duximus conferendam. Ad hujus itaque nostre donationis memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri et majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

Datum Padue, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense februario, duodecime indictionis.

Padue, 22 februarii.

Fridericus secundus, Romanorum imperator, novam constitutionem de poena judicum male judicantium promulgat.

(Edid. prima vice PERTZ, *Monum. Germ. histor.*, tom. IV, p. 330, e cod. Bibl. Palat. Vindob. inter Salisburgenses, n° 343, Alberti de Tebaldo quaestiones exhibente. Quae hic statuuntur diversa sunt a constitutionibus Frederici pro regno Siciliae editis, lib. II, tit. 50-51.)

[Fredericus, etc.] Cum falsitates nimium inexecrabili pena puniri non possint et maxime sententiarum per quas lites et placita dirimuntur; si enim hee non rite vel injuste, sorde vel gratia, precio vel odio, a judi-

(a) Rectius, ut arbitramur, *Hartnidus*, germanice *Hartneid*.

Digitized by Google

cantibus proferantur, veritatis tramites obumbrantur et falsitatis vie lucido tramite lustrabuntur et persecutor justi qui semper luctando succubuit victoris nomen assumet; quod quidem humano generi et christiane fidei est contrarium. Justitia enim est fidei fundamentum et nichil rite potest edificari ubi deest fidei fundamentum; multo magis nequit jam edificatum ea parte semota subsistere. Hac igitur edictali lege in eternum Deo propitio valitura sancimus ut si qui judices cujuscunque dignitatis sint sorde vel gratia, rogatu seu precibus, precio vel odio seu aliqua alia causa injustas vel iniquas sententias nephando ore protulerint, capitali sententie subjugentur. Bona eorum insuper si in criminalibus causis ex quibus pena sanguinis infligitur, tales tulerint sententias, publicentur et impune per totum nostrum imperium ab omnibus occupentur. Si qui autem judices ob imperitiam vel errorem injustas tulerint sententias, non imputent legi, sed sue inscientie hoc attribuant. Itaque cum nomen judicis assumentes videantur se peritos asserere, eos dispendii, extimacionis ac et litis discrimen jubemus incurrere.

Data Padue, XXII februarii, XII indictione.

Imperator Fridericus secundus. Corruptores judicum in civilibus causis antiqua legum dampnentur sententia. In criminalibus autem qui judicem corrupit, cum ipso judice bonorum publicationem [et] capitalem sententiam patiatur.

Fridericus, Romanorum imperator, tres constitutiones contra haereticos jam antea a se ipso latas renovat et promulgat. Paduae, 22 februarii.

(Edidit Pertz, *Monum. Germ. histor.*, tom. IV, p. 326-329, ex regest. Innocent. IV, anni XI, litt. curial. 47, ubi papa ea potestatibus, consiliis et communitatibus civitatum et aliorum locorum Italiae observanda proponit, dat. Asisii, XI kal. junii, anno pontificatus sui XI; et ad fidem cod. Vatic. 2648, fol. 37-39, necnon et cod. Bibl. Palat. Vindobon., inter Salisburgenses 343, Alberti de Tebaldo quaestiones continentis, quum jam olim inter *Petri de Vinea epistolas*, lib. I, num. 25-26-27 evulgata fuissent. Adsunt quoque in cod. MSS.

Statutor. civit. Pisanae, inclusa in bulla Clementis IV, dat. Perusii, mense novembri, anno pontificatus sui I, cum notis chronologicis eisdem. Jam ediderant ex Innoc. IV regest. Sbaralea, *Bullarium Francisc.*, t. I, p. 731 et seq.; — Bremond, *Bullar.*, t. I, p. 125. — Bzovius, *Annal. eccles. contin. Baron.*, t. XIII, inepte tamen ad ann. 1225, § VII, has constitutiones reponens. — Vide supra, t. II, p. 4 et 5, t. IV, p. 5, 298 et 300, t. V, p. 201, 215.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, etc., dilectis principibus suis, etc. Commissi nobis celitus cura regiminis, etc.

Datum Padue, XXII februarii, XII indictione.

Fredericus, Dei gratia, etc. Inconsutilem tunicam Dei nostri, etc.

Datum Padue, XXII februarii, XII indictione.

Imperator Fredericus, etc. Patarenorum receptatores et complices, etc. Incipiunt capitula, etc. Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumcisos, Passaginos, Joseppinos, Garratenses, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos, Comistos, Waldenses, Runcarolos, Communellos, Warinos et Ortolenos cum illis de Aqua Nigra (1) et omnes hereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia. (*Sequitur ut in aliis*).

Datum Padue, XXII februarii, XII indictione.

Paduae, martio.

Fridericus, Romanorum imperator, post priorem compositionem apud Clausam Sabionam coram se factam, sed minime observatam, alteram ordinat super damnis ab Alberto comite Tyrolensi ecclesiae et episcopo Frisingensi illatis, determinata pecuniae quantitate ac determinatis insuper tempore ac cautionibus.

(Edit. ap. Meichelbeck, *Histor. Frising.*, t. II, pars 1ª, p. 16.— Et ap. *Monum. Boica*, t. XXXI, pars 1ª, p. 572, e libr. cop. Frising., t. III, fol. 75 b.)

(1) Super his haereticorum nominibus ex editione epistol. Petr. de Vin. additis, cf. Sbaraleae et Pertzii animadversiones sub locis supra citatis.

Digitized by Google

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis quod constituti in presentia nostra C. venerabilis episcopus Frisingensis dilectus princeps noster et Albertus comes Tyrolensis fidelis noster compromiserunt in venerabilem archiepiscopum Salzburgensem et episcopum Pataviensem, dilectos principes nostros, comitem Meinhardum de Gorizia et Heinricum Aquensem prepositum, notarium et fidelem nostrum, stare dicto eorum super damnis illatis ab eodem comite episcopo nominato, de triennio antequam concordia inter eos apud Clausam Sabyone ordinata fuisset in nostra presentia (1), que tamen sicut asserebant fuit minime observata, pro quibus tunc emendandis apud eumdem locum dictus comes sibi posuerat fidejussores, et de damnis que sibi intulit postquam dicta compositio fuerat ordinata usque ad diem presentem, promittentes eorum arbitrio per omnia obedire. Nominatus igitur comes de arbitrio predictorum et ordinatione nostra promisit dicto episcopo vel successoribus suis qui pro tempore fuerint pro resarciendis damnis sibi et ecclesie sue illatis, sicut superius est expressum, persolvere trecentas marcas argenti ad pondus Colonie vel tria millia librarum Veronensis monete, X libris pro marca qualibet computatis, quarta decima die post festum beati Martini proxime futurum, tertia decima indictione, et XXV carradas vini apud Bozanum infra eumdem terminum ad mensuram Bozanam. Et si forte prenominatus comes idem promissum non curaverit adimplere, prefatus comes Goricie, Ulricus de Bozano, Ulricus de Risenberch, Heinricus burgravius de Luenz et Engelmarus Tarant, fideles nostri, data fide in manus archiepiscopi prescripti, juraverunt ex tunc intrare Brixinam, abinde nullatenus antequam prefato episcopo tam de prescripta summa pecunie quam etiam de vino per comitem Tyrolensem satisfactum fuerit, recessuri. Dicta vero solutio pecunie est sub prepositi et decani Brixinensis et Arnoldi de Rodench testimonio facienda, nec probari poterit ipsa solutio nisi per testes ipsos aut certos nuntios eorumdem. Ad cujus facti evidentiam et

(1) Hoc instrumentum detegere nobis non contigit.

Digitized by Google

utriusque partis instantiam presens scriptum fieri et sigillo nostro jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt : Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis, Rudigerus episcopus Pataviensis, Ch. abbas de Tegernsee, Heinricus Aquensis prepositus, Eberhardus decanus Frisingensis, Meinhardus comes Goricie, Egeno comes de Prano (Piano?), Hawardus judex Brixinensis, Uscalcus de Dewin, Ulricus de Risenberch, Heinricus de Luenz, Ulricus de Bozano, Engelmarus Tarant, et alii quamplures.

Datum Padue, anno dominice incarnationis millesimo CC. XXX octavo, mense martio, XII indictione.

Paduae, 10 martii.

Fridericus, Romanorum imperator, cardinalibus Ecclesiae Romanae scribit ut sententiam quam in se summus pontifex injuste proferre intendit, compescere procurent, dum ipse papae injurias, si in concepta pertinacia perstiterit, injuriis propulsare in proposito habeat.

(Edit. ap. Matt. Paris., *Histor. maj. Anglor.* ad ann. 1239, p. 332. — *Petr. de Vin. epist.*, lib. I, cap. VI. — *Alb. Stadens. Chronic.* ad ann. 1239. Nunc coll. cum codicibus Biblioth. Cesar. Paris., et in primis cum codice 455, *fonds S.-Germain-Harlay*.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, universis sacrosancte Romane Ecclesie cardinalibus, dilectis amicis suis, salutem et sincere dilectionis affectum. Cum sit Christus caput Ecclesie, et in Petri vocabulo suam fundaverit Ecclesiam supra petram, vos Apostolorum statuit successores ut Petro pro omnibus ministrante, vos qui estis candelabra Ecclesie supra montem, non sub modio constituti, revera omnibus qui sunt in domo Domini ex effectu bonorum operum luceatis, nec a publica mundi lingua et conscientia generali vos subtrahere intendatis; cum ad singula que presidens Sedi

Petri proponit statuere, vel denuncianda decreverit, equa participatio vos admittat, nisi ipsius (*a*) religionis Ecclesie status et zelus effervescens evitandi scandali generalis cautelam vobis suggesserit ad futura. Quis enim non miretur et stupeat, quod tot venerabilium patrum congregatione munitus Ecclesie generalis sedens in solio (utinam justus judex) inconsulte velit procedere, ac suis motibus excandescens, in Romanum intendit principem, advocatum Ecclesie, ac ad predicationem Evangelii (*b*) stabilitum, sententiam depositionis statuere (*c*) et ob favorem Lombardorum rebellium exercere spiritualem gladium, si dicere liceat, minus juste: cum alias quicquid (*d*) ex objectis ecclesiarum gravaminibus, que vel dicantur objecta vel que ut species a genere per individuum deriventur, vel emendationem ceperint, vel ad deliberationem nostri consilii sit in proximo, prout jussio jam precessit, debita et integra emendatio secutura. Nam ecce per patentes litteras prelatorum, quos mandatum apostolicum nobis prestitit monitores, evidens testimonium declaratur, et precedens nostra constitutio super vocatione prelatorum damna passorum, et de eisdem prestanda integra satisfactione prelatis, jam per litteras venerabilis archiepiscopi Messanensis vocato (*e*) ad hoc assessori nostro transmissas, evidens exhibet testimonium veritatis. Propter quod non indigne dolemus, si pater apostolicus offendere tam graviter nos intendat; unde, dum in constantem virum tam vehemens cadat injuria, et si patienter ferre voluerimus, immanitas negotii non permittit quin ad ultiones, quibus Cesares uti solent, facti violentia nos compellat. Verumtamen dum consideramus impatientiam procedentis, et difficultatem attendimus offensoris, si ex equo liceret privatas exercere vindictas, quas in hominem, per quem scandalum venit, et in sui participes sanguinis com-

(*a*) Ap. Matth. Paris. *previus*.

(*b*) In epist. Petr. de Vin. *ad precipitationem omnium*, minus recte; verbum quod sequitur, scilicet *stabilitum*, deest.

(*c*) Haec tria verba ap. Matt. Paris. desunt, eademque posterius interpolata libenter arbitramur.

(*d*) Sic in omnibus, dum *quaecumque* legi deberet.

(*e*) In epist. Petr. de Vin. *venerabili archiepiscopo Messanensi vocato*.

Digitized by Google

pensare possemus, ut in ipsum et suos attentata nostre Sedis injuria redundaret, tolerabilius duceremus. Sed cum nec ipse, nec propter hoc tota sua passura progenies tanti forent ut imperii culmen zelaret ultionem ipsorum; cumque Sedis ipsius authoritas audacie sibi frena relaxet si tot venerabilium fratrum suorum moles eum in concepta fovere pertinacia videatur, angit nos altiori mente turbatio : quod dum nos intendamus a persequente defendere, oportet nos defendendo gravius offendere resistentes (a), salva in omnibus Ecclesie sanctitate, quam cultu sacro et debita reverentia corde et ope veneramur. Quapropter venerandum vestrum cetum affectuosius deprecamur quatenus motus summi pontificis, quos ex caussis evidentissimis tam injustos quam voluntarios mundus agnoscit, ex deliberata modestia compescatis; generali statui Ecclesie presertim et quieti mentium a scandalis providentes. Nam cum ad salutem et honorem omnium vestrum favorabiliter alligemur, ab injuriatorum offensa non poterimus equanimiter abstinere quin, et si principiis obstare non possimus, licite liceat nobis injurias, quas revocare non possumus, injuriis propulsare.

Datum Padue, decima die martii, duodecima indictione (1).

Coloniae, 17 martii.

Conradus, Coloniensis archiepiscopus, concessioni quam Fridericus imperator ipsi fecit de denariis cerevisialibus apud Coloniam recipiendis, ratus se in eisdem nihil juris habere, penitus renuntiat.

(Edid. Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. band, p. 126, n° 246, ex originali in archivo civit. Coloniensis.)

(a) In codice 455 *sagitantem* : ap. Petr. de Vin. *satagentem*.

---

(1) Istae chronologicae notae in codice Bodleianae Bibliothecae 372 exhibentur et justae sunt. Quae tamen in cod. Bibl. Elisab. Wratislas. extant sub hac forma : *Dat. Padue, X kal. martii, indict. XII*, minus recta, et apud Matt. Paris : *Datum Podonii, decima die martii, undecima indictione*, ineptius etiam exprimuntur.

Digitized by Google

Conradus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie minister, Italie archicancellarius, universis presens scriptum audientibus et inspecturis in perpetuum. Notum esse volumus quod cum dominus noster Fredericus, Romanorum imperator, nobis in castris in obsidione Brixie anno Domini M. CC. XXXVIII, mense augusto, cum ipso existentibus, ob nostram et ecclesie Coloniensis necessitatem, denarios cerevisiales qui quandoque accipi Colonie propter urgentem necessitatem consueverunt, de facto integraliter recipiendos nobis concessisset et super hoc litteras suas patentes (1) dedisset, comperti postmodum et certo certiores redditi nos in eisdem denariis ex concessione dicti domini imperatoris nichil juris habere vel habere posse nec et in posterum, quod etiam litteris presentibus profitemur, predicte concessioni sive donationi jam facte vel que in posterum fieri possit et litteris super hoc concessis vel concedendis penitus renuntiamus; volentes ipsas esse irritas et inanes nec alicujus momenti, ac si que alie concessiones sive donationes et littere ab isto vel aliquo imperatorum super dictis denariis cerevisialibus in posterum fuerint impetrate, non valere (2). Ut autem hec in perpetuum illibata permaneant et inconvulsa, presens pagina nostro et ecclesie Coloniensis sigillis est communita.

Datum Colonie, anno Domini M. CC. XXXIX, in crastino Heriberti episcopi.

Sequente solemnitate de Ramis palmarum, totus quasi populus Paduae convenit in Prato vallis. Ibi dominus imperator sedens in eminentiori loco in suo throno se cunctis ostendit hilarem et jo- Paduae, 20 martii.

(1) Has nusquam invenire potuimus, dum paulo post cassatae et forsitan cancellatae fuisse videantur.

(2) Notandum ista renuntiatione jam archiepiscopum huic opinioni obviam ire, scilicet quod Colonia civitas imperialis (*Reichstadt*) fuerit, in qua imperator immediate aliquod publicum vectigal imponere posset.

Digitized by Google

cundum. Et Petro de Vinea Apulo ejus judice pro ipso domino sapienter locuto, inter dominum imperatorem et populum Paduanum foederavit quodammodo multam benivolentiam et amorem. Rolandin. *Chronic.*, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VIII, p. 226.

[Laterani, 20 martii.] Gregorius papa Fridericum, Romanorum imperatorem, ob causas ibidem seriatim expressas excommunicatum denuntiat, et omnes qui ei juramento fidelitatis tenentur, ab observatione hujus sacramenti absolutos decernit.

(Edit. ap. Matt. Paris., *Hist. maj. Anglor.*, ad ann., p. 329. — Albert. Stadens. *Chronic.* ad ann. 1239. — Raynald., *Annal. eccles.* ad ann. 1239, § II et seqq., e regestis pontificiis, quibusdam tamen praetermissis.)

Excommunicamus et anathematizamus auctoritate Patris et Filii et Spiritus Sancti et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et nostra Fredericum dictum imperatorem, pro eo quod contra Romanam Ecclesiam seditionem movit in Urbe (1), per quod intendit pontificem et fratres a sua Sede repellere, contra privilegia dignitatis et honoris Apostolice Sedis, contra libertatem ecclesiasticam, contra juramentum quo super hoc tenetur Ecclesie temere veniendo. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem, pro eo quod venerabilem fratrem nostrum Prenestinum episcopum, Apostolice Sedis legatum, ne in sua legatione procederet quam in Albigensium partibus pro corroboratione catholice fidei sibi commisimus, per quosdam fideles suos impediri mandavit.

(1) Circa finem anni praecedentis Bobacianus et Egidius Boetii cum caeteris Friderici secundi in Urbe fautoribus se contra papam in palatio veterum Cesarum muniverant. « Quorum solvit colligationes iniquas manus erudita pontificis, et per devotum Johannis de Judice tunc senatoris obsequium turres hostium et operosi marmoris tabulata palatia, nobile vestigium prioris aetatis, in opprobrium ruinae redegit. Tunc Cesaris cessere praeconia non auro, non astutia relevata. » *Vit. Gregor. IX*, ap. Murator., *Scriptor.*, t. III, p. 582.

Digitized by Google

Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod non permittit quasdam cathedrales ecclesias et alias vacantes ecclesias in regno reparari et hac occasione periclitatur libertas Ecclesie, perit fides, quia non est qui proponat verbum Dei nec qui regat animas deficiente pastore. Et sunt nomina dictarum ecclesiarum vacantium : Cathaniensis, Reginensis, Acheruntiensis, Squillacensis, Rubensis, Potentinensis, Hydrontinensis, Policastrensis, Sarnensis, Aversanensis, Valvensis, Monopolitensis, Polinanetensis, Melfiensis, Rapellensis, Cariatensis, Alifanensis, Mazarensis, Vigiliarensis et Fricentinensis (a) episcopatus : monasteria vero sunt ista Venusinum et Sancti Salvatoris Messanensis. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod in regno clerici capiuntur et incarcerantur, proscribuntur et occiduntur. Item quod in regno Ecclesie Domino consecrate destruuntur et prophanantur. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod non permittit Soranam ecclesiam reparari. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod nepotem regis Tunicii venientem ad Ecclesiam Romanam pro suscipiendo baptismatis sacramento, detinet nec venire permisit. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod Petrum Saracenum, nobilem civem Romanum, ex parte regis Anglie ad Sedem Apostolicam venientem cepit et detinet carceri mancipatum. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod terras Ecclesie, scilicet Ferrariam, Pigognanam, Bondenum, Ferrariensem diocesim et Bondenensem, Lucanensem diocesim (b) et terram Sardinie occupavit, contra juramentum quo super hoc Ecclesie tenetur temere veniendo. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod terras quorumdam nobilium de regno quas Ecclesia tenebat, ad manus suas occupavit et devastavit. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod quasdam ecclesias cathedrales, videlicet Mons Regalis, Cephaledensis, Catha-

(a) Haec nomina pro majori parte foede corrupta, ex comparatione nominum horum de regno Neapolitano locorum ubi sedes episcopales institutae fuerant, restituere curavimus.

(b) Alias *Massam Lunensis diocesis*, rectius. Vid. infra, p. 292.

Digitized by Google

niensis, Squillacensis, et quedam monasteria, videlicet Militensis, Sancte Eufemie, Terre Majoris et Sancti Joannis in Lamis, bonis suis spoliavit. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod multe ecclesie cathedrales et alie ecclesie et monasteria de regno per iniquam inquisitionem fuerunt fere bonis omnibus spoliate. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod in regno Templarii et Hospitalarii mobilibus et immobilibus spoliati non sunt juxta tenorem pacis integre restituti. Item pro eo quod tallie et exactiones contra formam pacis ab ecclesiis et monasteriis per ipsum extorquentur in regno. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod in regno ecclesiarum prelati et abbates Cistercienses et aliorum ordinum compelluntur per singulos menses dare certam summam pecunie pro constructione castrorum novorum. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod contra tenorem pacis si qui adheserunt Ecclesie, bonis omnibus spoliati exulare coguntur tanquam proscripti, uxoribus et liberis captivatis. Item excommunicamus et anathematizamus eumdem pro eo quod per ipsum impeditur negotium Terre Sancte et reparatio (*a*) imperii Romanie. Omnes autem qui juramento fidelitatis ei tenentur astricti ab ejusdem observatione juramenti decernimus absolutos, ne sibi fidelitatem observent districtius inhibentes quamdiu fuerit vinculo excommunicationis astrictus. Super oppressionibus vero et aliis gravaminibus nobilium, pauperum, viduarum, orphanorum et aliorum de regno, pro quibus idem Fredericus alias juravit stare mandatis Ecclesie, ipsum intendimus admonere (*b*) et in ipso negotio, dante Domino, procedemus sicut juste fuerit procedendum. Porro pro omnibus et singulis supradictis pro quibus dictus Fredericus a nobis diligenter fuit admonitus et frequenter nec parere curavit, eumdem Fredericum excommunicationis et anathematis vinculo innodamus. Ceterum quia idem Fredericus de dictis et factis suis, multis clamantibus per universum quasi orbem quod de catholica fide recte non sentiat, est graviter diffamatus,

(*a*) Ap. Raynald. *recuperatio.*

(*b*) Ap. Matt. Paris. *amovere,* minus nostra sententia recte.

nos dante Domino super hoc loco suo et tempore procedemus, secundum quod in talibus requirit ordo juris (1).

Lateranl, 20 martii.

Gregorius papa archiepiscopo Mediolani et ejus suffraganeis mandat ut in Fridericum dictum imperatorem excommunicationis et anathematis sententiam singulis diebus dominicis et festivis solemniter publicari procurent.

(Edit. ap. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 177.)

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Mediolani et ejus suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper in Fredericum dictum imperatorem, exigentibus meritis, pro eo quod idem super hiis a nobis diligenter admonitus et frequenter non solum facere non curavit, sed corde nequiter indurato jugiter etiam deteriora committit, de fratrum nostrorum consilio excommunicationis et anathematis sententiam sollempniter promulgantes, omnes qui ei fidelitatis juramento tenentur astricti ab ejusdem observatione juramenti decrevimus absolutos; districtius inhibendo ne sibi fidelitatem observent donec vinculo fuerit excommunicationis astrictus; universitatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica scripta vobis in virtute obedientie firmiter precipiendo mandantes quatenus hujusmodi excommunicationis et anathematis sententiam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candellis accensis, sollemp-

(1) E litteris ipsius Friderici ad Richardum Cornubiae comitem (vide infra p. 302), conciliari possunt auctores qui de promulgatae sententiae die dissentire inter se videntur, dum alii die coenae Domini, ut Stadensis et Richardus de S. Germano, alii, ut Parisius et monachus Patavinus, die Palmarum excommunicatum fuisse Fridericum docent. Liquet enim excommunicationem vicesimo die martii denuntiatam, vicesimo quarto dio mensis ejusdem solemniter publicatam fuisse. Litteras tamen quae excommunicationem ad communem notitiam deferrent, ipso die Palmarum jam scriptas fuisse ex sequenti documento comperimus.

niter publicari, ac absolutionem et inhibitionem nunciare curetis, ea per civitates et dioceseos vestras publicari similiter facientes et etiam nunciari. Mandatum nostrum taliter impleturi quod ex hoc affectum quem ad Romanam Ecclesiam habere debetis, plenius cognoscamus et de negligentia aliquatenus redargui non possitis.

Datum Laterani, die XII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XIII.

Laterani, 7 aprilis.

Encyclica Gregorii IX, summi pontificis, universis praelatis ut sententiam excommunicationis, anathematis et interdicti contra Fredericum dictum imperatorem prolatam in omnibus locis denuntiare procurent.

(Edider. Raynaldus, *Annal. eccles.* ad ann. 1239, §§ XIII, XV et XVI, e regest. lib. XIII, fol. 149, in duobus fragmentis non integris. — Matt. Paris., *Hist. maj. Anglor.* ad ann. 1239, p. 337, qui istam Othoni Sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali in Anglia legato missam refert cum notis chronologicis *III idus aprilis* (11 april.). Quibus collatis, unum ex altero textum facile complevimus.)

Gregorins, episcopns, etc., universis prelatis, etc. Sedes Apostolica, sicut totus fere orbis facti evidentia didicit, Fredericum dictum imperatorem ex quo ipsum ex utero matris excepit genibns, affectu materno prosequens lactavit uberibns et humeris bajulavit, quem olim omni pene destitutnm auxilio et dubiis tantum derelictum eventibus suo recepit patrocinio confovendum, opponens se potenter invasoribns regni sui qui in terram ejus oculos aviditatis injecerant, cujus jam fines ingressi eam absque ullo defensionis obstaculo usurpabant, et defendens eumdem ab insidiantibus vite sue qui emnli saluti ipsius conabantur animam ejus extingnere et de terra ipsins memoriam abolere. Cumque idem protectionis ecclesiastice clypeo premunitus, persone et regni sui bone memorie G. de Gualgenem tituli Sancti Anastasii presbytero cardinali a

Digitized by Google

Sede Apostolica per multos annos deputato custode, majoris metas attigisset etatis, tandem ad altioris dignitatis apicem per eam extitit sublimatus. Sed diligentie studium circa personam ejus impensum, labores plurimos quos Ecclesia subiit propter eum, quoad ipsum perdidisse videtur, cum tot beneficiorum sit immemor, tante gratie sit ingratus. Et utinam illius ingratitudinis non excederet terminos, per quam perceptorum bonorum existeret negatione contentus. Porro licet offensa quelibet aculeos doloris importet, illa tamen jaculo graviori percellit in qua ingratitudo pro gratia rependitur et pro beneficiis maleficia compensantur. Verum quantumcumque ipsum Apostolica Sedes dilexerit et supreme culmine potestatis erexerit inter seculares, suis tamen exigentibus culpis de quibus quanquam pluries a nobis monitus satisfacere non curavit, coacti sumus licet inviti animadvertere in eumdem. Nam etsi Adam divina providentia excellentia dignitatis et auctoritatis extulerit cui omnia animantia terre subjecit, quia tamen sui jussa preteriit plasmatoris, ejus excessibus non pepercit. Que autem a dicto Friderico pro tot bonis sibi collatis Ecclesia retributionis premia reportarit, universitatem vestram volumus non latere, pauca de multis presenti pagina declarando. In Urbe siquidem gravem movit seditionem, exinde nos et fratres nostros totis viribus nisus excludere ut sic Apostolice Sedis honorem deprimeret ac libertatem ipsius penitus conculcaret, contra juramenta prestita temere veniendo; et venerabilem fratrem nostrum Prenestinum episcopum, dum ipsum ad partes Albigensium disponeremus pro corroboratione fidei catholice destinare, per quosdam suos fideles in viam impediri mandavit. Cathedrales etiam ecclesias et alias vacantes regni sui nequaquam ordinari permittit, in animarum periculum et grave detrimentum ipsarum; eas et quasdam alias nihilominus spoliando fere omnibus bonis suis et tallias ac exactiones indebitas prelatis, religiosis et aliis clericis secularibus imponendo; nobilibus, pauperibus, orphanis et viduis usque ad inanitionem extremam deductis, eos ad modicum dura et crudelis exactorum suorum acerbitas non patitur respirare; et sic totum fere regnum quod est spirituale patrimonium beati Petri, pro quo juramento fidelitatis Apostolice Sedi tenetur et ipsius ligius vassallus existit,

Digitized by Google

quantum in eo est in favillam quasi et cincrem jam redegit; quod si postqnam monitus fuerit a nobis non duxerit corrigendum, nos super hoc anctore Deo sicut expedire videbimns procedemus. Insuper negotium impedit Terre Sancte necnon etiam imperii Romanie. Preterea cum tempore concordie inter ipsnm et Ecclesiam reformate in manibns Sedis Apostolice legatorum juraverit Ecclesie preceptis obedire, et ipse mandatnm ab eis receptum quod terram Ecclesie vel terras eorum quos tunc ad suas manus tenebat aut ipsorum personas nullatenus caperet, occuparet sive etiam devastaret, adimplere contempsit, terram Ecclesie occnpando, videlicet in Lombardia Ferrariam, Bondoniam, Pingnogonam, terram qnidem Sardinie et Massam Lnnensis diocesis, capiendo et dejiciendo illos quos ad manus suas Ecclesia reservavit et devastando terras ipsorum, licet ex tunc in eum presentem ipsi legati excommunicationis sententiam tulerint si super his non faceret qnod mandarent. Idem etiam nepotem regis Tunicii detinet, ad Romanam curiam et Ecclesiam pro percipiendo sacri baptismatis lavacro accedentem, ac dilectum filium Petrum Saracenum, nobilem civem Romannm, ex parte charissimi in Christo filii nostri illustris regis Anglorum ad Sedem Apostolicam missum et filinm ejns carceri detinet mancipatos. Quia vero super his et qnampluribus aliis excessibus plnries a nobis monitus, correctionis medelam non sentiens, cum snarum sint nlcera indurata culparum, quotidie deteriora committere non veretur, nos hec absque Christi offensa preterire sub dissimnlatione ulterius non valentes, de fratrnm nostrorum consilio, ex parte Dei omnipotentis cujus vicem in terris gerimus licet immeriti et auctoritate beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac nostra, in eum et omnes illos qui in premissis vel alias contra Romanam ecclesiam sibi prestiterint consilinm, anxilinm vel favorem, excommnnicationis et anathematis sententiam duximus promulgandam, tradentes ipsum Fredericnm Satane in interitum carnis ut spiritus ejus in die Domini salvns fiat. Omnes qui ei fidelitatis jnramento tenentnr, decernendo ab observatione juramenti hujusmodi absolutos et firmiter prohibendo ne sibi fidelitatem observent, donec fuerit vinculo excommnnicationis astrictus. Ad hec civitates, castella, villas et alia loca ad que ipse pervenerit, quamdiu ibi fuerit, ecclesiastico subji-

Digitized by Google

cimus interdicto, ita quod publice vel secreto nullum ibi divinum officium celebretur, indulgentia vel privilegio quolibet non obstante; omnesque qui eidem presumpserint celebrare vel potius profanare divina pene depositionis perpetuo decernimus subjacere, universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis, abbatibus etiam et aliis ecclesiarum prelatis districtius inhibentes ne vocati ad eum vadant nec cum ipso morentur; alioquin debitam non effugient ultionem. Quo circa universitatem vestram monemus et hortamur attentius, per apostolica vobis scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandantes quatenus nullum sibi prestantes consilium, auxilium vel favorem predictam excommunicationis et anathematis sententiam singulis diebus dominicis et festis, pulsatis campanis et candelis accensis, ac generaliter alia omnia que in presenti continentur, solemniter publicetis ac nuntiare curetis et faciatis simili modo per vestras civitates et dioceses publicare et etiam nuntiare, mandatum nostrum taliter impleturi quod devotio vestra possit exinde merito commendari (*a*). Ceterum quum prefatus Fredericus de aliis magnis et gravibus sit plurimum infamatus criminibus, nos dante Domino super his suo loco et tempore procedemus, prout in talibus negotii natura requirit. Verum quia terroris sonitus semper est in auribus impiorum, et etiam quando pax est insidias suspicantur, eo quod turbata conscientia semper seva presumit, idem Fredericus, priusquam sententia excommunicationis lata esset in ipsum, quasdam fratribus nostris decrevit litteras transmittendas pro parte inferius annotatas, que post eamdem latam sententiam ipsis presentate ad nostram et eorumdem notitiam pervenerunt. Unde quia voluit Dominus occulta cordis ejus detegerė, qui manifestat abscondita tenebrarum et cordium secreta revelat, ex ipsarum litterarum tenore colligitur quam gerat devotionem ad Romanam Ecclesiam matrem suam, quam ad summum pontificem et fratres ejus ac Sedem Apostolicam reverentiam habeat, cujus ratione regni vassallus existit; contra nos enim et ipsos conspirasse videtur, ex quo quantum et quale crimen incurrerit satis patet. Inter cetera vero que sua continebat epistola, hec habebantur

(*a*) Ap. Raynaldum *taliter impleturi quod de negligentia redargui aliquatenus non possitis et nos contra vos alias procedere non cogamur*.

inserta : « Propter quod non indigne dolemus si pater apostolicus offen- » dere tam graviter nos intendat, ut dum in constantem virum tam » vehemens cadit injuria, etsi patienter ferre velimus, immanitas negotii » non permittat quin ad ultiones quibus Cesares uti solent, facti violentia » nos impellat. Verumtamen dum consideramus impatientiam proce- » dentis et difficultatem attendimus offensoris, si ex equo liceret privatas » exercere vindictas quas in hominem per quem scandalum venit et in » sui participes sanguinis compensare possemus, ut in ipsum et suos at- » tentata nostre Sedis injuria redundaret, tolerabilius duceremus. Sed » cum nec ipse nec tota propter hoc sua passura progenies tanti forent » ut culmen imperii zelaret ultionem ipsorum, cumque Sedis auctoritas » audacie sibi frena relaxet et tot venerabilium fratrum moles eum in » concepta fovere pertinacia videatur, angit nos altiori mente turbatio » quod dum nos intendamus a persequente defendere, oporteat nos defen- » dendo gravius offendere resistentes (1). » In premissis autem negotium Ecclesie vobis duximus attentius commendandum, ut tanquam proprium ipsum assumentes efficaciter ad fidei catholice robur, conservationem ecclesiastice libertatis et totius populi Christiani quietem efficaciter intendatis.

Datum Laterani, VII idus aprilis (2), anno XIII.

[Circa medium aprilem.] Imperator volens placere omnibus de Marchia toto posse equitavit Tarvisium ubi honorabiliter est receptus. Ibi potestatem constituit de voluntate totius populi Tarvisini Jacobum de Morra Apulum, fidelem imperii, virum providum et prudentem. ROLANDIN., *De fact. in March. Trevis.*, ap. MURATOR., *Scriptor.* t. VIII, p. 227.

---

(1) Vide supra, p. 283.

(2) Notas chronologicas, sicut prima vice exhibuit Raynaldus nunc inserimus, licet ipse ad finem fragmentorum epistolam quasi idibus aprilis (13 april.) datam referat. Encyclicam vero ad priores notas melius reponendam esse censemus.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, Riccardo comiti Cornubiae sororio suo fuse narrat quae beneficia Ecclesiae Romanae contulerit, quos tamen ingratos processus a summo pontifice retulerit, dum nuper in se sententiam excommunicationis inordinate et inconsultis fratribus denuntiaverit; eumque hortatur ut una cum caeteris orbis principibus sibi viriliter assistat. Tervisii. 20 aprilis.

(Edit. ap. MATT. PARIS., *Histor. maj. Anglor.*, p. 338 et seqq. Sub forma encyclicae ad omnes reges directae adest ap. LUNIG, *Cod. Ital. diplomat.*, t. II, p. 887, et inter *Petr. de Vin. epistol.*, lib. I, cap. XXI; nunc autem collatum cum codicib. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds Notre-Dame*, 202, et *fonds S. Germ. Harlay*, 455.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Sicilie rex, Richardo, comiti Cornubie, dilecto sororio suo, salutem et omne bonum. Levate in circuitu oculos vestros, arrigite filii hominum aures vestras, videte generale orbis scandalum, dissidia gentium, generale justitie doleatis excidium, exeunte nequitia a senioribus Babylonis, qui populum hactenus regere videbantur, dum judicium in amaritudinem et fructum justicie in absynthium convertunt. Sedete, principes, et intelligite, populi, causam nostram; de vultu Domini judicium prodeat, et oculi vestri videant equitatem. Scimus enim, et in supremi judicis virtute confidimus, quod cum apud vos pondus et pondus, mensura et mensura non fuerit, profecto modestiam et innocentiam nostram in judicii vestri libra preponderare videbitis calumniosis detrahentium labiis et venenosis adinventionibus factionum. Sed nec nunc primum credimus nostram justiciam et residentis in throno Domini pravitatem ad publicam mundi notitiam devenire, quin preter agillime fame preloquium, que frequenter in maximis virginum aurium deflorat auditum, nos ipsi, quos primitus rumor eduxerat, subsequentibus postmodum nostre serenitatis

adfectibus firmaremus, qualiter iste novus athleta, sinistris auspiciis factus pontifex generalis, amicus noster precipuus, dum in minoribus esset ordinibus constitutus, beneficiorum omnium, quibus imperium christianum sacrosanctam ditavit Ecclesiam, oblitus, statim post assumptionem suam fidem cum tempore varians et mores cum dignitate commutans, ac habens quodammodo de publica perturbatione pruritum, in nos, summum et unicum Ecclesie filium, sue malignitatis aculeos acuisset, dum occasione sumpta quod propter imminens scandalum evitandum sacramento prestito et illata contra nos excommunicationis sententia, nos ad certi temporis spatium obligaverimus transituros, adversa valetudine corporis prepeditos, adjectis capitulis aliis, de quibus antea nunquam fueramus admoniti, excusationibus nostris contra Deum et justiciam omnino rejectis, excommunicationis sententia nos denunciavit adstrictos: cui velut in nos primitus cum nostra voluntate prolate, cum humilitate paruimus, absolutionis beneficium pristina nobis incolumitate corporis reddita, postulantes, dum nos ad transitum pararemus instanter; quo petito et injuriose negato, in Terre Sancte subsidium sub pia voti prosecutione transiimus, estimante vicarium Jesu Christi ad ejus negotium potius quam ad concepte malevolentie contra nos odium adspirare. Sed is, quem speravimus ea solummodo que sursum sunt sapere, et visu celestia contemplantem mente credidimus in celestibus habitare, subito inventus est homo: quin immo per inhumanitatis opera, non solum a veritate sepositus, sed a qualibet humanitate desertus; dum preter impedimenta que nobis in Syria preparaverat per nuncios et legatos, qui soldanum literis suis, quas nos captis eorum latoribus in publicum testimonium reservamus, ne nobis terram divino cultui deditam redderet cum regni Hierosolymitani juribus, munierunt, regnum nostrum Sicilie violenter intravit, sumpta occasione quod Raynaldus filius olim ducis Spoleti, preter scientiam et voluntatem nostram, prout nos postmodum per ipsius penam expressimus, terram Ecclesie parabat intrare, et non prout sancti regna per fidem vicerunt, sed perfidiam et perjuria predicans universis, ut si qui in perjurium predicatione solummodo provocari non poterant, provocarentur exemplo, dum ipsi prefecti papalis

Digitized by Google

exercitus, quo terram facilius obtinerent, nos captos in Siria manifeste jurabant. Redeuntibus tamen nobis de partibus transmarinis, et injuriam nostram propnlsantibns solnm, nec juxta magnificnm morem imperii procedentibns ad vindictam, per concordie modos verbnm pacis libenter admisimns : veram matrem nostram Ecclesiam ex agnitione catholice fidei reperisse cognoscimns; sed patrem semper iuvenimus simulatum, dnm et reconciliationis die, viam nostre confnsionis excogitans, de nobis redeuntibus in Italiam, sub iuermi et domestica comitiva, nobis instantissime persuasit : occasionem fingens ne velut ex priori et armato processu timoris caussam nostris fidelibus prestaremns : asserens quod nobis omnia planissima faciebat, cujus contrarium per nnncios et litteras suas manifestissime procurarat; pront constat testimonio plnrium nostrorum fidelium, qui tunc temporis erant omninm conscii, velut ex eis quidam participes et alii principes factionis. Propter quod filio et principibns nostris de Germania omnibus ad nos venientibus per rebelles nostros itineribus pnblicis prepeditis, ac eodem filio nostro apud Aquileiam navali presidio cnm summa difficultate recepto, et in Theutoniam abinde destinato, in regnum de necessitate redivimus, utpote quos ad conterendam rebellium nostrorum nequitiam patris consilium vel astutia potius miserat imparatos. Ubi quodammodo respirantibus nobis et capessentibus reqniem post labores, tunc snbito sanctissimns pater noster, nostre qnietis invidus, consultoris sibi personam adsnmpsit, instantissime persnadens nt contra Romanos excellentie nostre devotos et alios rebelles nostros de Thuscia, qui jura Ecclesie et imperii detinebant, procederemns audacter, de suo favore secnri, quia nobiscum nostra et imperii pondera participare volebat. Et sic ad mnltam ejus instantiam Romanos, qui tunc temporis Viterbinm impugnabant, in favorem Ecclesie nos oportuit diffidare, eodem mittente litteras latenter ad Urbem, quod hec preter snam conscientiam et mandatnm faceremus in odium Romanorum. Et cum interim quadam seditione suborta, oportuisset nos necessario conferre Messanam, nt factionis inchoate principiis obstaremus : ista solummodo occasione pretenta quod tam nobilem nostram Sicilie insulam nolnimus amittere, nobis irrequisitis et omnino

Digitized by Google

celatis, contra communem opinionem hujusmodi gentium, quos belli socios et participes statuit non relinqui, fedus iniit cum Romanis, per nos ad mandatum ejus, ut diximus, diffidatis; non attento quod nos sub dubia fide et honoris nostri fortuna, inter rebelles et seditiosos ipsos remanentes inermes, copiosam et strenuam militiam armatorum in ejus subsidium miseramus, quanquam personaliter nequiverimus interesse. Adhuc tamen conscientie nostre fidelis integritas et pura devotio, quam ad matrem sacrosanctam Romanam Ecclesiam habebamus, novercalia deliramenta patris agnoscere filium non sinebant : quin quod erat justitie crimini imputantes, satisfactionis nostre causam in novercantis patris arbitrio poneremus, qui tanto nobis vice qualibet illudebat acerbius, quanto constantius uberioris spem arbitrii promittebat. Medio itaque tempore, dum in negocio Italie per papam ad honorem imperii componendo, ex preteritorum conjectura discriminum nulla spes remansisset nobis in posterum vel exilis, ac prosecutionem eandem opportuno tempori servaremus, expectationibus nostris repente credidimus adluxisse fortunam, reiterata discordia inter Ecclesiam et Romanos; in qua sic magnifice thesauros nostros effudimus et personam, quod omnem omnino conscientie prave rubiginem de malivolentium cordibus credidimus eruisse. His omnibus non contenti, ut de nobis prorsus indubitata securitas Ecclesie preberetur, circa ipsam zelo summe devotionis accensi, et incentivo perfecte charitatis inducti, ad istius pape presentiam personaliter ivimus, etiam non vocati, ducentes nobiscum C. filium nostrum, nunc in Romanorum regem electum, regni Hierosolymitani heredem : quem nobis tunc temporis fratris sui manifesta transgressio filium unicum in paterne dulcedinis affectione relinquerat, ac eundem post oblatam Ecclesie personam nostram in totum, obsidem summo pontifici nos offerre non puduit; unionem omnimodam inter nos et Ecclesiam sub attestatione divini judicii postulantes, quam dudum nobis iste prelatus Ecclesie generalis, dum esset episcopus Hostiensis, suaserat expetendam. Propterque omnia dum serenam nobis totius curie faciem affectio demonstrata pretenderet, et verba gratissima tam summi pontificis quam curialium omnium synceram ostenderent etiam voluntatem, cum eis omnia

perfecisse credentes, sub intentionis nostre sancte proposito nec minus sub obsequiorum nostrorum fiducia, dissentionis caussam inter nos et Lombardos, in sinu corrupti judicis totaliter suffocatam, et sedationem discordie inter nos et cives ac nobiles Aconenses, devotione promptissima duximus exponendam. Sicque de negociorum nostrorum omnium prospera consumptione securi, in obsequium Ecclesie personaliter alacri voluntate processimus, cum exercitu copioso, quem sub magnis erarii nostri stipendiis congregari tam de Germanie quam de Italie partibus feceramus : nec prius a concepti propositi prosecutione destitimus, quam libertatem Ecclesie conculcatam in Urbe, et terram exterius occupatam, in statum pristinum et debitum nostra potentia reformavit : indubitabiliter estimantes, ut quod obtinere prius favor justicie nostre non poterat, devotionis obsequia mercerentur. Sed audite retributionem admirabilem quam pro tanta devotione, pro tot beneficiis, pro tam indubitate fiducie firmamento, Christi vicarius, pastor Ecclesie, nostre catholice fidei predicator, nobis in singulis reddere procurarit. In primis, super ultramarino negotio, quicquid per archiepiscopum Ravennatem, tunc Apostolice Sedis legatum, secundum formam expressam ab Ecclesia sibi datam : videlicet de reducendis nobis et C. filio nostro in possessionem plenam et pristinam omnium nobis jurium subtractorum in regno, fuerat rationabiliter ordinatum, statim adveniente Cesariensi episcopo, nec legato predicto nec nunciis nostris ad curiam venientibus expectatis, nec ulla majori mora protracta, nisi quatenus delatos bisantios potuit numerare, inordinate ex toto destructum negotium Italie fuit; et nedum quod ad honorem nostrum, sicut promiserat, ordinaret, imo petentibus et instantibus nobis ad revocationem hostium nostrorum, qui in Lombardia et Tuscia fideles nostros tunc temporis, divisis suis exercituum copiis, devastabant, nec nos cum militibus nostris, quos tunc in partibus illis, ut diximus, pro Ecclesie servitiis habebamus ire permisit, nec aliquem nuncium seu litteras voluit destinare. Ex quibus per bella campestria sunt quam plurium strages hominum ac ecclesiarum incendia subsecuta. Adhuc etiam tanta et superiori nequitia non contentus, Civitatem Castelle, per ipsum retroactis temporibus turbationibus occupatam, quam reddi nobis fratrum omnium

Digitized by Google

consilia suadebant, receptis trecentis libris illius monete, que ad quingentarum (*a*) marcarum numerum non ascendunt, nobis cum eo permanentibus in Reate, et pro eo multa marcarum milia expendentibus reddere recusavit. Ecce qualiter pater noster iste sanctissimus nos amabat! Demum super profectibus nostris omnibus, et super pacificanda nobis Italia, de qualibet patris vel vitrici nostri potius benevolentia desperare coacti, adprehendimus arma et scutum; vires de Theutonie partibus, ad quas diebus illis prevaricatio filii nostri nos de necessitate vocaverat, propter ingressum Italie congregantes, mi itibus strenuis justitiam nostram armavimus, quam adsequi precibus minime poteramus. Quod cum ad noticiam summi pontificis pervenisset, sub pretextu treugarum, pro Terre Sancte subsidio fidelibus populis et terre principibus indictarum, armatum nobis ingressum Italie per apostolicas litteras interdixit; oblitus quod die eodem ipso, quo predictas treugas indixerat, nos tanquam advocatum et defensorem Ecclesie requisivit quod contra Romanos, quos sibi jura Ecclesie subtraxisse dicebat, potenter procedere deberemus. Iniquum in nobis reputans quod domum nostram et possessionem avitam quam nobis rebellium nostrorum rebellio furiosa precluserat, viriliter ingredi nitebamur: quod justum crediderat in Romanis qui patri suo vel avo vel parentibus suis in nullo prorsus extiterant obligati. Adjecit preterea in litteris antedictis quod de negociis Lombardie in ipsum precise et sine adjectione temporum et conditione aliqua, nullo jure et honore imperii reservatis, compromittere deberemus, per quod vel nos in perpetuum a juris nostri cujuslibet prosecutione suspenderet, vel jus et honorem imperii libere suffocaret. Quod cum nobis nec nostrorum consilia principum nec preteritorum dispendiorum memoria suaderet, ad alias artes postmodum se convertit, mittens obvium in vestimentis albis (*b*) lupum rapacem, episcopum Penestrinum, per quem apud nos litteris apostolicis de vita sanctissima commendatum, Placentiam nobis subditam et nostris amicam ad Mediolanensis factionis perjuria revocavit; per ipsum firmiter estimans sic universaliter et in totum fideles nostros

(*a*) Ap. Matt. Paris, et ut opinamur rectius, *quinquaginta*.

(*b*) Ap. Matt. Paris, *ovium*.

evertere, ut processus nostros in Italiam penitus enervaret. Qua spe faciente divina clementia, que suum tuetur imperium, omnino frustratus, clamantibus apud eum rebellium nostrorum incendiis, depopulationibus rerum et stragibus occisorum, qui ipsum de data eis rebellionis secura fiducia, necnon de fide mentita, eo quod contra nos et imperium ipsis assistere promisisset, publicis vocibus arguebant; et quia juxta petitiones eorum occasione predicta, juste nos excommunicare non poterat; impedimenta clandestina nostris processibus undique preparavit, litteras et legatos per imperium et ubique per orbem, ut quoscunque a fide et devotione nostra seduceret, destinando. Que omnia cum nostrorum fidelium fides et amicorum adfectio conscientiam nostram latere non vellent, nolentes adhuc vinci in malo, sed in bono malum vincere cupientes, solennes nuncios nostros B. venerabilem Panormitanensem archiepiscopum, ... Florentinum et R. Reginum episcopos, magistrum Thadeum de Suessa, magne curie nostre judicem, et magistrum R. Porcastrellam capellanum, dilectos nostros fideles, ad Sedem Apostolicam duximus destinandos. Quibus oblata sibi per eos ex parte nostra devotione omnimoda, et unione tractata contra hereticam pravitatem, et pro ecclesiastica libertate, et de reformandis Ecclesie et imperii juribus dudum inter nos et Ecclesiam expetitis et expectatis, summus pontifex, de presentium fratrum suorum consilio, legatione nostra in omnibus suis capitulis acceptata, per eosdem et archiepiscopum Messanensem quem ad nos pro parte sua nuncium destinavit, excellentie nostre promisit quod cessari mandaret ubique locorum ab impedimentis omnibus, que se nostris processibus objecisse coram fratribus suis et nunciis nostris manifestissime fatebatur, prout hec omnia per testimoniales antistitum prefatorum omnium litteras manifestissime comprobantur. Cum qua responsione nunciis nostris et suo ad nostram presentiam redeuntibus, priusquam per tres dietas a curia recessissent, eis omnino celatis, et in confusionem ipsorum, G. de Monte Longo, quem prius ad nos nuncium miserat et contra nos postmodum ad eversionem Mantuanorum et aliorum nostrorum fidelium statuerat, in Lombardiam cum legationis officio plene misit : arbitratus quod quanto major sibi daretur auctoritas, tanto majora nobis et nostris impedimenta

Digitized by Google

pararet. Quibusdam preterea principibus nostris, prelatis Italicis et Germanis, nobiscum in curia nostra manentibus, litteras destinavit, sugillationem fame nostre non modicam continentes, certis articulis interclusis, et specialiter gravaminibus quibusdam Ecclesiis regni nostri, ut dicebatur, illatis, super quibus mandavit nos per eosdem principes admoneri. Quorum articulorum omnium et responsionum nostrarum ad singula seriem vobis sub testimonio publico mittimus intuendam (1). Quibus omnibus coram principibus et prelatis ac religiosis quampluribus cujuslibet ordinis sigillatim ostensis, quanquam de patris instabilitate confusos se filii reputarent ac de verecundia capitis presentium rubor ora perfunderet, nihilominus tamen de eorum consilio predictos Panormitanum archiepiscopum, magistrum Thadeum, magistrum R. Porcastrellam, et alios excellentie nostre legatos, cum nunciis civitatum nostrarum fidelium, ad Sedem Apostolicam duximus remittendos, per quos ad satisfactionem omnem, mora qualibet et difficultate postpositis, obtulimus nos paratos. Sed nec in iis omnibus aversus est furor ejus, quin dictus evangelizantis pacem Christi vicarius, sed author schismatis et amicus erroris, contra traditiones sanctorum patrum, audiens nuncios nostros portantes omnimodas nostre devotionis litteras (*a*) per dietam Urbi vicinos, et metuens ne supervenientibus ipsis obice vallo justicie, sine publico scandalo forte procedere non valeret, pre festinantia nimia conceptum edidit abortivum, in nos supremum christianorum principem die dominica Palmarum, contra solennem morem sacrosancte matris ecclesie, et in Cena Domini postmodum sententiam precipitando, per quam, sicut per famam audivimus, licet hec credere minime debeamus, contradicente saniori parte fratrum suorum cardinalium, de quorumdam cardinalium Lombardorum consilio, excommunicationis vinculo nos dicitur adstrinxisse, prepeditis nunciis nostris per fautores et satellites suos de patrimonio pauperum solidatos, qui jam applicuerant, ne ad allegandam nostram innocentiam

(*a*) Ap. Matt. Paris. *omnimodum nostre devotionis xenium.*

---

(1) Cf. supra, p. 252.

et justiciam, ac demum satisfactionem offerendam, etiam ad cautelam, ad presentiam suam et aspectus publicos pervenirent. Sed licet nos singulari quadam et propria ratione propter nostram justiciam et infamiam procedentis, malle merito debeamus quod perperam et inordinate processerit contra nos, et bullientem intrinsecus spiritum evomuerit, cum suam nequitiam editurus fuisset omnimodo, nisi forsan antea (*a*) crepuisset; dolemus tamen et ex corde turbamur propter verecundiam universalis Ecclesie matris nostre, quam Dominus Jesus Christus sub specie Virginis gloriose in passionis testimonio discipulis commendavit, nobis per talem, quem merito judicem non habemus, nullam nobis posse fieri justiciam, licet injuriam fieri reputemus : utpote cum papa se prius inimicum capitalem, non judicem nostrum, et opere fuerit professus et verbo, rebelles et hostes imperii publice confovendo. Indignum preterea se tanti cohertione principis et qualibet pontificalis officii dignitate seu anthoritate reddidit, dum Mediolanensem civitatem, que pro maxima parte testimonio religiosorum et quamplurium fide dignorum inhabitatur hereticis, contra nos et imperium manifesto favore tuetur; et contra R. de Mandello, civem Mediolanensem, dudum potestatem Florentinum (1), delationem episcopi Florentini, viri vite probabilis et fame probate, in plerisque capitulis super heretica pravitate convictum, ob odium nostrum et Mediolanensium gratiam non admisit. Illum preterea Christi vicarium habere et Petri successorem ac dispensatorem animarum fidelium indignum fatemur, non ob dignitatis injuriam, sed ob persone defectum, qui dispensationes cum fratrum deliberatione maxima faciendas, in camera sua more mercatoris cujuslibet, in libra mercationis appendit, celatis fratrum consiliis, cum quibus secundum ecclesiasticam disciplinam deliberare tenetur, existens ipse sibi bullator et scriptor et forsitan numerator. De quibus quasdam dispensationes insignes preterire silentio non volu-

(*a*) Ap. Petr. de Vin. *interius*.

(1) « Interea (*scil.* mense maio 1238) Florentini obedierunt comiti Gaboardo qui erat in Tuscia pro imperatore, dantes codigium Rubacomiti de Mandello eorum potestati. » *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 173.

Digitized by Google

mus, per quas Sipham (1) natam quondam comestabuli regni Cypri, contra separationis sententiam latam super hoc per Nicosiensem episcopum, et de non habitando simul prestito sacramento, Balianno de Ibellino et [Aalidem] sororem Joannis de Cesarea Jacobo de Amendolia (2), qui prius sororem ipsius desponsaverat, proditoribus nostris, sibi invicem gradu tertio contingentibus, concessit uxores, percepta non multa pecunie quantitate : verumtamen quod quantitate vel numero defuit, odii nostri qualitas excomponsavit. Defectum itaque et prevaricationem ipsius in illo dolemus quod contra nos nobiles et potentes Romanos sibi satellites et fautores acquirat, dum effusione pecunie non contentus, ipsis castra et possessiones sanctis patribus devotione pia fidelium donata, Romanam Ecclesiam nostro patrocinio commendatam dilapidando, largitur. Itaque non miretur universalis Ecclesia, nec reges aut principes et populi christiani, si nos talis sententiam judicis non veremur, non in contemptum papalis officii vel apostolice dignitatis, cui omnes orthodoxe fidei professores, et nos specialiter pre ceteris fatemur subesse, sed persone prevaricationem arguimus, que solio tanti regiminis se monstravit indignam. Et ut omnes primates nominis christiani sanctum intentionis nostre propositum et interne devotionis zelum in nobis agnoscant, et quod non ex odii fomite, sed ex causa justissima Romanus princeps contra Romanum antistitem commovetur, dum metuit ne grex dominicus sub tali pastore per devia deducatur; ecce quod sacrosancte Romane Ecclesie cardinales, per sanguinem Jesu Christi, sub attestatione divini judicii per litteras nostras et nuncios obsecramus, ut generale concilium prelatorum et aliorum Christi fidelium debeant evocare, nunciis nostris et reliquorum principum accersitis, in quorum presentia nos ipsi presentes cuncta que diximus sumus ostendere et probare parati, et his etiam duriora. Nec minus illa probabili ratione turbamur quod iste rector Ecclesie, qui debet

(1) Scilicet Eschive, Gualterii de Montebeliardo regni Hierosolimitani, non tamen Cypri comestabuli filia.

(2) Gallice *Jacques de l'Amandelée*, sive *de la Mandelée*, latine dictus *de Amandoleio*, *Amandoleto* sive etiam *de Amygdala*. Totum hunc locum foede corruptum restituere curavimus, coll. DE MASLATRIE, *Hist. de l'Ile de Chypre*, t. II, p. 62 et not. *ibid.*

Digitized by Google

esse virtutum quarumlibet et constantie maxime sine macula cupiditatis vas electum, ne error majorum in subditos propagaretur cum augmento, contra promissionem suam literis suis de fratrum conscientia nobis factam, per quas in restaurandis imperii juribus non deesse nobis, sed adesse promisit consilio, auxilio et favore, preter persone nostre infamiam nedum blasphemiam, sic manifeste, sic nos aperte persequitur (*a*); presertim cum quantumcumque conscientie nostre librum solicite revolvamus, nullam in nobis occasionem invenimus aut causam, propter quam iste inimicus homo debuisset contra nos tam acriter commoveri, nisi quod cum ipso contrahere de nepte sua desponsanda Henrico naturali filio nostro, nunc regi Turrium et Galluri, magnificentia nostra indecens credidit et reputavit indignum. Tu igitur, dilecte, cum tibi dilectis principibus (*b*) orbis terre, non solum nobis, sed Ecclesie, que congregatio est fidelium omnium, condole (*c*) : cujus caput languidum, princeps ejus, in medio est quasi leo rugiens, ejus propheta vesanus, vir infidelis, sacerdos ejus polluens sanctuarium, sine justicia faciens contra legem. Nobis tamen pre ceteris mundi principibus, defectus talis summi pontificis est merito deplorandus, qui veluti sibi viciniores loco et propinquiores adfectione precipua (*d*) honores congerimus et ipsius onera presentimus. Sed nec illud obmittimus quin affinitatem vestram affectuose rogemus, ut contumeliam nostram ad vestram injuriam revocetis. Ad domum vestram cum aqua currite, cum ignis accenditur in vicinis; causam motus pontificalis attendite, et cur hoc in favorem nostrorum rebellium procuratur : que causa licet ad presens expressa non fuerit, procul dubio tamen similia vobis et vestris iminere pericula timeatis. Facilis enim aliorum regum et principum humiliatio creditur, si Cesaris Romani potentia, cujus clypeus prima jacula sustinet, adversantium [conatibus] conteratur. Hec est causa namque pro vero, videlicet de Lombardis, que cor pape pungebat et urebat intrinsecus, licet ipsam foras educere propter vestrum et au-

(*a*) Ap. Matt. Paris. : *jus imperii nititur conculcare.*

(*b*) In encyclica : *Vos ergo reges et principes orbis terre.*

(*c*) Ibidem : *condolete.*

(*d*) Ap. Matt. Paris., simplicius, *officio.*

dientinm scandalnm, non auderet, pro qna nobis per specialem nnncinm snnm fide dignnm, cujus ad hoc testimonium invocamus, ore tenns expresse promisit quod si negocinm Lombardorum in ejns manibns poneremns, ne dum quod in aliqno magnificentiam nostram offenderet, verum etiam totius orbis decimas, Terre Sancte necessitatibns deputatas, nostris usibus applicaret. Nec est mirum. Instantibus enim et acutis Lombardornm acnleis pnngebatur, quibus pront aliquornm prelatornm confessione accepimns, de assistendo eis contra nos et imperinm corporale prestitit juramentum, cum eos peregrinantibus nobis in partibus Syrie pro servitio Jesn Christi, transmisit in regnum; sed cnm turpis fuerit ista promissio, fidem frangere licite poterat et editum variare decretnm. In quornm favorem rem auditu horribilem et discretione qualibet ac ratione carentem, facere minime formidavit. Cnm enim per... Pergamensem, G. Brixiensem, H. Cnmanensem episcopos, et alios prelatos, nos faceret admoneri qnod vel satisfactionem Lombardornm per ipsum deberemns accipere, vel trengas pro Terre Sancte snbsidio per qnadriennium, ut supra diximus, indictas observare Lombardis, cum ab indictarnm treugarum tempore jam qninqniennium excessisset, nosqne rem tanti consilii ad deliberationem nostrorum fidelium modico temporis spatio servassemns, monitoribus ipsis, de approbatione legati predicti G. de Monte Longo videlicet, qui apud Mediolanenses interim morabatur, indncias approbantibns snpradictas, prout hec omnia liquido prelatorum prefatorum testimonio comprobantur; medio tempore, nec volnntatis nostre indicio nec fidelium nostrorum consiliis expectatis, conceptum virns evomnit contra nos, prout aliqnorum relatio retulit, procedendo (*a*). Ha Deus, ha crudelissime pater et pontifex, qui ut servum redimeres, filium perdidisti! Postremo te pro nobis, immo vos totius optimates orbis et principes exigimns adjurantes (*b*), non qnod ad propulsationem talis injurie nobis nostra non snfficiant mnnimenta, sed ut totns mnndus ag-

(*a*) In epist. Petr. de Vin. additur *ad depositionis sententiam procedendo*, minus recte ut opinamur.

(*b*) In codicib. et in epistol. Petr. de Vineis : *Propter quod vestram et omnium potentium manum nobis exigimus adjutricem.*

Digitized by Google

noscat quod honor omnium tangitur, quicunque de corpore secularium principum offendatur.

Datum Tervisii, XX° die aprilis, XII° (*a*) indictione.

Fridericus, Romanorum imperator, acriter senatorem Urbis et Romanos objurgat quod beneficiorum quae ipsis contulit immemores, se non opposuerint domino papae excommunicationis sententiam in Romanum principem injuste proferenti. Tervisii, 20 aprilis.

(Edit. ap. MATT. PARIS., *Histor. maj. Anglor.*, p. 332 (edit. de ann. 1644), et inter *Epistolas Petr. de Vin.*, lib. I, cap. VII; coll. cum cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds Saint-Germain Harl.*, n° 455.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, senatori Urbis et suis conromanis salutem. Cum Roma sit nostri caput et auctrix imperii, et Romanus imperator a Rome vocabulo nuncupetur, ut sibi nostri nominis et honoris processus et auspicia debeamus; in admirationem rapimur vehementem, si ubi nostri promovendus est honor et injuria propulsanda, apud eos qui tenentur et debent pro culmine nostro se murum defensionis opponere insurgentibus ex adverso, ipsis audientibus et dissimulantibus, contrarium patiamur. Propter quod graviter dolore compellimur quod Romanus antistes contra Romanum principem id quod alibi non auderet, sicut dicitur, in Urbe presumpsit, et romanum imperatorem, anthorem Urbis et benefactorem populi Romanorum, ipsis non resistentibus, impie blasphemavit : ut beneficiorum nostrorum tam proceres quam populum romanum, quibus specialiter et communiter studuimus liberali et spontanea munificentia providere, et eorum intendimus continuatis augmentis commoda promovere, recte notemus immemores extitisse ac inerti somno

(*a*) Ita correximus ex codice optimi viri Settimi, Fitaliae principis, apud Panormum. Ap. Matt. Paris. legitur *nona indictione*, male.

Digitized by Google

detentos; ut de tribu Romulea (*a*) non esset vir de tot proceribus et turba Quiritum vel unus de tot romani populi militibus, qui pro nobis exurgeret et verbum unicum loqueretur, quique nostre injurie condoleret; cum nos Urbem antiquis triumphorum titulis insignitam, novis nostre victorie successibus honoremus, et ad reformandum romanum nomen, sicut in diebus antiquis, et exaltandum statum romani imperii, continuis laboribus intendamus. Quapropter necessario decrevimus vos requirere, instanter monere, pariter et hortari quatenus quod omissum est aliqua negligentia vel torpore, nunc instanter ostendere debeatis, inducentes alios monitis et exemplo ut omnes et singuli prompta voluntate consurgant, ad nostram et communem vestram injuriam ulciscendam. Quia cum idem blasphemator noster ausus alibi non fuisset in nostri nominis blasphemiam prorupisse, de tanta presumptione gloriari non possit, quod volentibus et nolentibus (*b*) Romanis, contra nos talia perpetrasset; cum post id posset vestre ingratitudini imputari, si quod ante factum impedire laudabiliter potuistis, ex post facto nostram et vestram injuriam postponatis inultam. Nam cum ad alterutrum teneamur, et nos romanum honorem et vos Romani defendere nomen nostrum, si ad hoc vos segnes et negligentes invenerimus, cum nullus timor nos coegerit ad beneficia Romanorum, sed gratia induxerit specialis, per ingratitudinem istam, licet prorsus inviti, cogemur ab universis et singulis exhibitam gratiam revocare.

Datum Tervisii, mensis aprilis die XX, [duodecima indictione].

[Circa aprilem.] Epistola cujusdam Friderici secundi fautoris vel ministri, ejus quasi nomine scripta, qua in Papam et cardinales invehitur quod imperatorem sententia excommunicationis, errante clavium potestate, ligaverint; exprobrando ipsi Papae luxuriam, ingluviem

(*a*) Ap. Matt. Paris. : *Ut de tribulo mallea*, male.

(*b*) Alibi *valentibus*.

Digitized by Google

et avaritiam suam, monendoque ut filium veniam absque culpa petentem in gremium Matris Ecclesiae recipiat.

(Edit. ap. *Petr. de Vin. epistol.*, lib. I, cap. I, cum hoc titulo : « Querimonia Frederici imperatoris super depositione sua contra papam et dominos cardinales. » In codice Bibl. Cesar. Paris., *anc. fonds latin*, n° 2954, legitur quoque : « Epistola quam misit Fredericus imperator Gregorio pape nono. » Curialem vero quamdam declamationem potius adesse arbitramur quam epistolam ab ipso imperatore emissam. Nunc collatam edimus cum codicibus bibliothecae ejusdem, *fonds Notre-Dame*, n° 202, et *fonds Saint-Germain Harlay*, n° 455.)

Collegerunt pontifices et pharisei consilium in unum, et adversus principem et Romanorum imperatorem convenerunt. « Quid facimus? inquiunt; quia hic homo de hostibus sic triumphat, si sic ipsum dimittimus, omnem sibi subjiciet gloriam Lombardorum, et more Cesareo veniens non tardabit, ut posse nobis et locum auferat, et destruat gentem nostram. Vineam autem Domini Sabaoth aliis locabit agricolis, et nos absque judicio judicabit et male perdet. Obstemus ergo principiis, ne forte scintilla tenuis in flammam transeat destructivam, et morbus quidem incipiet fistulare, non abscissus quousque perveniat in medullas. Sepe enim vix ferus ignis extinguitur, et morbo cronico salubris sero parabitur medicina. Nullos igitur hujusmodi sermones principis attendentes, percutiamus acriter, aiebant, ipsum lingua; nec sagitta nostra plus lateat, sed procedat; sic procedat, ut feriat; sic feriat, quod ledat; sic ledatur, quod jaceat; sic prosternatur, quod amplius non resurgat, et tunc clare videbimus quid sua somnia prosint illi. » Super cathedra Mosi sedentes hoc tempore pharisei sic moti sunt contra romanum principem oberrantes, quod actores malicie facti simul et judices, aperte judicium subverterunt. Tandem illos sui cordis malicia sic intus et extra penitus obcecavit, quod una prorsus errante clavium potestate, insontem et justum principem ligaverunt. Sed audite mirabilem tam gloriosi principis ligaturam. Iste pater patrum, qui dicitur servus servorum Dei, omni prorsus exclusa justicia factus est aspis surda, non admittens romani principis allegata; et velut lapis qui de funda jacitur,

Digitized by Google

sic contentum emisit subito verbum malum, ac velut omnino respuens in perturbatione consilium, « quod scripsi scripsi, » vociferans, respuit viam pacis. Sed qui Christi vicarius diceris et Petri successor etiam humilis piscatoris, cur accensus furore, refugis id pro quo rex omnium induit formam servi? Dic, rogo, quid resurgens a mortuis dixit primo discipulis ille magister omnium magistrorum : « Non, inquit, arma et scutum sumite, nec sagittam vel gladium emittatis, sed pax vobis. » At quid gloriaris in malicia, qui solus in orbe diteris fraude et dolo? Quid aliud nisi pacem hymnus dicit angelicus, et tertius agnus Dei; vel quid ille mirabilis Regis eterni Filius, corporali presentia discessurus, tunc reliquit discipulis, cum rediit unde venit. Certe pax et dilectio sunt principaliter illa duo, que plus teneri voluit post discessum. Ergo, si Christi vicarium et Petri te quidem asseris successorem, a Christi prorsus et Petri tramite non discedas. Sed actus concordent actibus, et Campanus (1) inhereat Galileo. Istud autem satis et merito turbat Christi fidelium puritatem, quod cum Petrus relictis omnibus et rete, sequi, Christo vocante, voluit viam vite, qui tanquam omnia possidens et nil habens, ad thesaurum celestis patrie semper ardentius suspirabat, tu vero tanquam omnia habens et nihil possidens queris semper quid devores et deglutias, nec sedare potest aliquando totus mundus tui ventris ingluviem, quia tibi non sufficit orbis terre. Petrus autem apostolus, ut legitur, ad portam veniens speciosam : « Nec argentum nec aurum habeo, » dixit claudo. Tu vero si forsan incipit acervus pecunie quem adoras minui, statim cum claudo claudicas, querens anxie que sunt mundi. Sed qui, Christo jubente, predicas tanquam pastor Ecclesie paupertatem, cur refugis quod hortaris, querens semper ut cumules aurum auro? In hoc ergo non restat aliud, si non dormis, quam ut summi pontificis prorsus predicatio contemnatur. De celo namque, si bene recolis, descendit linteum super Petrum, cui « Surge, macta et comede, » dictum est cum oraret; qui tamen immunda noluit manducare, dura quamvis esset esurie stimulatus. Tu vero ad hoc vivis ut comedas, in cujus vasis et

(1) Alluditur loco Gregorii IX natalitio, scilicet Anagniae in Campania.

Digitized by Google

ciphis aureis scriptum est : « Bibo, bibis.» Cujus verbi preteritum sic frequenter in mensa repetis et post cibum, quod quasi raptus usque ad tertium celum, hebraice, grece loqueris et latine. Postquam autem impleta fuerit vino ventris ingluvies et stomachus usque ad summum ejus, tunc super pennas ventorum estimas te sedere. Tunc tibi Romanorum subest imperium; tunc adferunt tibi munera reges terre; tunc vinum mirabiles facit exercitus; tunc tibi serviunt omnes gentium nationes. Ploret igitur mater Ecclesia quod pastor gregis dominici factus est lupus rapax. Crassum quidem de grege comedens, confractum non alligat et dissolutum ad propria non reducit, sed velut amator schismatis, caput et author scandali, pater doli, contra jura romani principis et honorem tuetur hereticos, Dei quidem et omnium Christi fidelium inimicos, omni prorsus Altissimi timore postposito, et hominum verecundia retrojecta. Sed ut possit hic melius sui cordis maliciam occultare, predictos crucis hostes et fidei fovet et protegit sub quadam specie pietatis, adserens se Lombardis ad hoc tantum ferre subsidium in hac parte, ne Cesar illos cedat aut judicet plus quam requirit series sui juris. Sed dolose vulpis astutia nunquam in hoc fallet ingenium venatoris. At qui regis Israel, intende singularis dominici gregis pastor. Dic, rogo, quod est hoc quod curabat, ut legitur, infirmos a morbis validis umbra Petri? Tu vero, tanquam vir sanguinum, ad hoc solum invigilas ut facta strage, viventium sanguis innoxius effundatur, et de te, sacerdos male, optime dici potest, qui tuo tempore Deo displicere proponis, et per excellentiam tuam iracundie turpis es imitator, dicens : « Guerram veni mittere in terram, et quid aliud volo, nisi ut inter se homines prelientur? » Non enim est hoc romani pontificis, cui « pasce, dictum est, oves meas, » ut illas quidem mortifices, quarum pastor et caput diceris, dux etiam et servator. Istud quidem consideres, ut nec voluntas vel furor opprimat jus et verum, quod ille rex terrestrium et celorum, in terris diutius conversando, nil prorsus habere voluit cum terrenis, sed docendo discipulos, beatos pauperes spiritu tunc vocavit. Tu vero tantum in terris habens proprium et commune terrenis, in horreis terrena thesaurizas. Sed, proh dolor! thesauros Ecclesie raro vel nunquam in

Digitized by Google

usus erogas egenorum. Sed ut testatur Anagnia, mandasti domum fieri mirabilem, sicnt regia solis erat, oblitus prorsns Petri inopie, qui dudum non habnit nisi rete; et qnod pejus est etiam, illa nostra Hierusalem, in qna Christus effuso sanguine pati voluit et occidi, jacet ancilla canibns et tributaria Saracenis. Et tn Christi vicarius in hoc dormis nec curas qnod nostra dolet hereditas ad alios devoluta. Sedet enim deserta civitas, olim plena populo et gentibns speciosa, Romani quidem antistitis omni prorsus solatio destitnta, fnndens rivos amaritudinis, que lac et mel olim fundere consnevit. Vox cujus, quasi vox turturis qne pro cantu dat gemitnm, vidnata plorat anxie, velut Rachel filios suos, quod in templo sancto suo non videt sabbatha venerari, assidne Regem regum romanum expectans principem, captivitatis sue fiduciam, et sni exterminii redemptorem. Tu antem hostis, Herodes impie, illuc ire times; lapis offensionis et petra scandali, maris et terre semitas contnrbasti, ne Cesar iste, mirabile mnndi lumen et speculum sine rnga, snccurrat more Cesareo terre Dei. Sed cum defendis hereticos perditionis filios et erroris, andire potes merito verbum illnd : « Error cni non resistitur, adprobatur. » Nec est mirnm; nou enim cares occnlte societatis scrupnlo, cum manifesto facinori desinas obviare. Ad cor ergo revertere, nec opponas te principi matris Ecclesie defensori, sed cogita et attende qnod Sylvestro dudnm pape panperrimo latenti tnnc temporis in caverna respondit, ut decnit tantum virum, sacri magnificentia Constantini, qui cnratus a lepre vitio, dedit Ecclesie quicquid habet libertatis hodie vel honoris. Sed Sylvestri successor male respondet hodie Friderico. Nnmquid enim dimittis septnagesies septies, sicut eterni Regis Filius dixit Petro : « Qni non vis sonti semel parcere sepe veniam postulanti? » aut cum dicat Apostolus : « Omnis potestas a Domino Deo est; qui potestati resistit, divine potentie contradicit. » Revertentem ergo ad greminm matris Ecclesie benigne recipias filinm singularem, presertim cum petat instanter veniam absque culpa; alioquin leo noster fortissimus, qui simulat hodie se dormire, rugitns sono terribili trahet ad se omnes a terre finibus tauros pingues, et plantando justitiam Ecclesiam diriget, evellens prorsus ac destrnens cornua superborum.

Digitized by Google

Reversus imperator Paduam vocavit et fiduciam dedit marchioni Estensi . . . . . Multa et magna tunc fiebant secreta consilia apud monasterium Sanctae Justinae singulis noctibus et diebus. Tunc accepit imperator principem Rainaldum filium marchionis et ejus uxorem sibi jam antea deputatam, sed nondum datam, Adeleitam filiam Albrici de Romano, et eos pro obsidibus tenuit et postmodum in Apuliam misit, dicens quod hoc erat pro bono pacis. Rolandin., *De fact. in March. Trevis.*, ap. Murator., *Scriptor.*, t. VIII, p. 227. [Circa finem aprilis.]

Rogerius de Petra Sturnina, magnae imperialis curiae judex, post litem agitatam Raynaldum de Transaquis, B. fratrem ejus et Massarum ad restitutionem feudi quondam Johannis Sarraceni et baroniae ejusdem condemnat. [Apud Paduam], 25 aprilis.

(Edit. in *Regest. Frider. II*, fol. 18 recto, ap. Carcani, ad calcem Constitutionum, p. 259.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno incarnationis ejusdem M. CC. XXXVIIII, die Inne XXV aprelis, XII indictionis, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus XVIIII, regni Jerosolimitani XIIII, regni vero Sicilie anno XLII, feliciter. Amen. Dum ego R. de Petrasturmina, magne et imperialis curie judex, olim apud Cremonam curiam regerem, mandatum ab imperiali parte recepi ut super quadam denunciatione sibi facta de pheudo quondam Johannis Sarraceni quod dicebatur ad curiam pertinere et illud dominus Raynaldus

Digitized by Google

de Transaquis et dominus Massarus detinebant injuste, necnon de honore baronie a dicto domino Raynaldo illicite usurpato diligenter inquirerem, et si juris esse fisci celebrata reperiretur cognitio, ad demanium revocarem. Ad cujus executionem mandati dictos dominos R. et M. qui presentes erant in curia requisivi, et eis denunciationem ipsam ostendi et legi, ut si tenendi predicta bona justam causam habere crederent, sui juris tuendi causam ostenderent et firmarent; super quo cum deliberandi terminum quesivissent, post deliberationem indultam et habitam responderunt quod predicta tenebant per curiam et rationabiliter possidebant et parati erant ostendere coram justitiario regionis ubi nota testimonia et vetera poterant documenta prestare. Quod quia ipsis et curie videbatur expedire, eo quod in Lombardie partibus instrui comode causa predicta non poterat, domino H. de Montefuscolo tunc imperiali justitiario contrate illius commissum est de imperiali mandato ut probationes dictorum dominorum R. et M. audiret; fisci ordinato procuratore pro parte curie, qui fisci causam instrueret, et adversariorum intentionibus responderet. Fuit injunctum etiam justitiario supradicto ut auditis omnibus qui causam contingerent, ipsam plene instructam remicteret in curia decidendam. Qui justitiarius cum diligenter fecisset secundum mandati sibi facti tenorem, et predictorum dominorum R., B. fratrum et M. necnon et procuratoris curie probationes instrumentorum et testium recepisset et ad imperialem curiam destinasset apud Paduam, ubi erant predictorum R., B. et M. procuratores qui presentes aderant et dominus B. procurator fisci, [cum] super probatis et processu toto prout ipsius cause natura subgesserat allegarent per que contra fisci procuratorem nitebantur probe ostendere quod de imperiali mandato facto domino G. de Sancto Victore et domino R. de Aver. tunc justitiariis Aprutii, dicto domino R. pro parte uxoris sue supradicti pheudi quondam Johannis Sarraceni possessio fuerit restituta : cui tanquam proximiori ejusdem Johannis et ad quam rationabiliter pertinebat reddendum fore per sententiam decreverunt. De concessione etiam baronie asserebant probe per testes qui se vidisse dicebant privilegium quoddam sigillo imperiali munitum, in quo viderant contineri dominum imperatorem concessisse dicto R. pro se et predicto B. fratri suo, quod bona

que antecessores eorum tenuerant in baronia, tenerent de gratia speciali. Confirmationis etiam dicti phendi et divisionis de ipso pheudo facte cum dicto domino M. probe per testes hujusmodi ostendere conabantur. Contra que omnia per procuratorem curie objectum est nullam fore predictorum justitiariorum sententiam nec possessnm habitum coram eis, in qnibus procurator fisci non affuit quem causa ipsa necessario requirebat. Nullius etiam momenti fore probatio testium dicebatur qui se vidisse concessionis baronie confirmationem et divisionis predicte privileginm deponebant, nec dictnm privilegium sic latebat quod nec ostensum in jure est, nec casu peremtionis probatum quod illud exhibere necesse non fuerit, ut a suspicione judicis animnm removerent. Et cum super hys hinc inde multa forent in judicio allegata, tandem rejectione et conclusione secutis, ego qui supra judex diligenti consilio habito cum baronibus et aliis probis viris, qnia dictorum justitiariorum sententia contra fiscnm obposita nulla fnit, eo qnod in nnlla parte ipsins jndicii fisci procurator fnerat, neque de concessione baronie, concessionis aut confirmationis dicti pheudi Johannis Sarraceni seu divisionis inde facte aliquid efficaciter est probatnm, et per testes productos a parte curie, predictos omnes ex collaterali linea et ex sexu femineo dicti Johannis Sarraceni, qni sine descendentibns obiit, in quarto gradu attinuisse inveni, Andream procuratorem predictorum dominorum R., B. fratrum et M. et ipsos omnes ad restitucionem dicti phendi et baronie nominate snperius condempnavi. Ad cujus rei memoriam, etc.

Ivit tunc dominus imperator Vicentiam, et illic colloquium habuit cum magnatibus omnibus de Marchia Tarvisina . . . . . . Et stans ibidem fecit sibi Monteclum Majorem dari, castrum scilicet Ugucionis de Pileo Vicentini districtus, et positis ibi custodibus Saracenis, fecit ipsum ulterius per imperium custodiri. ROLANDIN., *De fact. in March. Trevis.*, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. VIII, p. 228. Vicentiae, (maio ineunte.)

Paduae, [maio exeunte.]

Hac de causa (1) Paduam rediit imperator. Fecerat autem et in Padua constituerat in kalendis madii praeteritis Tybaldum Franciscum de Apulia potestatem Paduae et imperialem vicarium in Marchia Tarvisina generaliter a flumine Olii usque Tridentum. Constituit autem eodem mense generalem exercitum, et cum carrocio Paduae circa finem ejusdem mensis duxit exercitum ipsum ad Castrum Franchum, locum Tarvisinorum. ROLANDIN., *loc. supr. citat.*, p. 228.

[Ante Castrum Franchum, junio ineunte.]

Dominus imperator terminum dedit Tarvisinis quod usque ad VIII dies ad ipsius mandata venirent. Quod cum facere contempsissent, termino praeterito, privilegium dedit et scribi fecit quod imperialis majestas videns Tarvisinos existere contumaces, Paduanos vero subditos et fideles, . . . donavit ex imperiali gratia populo Paduano Castrum Franchum et civitatem Tarvisii a flumine Sili citra, scilicet versus Paduam, usque ad mare. Et hoc privilegium aurea bulla roboratum Tybaldo potestati Paduae pro ipsius civitatis communi recipienti solemniter ibi dedit. ROLANDIN., *De fact. in March. Tarvis.*, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. VIII, p. 229. Cf. VERCI, *Stor. degl. Ecelini*, t. II. p. 179.

---

(1) Scilicet propter rebellionem Tarvisinorum quos, dum imperator Vicentiae moraretur, Albericus de Romano, Biaquinus et Wecilius de Camino in seditionem concitaverant, expulso imperiali potestate captisque imperatoris fautoribus.

Digitized by Google

Gregorius papa Albericum de Romano commendat quod contra Fridericum excommunicatum Ecclesiae adhaeserit, hortaturque ut in proposito suo firmiter perseveret. Laterani, 7 junii.

(Edid. Verci, *Stor. degli Ecelin.*, t. III, p. 278, n° CLV, e libr. 2 archiv. comm. Tarvisii.)

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Albrico de Romano, salutem et apostolicam benedictionem. Cum Federicus dictus imperator sit excommunicatus a nobis, exigentibus culpis suis, et nos in omnes alios qui in articulis illis pro quibus ligatus extitit vel aliis, contra Romanam Ecclesiam ei prestiterint consilium, auxilium vel favorem, de consilio fratrum nostrorum excommunicationis sententiam solemniter promulgantes, omnes qui ei fidelitatis juramento tenentur ab ejusdem observatione juramenti decrevimus absolutos, districtius inhibendo ne sibi fidelitatem observent juxta canonicas sanctiones; nos propositum ad defensionem catholice fidei et ecclesiastice libertatis presidium tibi desuper inspiratum in Domino commendantes, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatenus virtute constantie roboratus in proposito ipso firmiter perseveres, securus quod in iis que Deo sunt placita vires tuas Omnipotentis dextera confortabit et Apostolice Sedis favor tibi non deerit, ubi fides defenditur et pro ecclesiastica libertate certatur.

Datum Laterani, VII idus junii, pontificatus nostri anno tercio decimo.

Extant aliae ejusdem papae litterae ad Albericum, quibus ipsum cum omnibus bonis ejus sub sua et Ecclesiae protectione suscipit.

Dat. Laterani, IV idus junii.

Ad electum Gradensem et episcopum Castellanum, quibus Albericum in sua protectione susceptum eis commendat.

Dat. Laterani, II idus junii.

Digitized by Google

Ad episcopum Castellanum, quibus precipit ut aboleat omnes sententias a Frederico imperatore contra Albericum latas.

Dat. Anagniae, nonis septembris.

Ad electum Gradensem de re eadem.

Dat. Laterani, nonis decembris.

(*Ibid.*, n[is] CLVI, CLIV, CLVII, CLVIII.)

[Apud Veronam, 8 junii circiter.]

Demum ivit imperator Veronam (1), et amodo fecit studiosius custodiri exitum et introitum de Alemannia in Lombardiam et e converso: sunt enim quaedam loca in districtu Veronae quae vulgus appellat Clusas, per quas de facili potest negari talis introitus et patere. ROLANDIN., ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. VIII, p. 230.

Veronae, 13 junii.

Fridericus, Romanorum imperator, per Petrum de Vinea, judicem imperialis aulae, publicari facit sententiam proscriptionis et banni contra Azzonem marchionem Estensem, Uguccionem comitem Vicentiae, Richardum comitem Sancti Bonifacii caeterosque sibi rebelles ibidem nominatos editam; quam sententiam Ecelinus de Romano de voluntate testium ibidem quoque nominatorum fideliter observandam jurat.

(Edider. BIANCOLINI, *Dei vescov. e governat. di Verona*, p. 145-149, n° XX, 4° (Veron. 1757); ex transumpto a notariis Veronensibus facto anno 1307 et scripto in quodam rotul. membr., ap. arch. civ. Veron. C. 12, M. 1, n. 1. — VERCI, *Stor. degl. Ecelini*, t. III, p. 271, n° CLIL)

---

(1) Tertio die junii obsidione Castri Franchi soluta, Fridericus ad Sanctum Bonifacium transiit, ubi marchio Estensis vitae sibi periculum imminere ratus ab imperatore defecit neque a Petro de Vinea ad Gibellinas partes reduci voluit. Unde omnes marchionis fautores quos invenire potuit apud Villam Novam captivari jussit imperator.

Digitized by Google

Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, indictione duodecima. Sententia serenissimi domini nostri imperatoris. Die lune tertiodecimo intrante mense junio, in Verona ante ecclesiam beati Zenonis confessoris, in presentia dominorum Thomaxii comitis de Cereta, Thadei judicis imperialis aule, Roberti de Casteione Aprilorum, Coni de Bramonte, Eccelini de Romano, Bonifatii comitis de Panico, Verloti de Detombertis de Pergamo tunc judicis communis Verone, Buzacarini de Castrorupto, Galvagni de Turisendis, Bonaventure de domino Alberto de Marzio de Castello, Dominici de Ilaxio, Benvenuti de Ilaxio atque Ubaldi de Pulice, Boni de Pitagna causidici, Thebaldini de Clavica, Gordani Coloniensis, Archilicie de Venco Sartore, Gambani de Henrico Salaxesio, Constantini filii quondam domini Omneboni causidici, Henrici de Biondio, Clarelli de Montecleda notarii, testibus et aliis. Cum utriusque juris pagina confiteatur, approbet et affirmet ut universi et singuli Romanorum subesse debeant imperatori qui temporali gladio totius orbis obtinere meruit monarchiam, et etiam tanquam membra capiti, filii patri, humiles servi domino in cunctis obedire fideliter et devote, dignum est et consentaneum rationi, ut qui abjecto devotionis et obedientie jugo, alicujus contumacis vel rebellionis instinctu, contra imperium cervices suas in fastum presumunt extollere, in detrimentum corone prodictorie conspirantes, et rigoris sententiam et subsecutionem sentiant, ita quod ipsi de scelerosa presumtione perenni penitentia et dolore in finem belli torqueantur et ceteris terror perpetuus incutiatur consimilia presumendi; sane serenissimus princeps noster Federicus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, equitatis et justitie zelo ductus, in concione publica ejus precepto ad sonum campane et vocem preconum coadunata, ibidem per os (*a*) domini Petri de Vinea, judicis imperialis aule, in Azzonem marchionem Hestensem, Ugoccionem (*b*) comitem Vincentie, Petrum comitem de Montebello, Rizardum comitem Sancti Bonifacii atque Ugucionem de Pillio et universos et singulos infra scriptos eorumque filios et sequaces, eo domino imperatore

(*a*) In impressis *eos*, male.
(*b*) In impressis *Linationem*, male.

Digitized by Google

semper ibidem astante et jubente, talem indixit sententiam : qui dominus Petrus de Vinea sedens super equum jussu dicti domini imperatoris sic dixit alta voce. Imperare fecit Azonem Novellum marchionem Hestensem, Uguccionem (a) comitem Vincentie, Petrum comitem de Montebello, Rizardum comitem Sancti Bonifacii, Ugutionem de Pillio et filios eorumdem, Pecorarinm de Mercato Novo et ejus filios, Bonacursium et Henricum de Monzambano fratres et suos filios, Danesium de Monzambano et Rigeiolum Barufaldum et socium ejus, filios et filios eorumdem, Balzanellum Frescanovellam et suos filios, Riprandum de Hugo et Bonfanctum (b) et Marcolum ejus filios et filios eorumdem, Albertum de Castronovo et suos filios, Mucium de Castronovo et suos filios, Albertum Crucifixum et suos filios, Constantinum et Isuardinum fratres filios quondam Aleardini de Capite Pontis et suos filios, Marchesium et Bartholomeum de Bonaguisis et suos filios, Guillelmum, Guidonem, Trescum, Gerardum atque Henricum fratres filios quondam domini Malladalpelle (c) et filios eorumdem, Nicolaum de Locio et suos filios, Guillelmum de Cellis et suos filios, Valerianum de Mancino et suos filios, Robertum et Guillelmum fratres filios quondam Conradini de Basta de Orto et suos filios, Bonifacium Boccafalsam, Bartholomeum de Guantis de Cereta et suos filios, Gillium de Garimbertis de Cereta et suos filios, Isnardinum de Lendenaria quondam de domino Albrico et suos filios, Manuellum de Lendenaria (d) et suos filios, Rodulfum de Lendenaria et Crosmum et Bernardinum ejus filios et filios eorumdem, Rizardum et Albertinum fratres filios quondam Folcolini de Lendenaria et suos filios, Antonium . . . filium quondam domini Guillielmi de Lendenaria et suos filios, Bragnum quondam domini Bonacursii de Bonadomano et suos filios, Guillelmum qui dicitur Bocaleca et Isnardinum quondam domini Bazallerii de Sumaripa et suos filios, Crescentinm de Passapareto et suos filios, Bonzenum (e)

(a) Ibi ut supra *Linationem.*
(b) Apud Verci *Bonsanctum.*
(c) Ap. Verci *Malacapelle.*
(d) Ista a verbo *quondam* desunt ap. Verci.
(e) Ap. Verci *Bronzenum*

Digitized by Google

Brutamassaram de Crescentionibus et suos filios, filios quondam Clarimbaldi de Albareto de Crescentionibns et filios eorumdem, filios quondam Alberti de Bugeriui de Albareto et filios eorumdem, Monferarium de Castroveteri de Crescentionibus et filios eorumdem, Thebaldum Bonzenellnm de Crescentionibus et ejus filium; Millebrachi et suos filios, Turisendum de Ussonico et suos filios, Zacolam de Brentiuo et suos filios, Danielem de Scanarolis, Johannem de Scanarolis et suos filios, Delavitum notarium comitis Sancti Bonifacii, Iceriuum notarium filinm quondam Bonzanini de Mercato Novo, Iusulanum et Cavalcasellam fratres de insula Verone et filios; Advocacinum de Villapicta et snos filios, Filippum de Grego de Moratica et suos filios, Cuchellum de Petrofixo et suos filios, Bonavautium et Guisalbertum de Cavazanis et snos filios, Johannem de Mouciolo, Bonaventuram et Dyonisium fratres filios quondam Maraboti de Castello et suos filios, Jacobnm Rubiuum, Bonaventuram et Bonazuntam fratres filios qnondam domini Ecerini de Musto et suos filios, Zavarisium de Vicecomitibus et Federicum ejus filinm et snos filios, Principallum de Capris et suos filios, Paganotum de Tosexatis de Roncho et snos filios, Egualum de Brenola et suos filios, Guascum Causidicum de Ilaxio et ejus filinm et Choldum et Nepotem et filios eorumdem, Salandiuum de Ilaxio cum filiis, Dexideratum de Magnanis de Ilaxio, Nicolaum Henricum notarium civilem de Tunciauis de Ylaxio (*a*), Thomeum de Diuo de Ylaxio, Ghojanum cum filiis de Ylaxio, Johannem de Plaza de Ylaxio, Laufrancum de Presbytero de Ylaxio, Jerardum de Domina Comitissa cum filiis, Litefredum quondam Xouchi, Albrigetnm notarium de Pasqneto, Ugonem de Marchesio cum filiis, Bonafemiuam filium Stanfe de Ylaxio, Bonaventuram de Domina Vita, Balzam de Ottonello de Buga, Bernardum notarium de Sancto Petro in Cariano. Quoniam omnes predicti renneruut preceptis imperialibus obedire, et conspirantes contra honorem imperii, eidem invicem et contrarii pluries extiterunt, citati coram ejusdem presentia comparere contumaciter recusantes, perpetuo banno imperii tanquam proditores corone precipimus

(*a*) Hoc ultimum nomen, scilicet *Nicolaum*, etc., deest ap. Vercl.

Digitized by Google

subjacere, et eorum vassallos et servos si mandatis imperialibus se obtulerint parituros, cujuslibet fidelitatis et servitutis modo quo eis tenerentur omnino absolvimus, ut eis de cetero nullius fidelitatis vel conditionis vinculo sint adstricti; ac ipsos proditores eorumque filios et sequaces atque universos qui potestatis et communis Verone non parent preceptis et extra civitatem Verone morantur ad sententiam faciendam communitati et intrinsecis de Verona, omni honore, omni dominio omnique jurisdictione quam obtinerent vel obtinuerint ab imperio sive ab aliis qui spectarent ad imperium privamus et penitus spoliamus, ac cuncta eorum bona et possessiones ubicumque fuerint que a dominis tenent in eos dominos reverti precipimus, et que ab imperio, imperiali camere confiscamus; ita ut nullum de cetero possint habere regressum nisi hinc ad octo dies proximos veniant preceptis imperialibus et suorum nuntiorum obedire parati, ubicumque imperialis majestas vel ejus nuntii aderunt in tota monarchia vel etiam Lombardia. Et quod presens sententia ex nunc robur suscipiat firmitatis, contra universos et singulos qui perseverantes in tantam contumaciam hinc ad prefixum terminum non venerint manituri (*sic*), insuper universa castra, villas, loca ac municipia que guerram fecerunt seu faciunt communi Verone et intrinsecis de Verona sive sint communia sive privata et universos homines qui occasione faciendi guerram habitant in iisdem, judicamus et precipimus idem per omnia ut superius de ceteris est expressum. Ad hec statuimus quod a prefixo termino in antea nullus presumat tractare, ordinare seu attemptare treguam, pacem, compositionem vel aliud certamentum cum predictis banitis Lombardis seu cum aliis inimicis imperii absque ipsius imperatoris et suorum nuntiorum licentia nec mandato nec cum eis colloquium facere nec ipsis litteras vel nuntios destinare. Si quis autem contra hoc generale edictum ausu temerario attemptare presumpserit, perpetuo imperii banno subjaceat, ejusque bonis in communi Verone publicatis, tanquam proditor corone personaliter puniatur. Ad majorem autem hujus rei firmitatem imperatorie placuit majestati ut specialis et universa communitas Veronensis habuit (*sic*) generali statuto acquiescerent et de habendo ratum prestarent juratoriam cautelam. Et dominus Eccelinus de Romano de

voluntate omnium et rogatu juravit supra eorum animas quod ipsi observabunt inviolabiliter in omnibus et per omnia secundum quod superius continetur et quod de cetero non presument aliquatenus contraire. Sancivit etiam imperialis serenitas quod universi et singuli de civitate Verone corporaliter jurare debeant consimile sacramentum, et plenam licentiam contulit atque precepit cuilibet tabellioni qui adesset ibidem ut de universis et singulis predictis conficere possit publicum instrumentum et publica (a) instrumenta.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem canonicorum et capituli majoris ecclesiae Veronensis, eos et ecclesiam ipsam cum omnibus bonis sub sua et imperii protectione recipit, mandans quod nullus eos molestare praesumat, nisi sibi inventi fuerint verbo vel opere adversarii. Veronae, junio.

(Inedit. ex archiv. capit. maj. eccles. Veron., *Lib. chartac. privileg.*, fol. 178.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos, ob reverentiam regis regum per quem salubriter vivimus et feliciter imperamus, ad supplicationem S. venerabilis archipresbyteri, canonicorum et capituli majoris ecclesie Veronensis, fidelium nostrorum, tam eosdem quam ecclesiam ipsam cum hominibus, familiis eorum et omnibus aliis bonis suis que nunc juste tenent et possident et in antea justo titulo poterunt adipisci, sub protectione ac defensione nostra et imperii recepimus speciali, presentis scripti auctoritate mandantes quatenus nullus sit qui predictos archipresbyterum, canonicos et capitulum aut ecclesiam ipsam in personis et rebus suis aut familiis eorumdem contra presentis protec-

(a) Ap. Verci *plurima*.

Digitized by Google

tionis nostre tenorem ausu temerario impedire vel molestare presumat, nisi nobis inventi fuerint verbo vel opere adversarii. Quod qui contra presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursnrnm. Ad hujus antem protectionis nostre memoriam et robur perpetno valiturum, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Verone, anno dominice incarnationis millesimo dncentesimo tricesimo nono, mense jnnii, dnodecime indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, sacri imperii ejns anno nonodecimo, regni Iernsalem quarto decimo, regni vero Sicilie qnadragesimo secnndo, feliciter. Amen.

Veronae, junio. Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Bertrandi de Barras, prioris hospitalis Sancti Johannis Jherosolymitani in prioratu Sancti Ægidii, domos hospitalis ejusdem per imperium sitas cum possessionibus earum sub sua speciali protectione recipit, et hospitalis ejusdem immunitates in regno Arelatensi et Viennensi commemorat et confirmat.

(Edid. D'Escluseaulx, *Priviléges accordés à l'ordre de Saint-Jean de Hiérusalem*, etc., p. 29 (Paris, 1700, fol.); coll. cum chartulario dicto *de Manosque*, in arch. Praefect. Massil., fol. 57.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sni nominis titulos ampliat, tnnc officii sni debitum reddit cum fenore Deo vivo, cum ejus intuitu per qnem preest principibns orbis terre, loca Deo dicata et religiosas personas pio favore tnetnr et justas earum petitiones exaudit. Qua propter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos ad infinita misericordie servitia que in domibus

Digitized by Google

hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani, videlicet tam in partibus transmarinis quam et ubique terrarum in advenas et peregrinos atque infirmos cotidie exercentur, habendo respectum; intendentes ergo fidem puram et devotionem sinceram quam frater Bertrandus de Barras, prior hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani in prioratu Sancti Egidii, fidelis noster, ad majestatis nostre personam et sacrum imperium habere dignoscitur, et pro gratis etiam servitiis que nobis et imperio exhibuit hactenus tam fideliter quam devote et que exhibere poterit in antea gratiora; ad supplicationem ipsius, domos hospitalis ejusdem ubicumque per imperium nostrum sitas una cum fratribus, villis, possessionibus et omnibus aliis bonis suis que in presentiarum juste tenent et possident et in antea juste titulo poterunt adipisci, sub protectione ac defensione culminis nostri recepimus speciali; ea omnia ipsis de imperialis preeminentie gratia confirmamus, mandantes et firmiter precipientes quatenus nullus sit qui in domos predictas et bona earum et etiam in mansionibus in regno Arelatensi et Viennensi aliquam jurisdictionem exerceat vel molestiam aliquam eis judicialiter inferre presumat. Sanctimus etiam et in perpetuum confirmamus ut quecumque persona divino intuitu habitum et religionem hospitalis ejusdem professa vel ejus patrocinio legitime commissa fuerit et se et bona sua ad usum etiam pauperum devoverit vel rationabiliter commiserit, sub nostra protectione posita ab omnibus exactionibus atque angariis et ab omni onere pecuniarie tributionis libera omnino consistat; statuentes nihilominus et imperiali sancientes edicto quatenus nullus patriarcha, nullus archiepiscopus vel episcopus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla potestas nullusque capitaneus, nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, villas aut castra seu bona alia domorum ipsarum audeat illicite perturbare nec personam aliquam religionem hospitalis predicti professam aut patrocinio ejus juste commissam angariare vel plectere vel ad expeditionem cogere seu ad opera servilia compellere vel datiam solvere aut scufum facere vel in portuum sive navium aut portarum transitu passagium ab ea recipere aut in foris theloneum vel aliquid aliud illicite extorquere presumat, salva in omnibus et per omnia imperiali justitia;

statuentes universis et singulis quod quicumque contra presentis privilegii nostri tenorem hospitale jam dictum aut aliquam de predictis domibus suis ausu temerario inquietare vel molestare presumpserit, preter indignationem nostri culminis quam incurret, centum libras auri optimi (*a*) pro pena componet, medietate scilicet camere nostre et reliqua medietate passis injuriam applicanda. Ad hujus itaque protectionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt : B. venerabilis Panormitanus archiepiscopus, O. Marsicanus, A. Paduanus (*b*) episcopi, Thomas comes Acerrarum, Berardus comes Laureti sacri imperii in regno Arelatensi et Viennensi vicarius generalis, Riccardus comes Caserte (*c*), Herzelinus (*d*) de Romano, magister Petrus de Vinea (*e*) magne curie nostre judex, et alii quamplures.

Signum domini nostri Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense junii, duodecime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno nonodecimo, regni Jerusalem quartodecimo, regni vero Sicilie quadragesimo secundo, feliciter. Amen.

Datum Verone, anno, mense et indictione prescriptis.

(*a*) Ap. d'Escluseaux *tanquam optatum.*

(*b*) Ap. d'Escluseaux *Privanus;* in chartulario *Prictinus;* ambo mendose. Restituendum nomen aliquo tamen superstite dubio proponimus, dum supra initialem litteram *J.*, non vero *A.* invenerimus.

(*c*) Ap. d'Escluseaux *prior conventus Caspre*, pessime; in chartulario *Rocanus* (!!) *comes Caste*, omisso abreviationis signo.

(*d*) Ap. d'Escluseaux *Hergebanus*, male.

(*e*) Ibidem *Petrus de Viva*, male.

Digitized by Google

Gregorius, papa, archiepiscopo Cantuariensi et omnibus generaliter praelatis fuse scribit, encyclicae quam in se imperator Fridericus propalavit seriatim et ad capitula respondens, calumniasque quas ibidem iste congessit in adversarium retorquet. Laterani, 21 junii.

(Edit. ap. Matt. Paris., *Histor. major Anglor.*, ad ann. 1239, p. 342 et seqq. — Adsunt quaedam fragmenta ad finem hujus epistolae pertinentia ap. Raynald., *Annal. eccles.*, ad annum 1239, § XVIII, XIX, XXII et XXVI, quae desumpta testatur e regest. pontif. lib. XIII, p. 150.)

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis ejus, salntem et apostolicam benedictionem. Ascendit de mari bestia blasphemie plena nomiuibus, qne pedibns ursi et leonis ore deseviens ac membris formata ceteris sicut pardus, os suum in blasphemias diviui nominis aperit, tabernaculum ejus et sanctos qui in celis habitant, similibns impetere jaculis non omittit. Hec unguibus et dentibns ferreis cuncta confriugere et suis pedibus universa desideraus conculcare, fidei occultos olim paravit arietes et nunc apertas machinas instruit Ismaelitarum, gignasia animas avertentia construit et in Christum humani generis redemptorem, cujus testamenti tabulas stylo pravitatis beretice nititur abolere, forma testante consurgit. Igitur admirari desinite omnes ad quos ab hac bestia contra nos edita pervenerunt obloquia blasphemie, si nos omni Deo servitute subjecti detractionum sagittis impetimur, cnm nec ab his opprobriis immuuis Dominus relinqnitnr. Admirari desiuite si iujuriarum in nos mncronem exerit, qnod ad perdendum de terra nomen Domini jam assurgit; sed potius ut ejns resistere aperta veritate mendaciis ac illius confntare fallacias pnritatis argumento possitis, capnt, medium et fiuem hujus bestie Frederici dicti imperatoris inspicite diligenter, et in ejns verbis abomiuationes duntaxat iuveuientes et scelera, contra ipsius dolos sinceros animos scnto veritatis armate, attendentes qualiter sinceritatem Apostolice Sedis

et nostram litteris per diversa climata mundi transmissis, pollutis visus est maculare narratibus dictus Fredericus, figulus falsitatis, modestie nescius. Nec aliquo perfusus rubore mentitur quod nos ipsum nobis in minori officio constitutis amicum pristinum, fidem et mores adepto apostolatus officio relinquentes, quia sicut sacramento prestito et lata in ipsum excommunicationis sententia tenebatur, prefixo tempore in Terre Sancte subsidium vel succursum, infirmitate non potuit prohibente transire, vinculo excommunicationis astringere, postulatum ab ipso sanitate resumpta absolutionis beneficium denegare, ipsumque in dictum transeuntem subsidium per nuntios et legatos nostros litteras processui contrarias Soldano mittentes impedire curavimus, ut sic esset de regni Hierosolimitani recuperatione concepta frustratus; regnum Sicilie pro eo quod Reinaldus olim filius ducis Spoleti preter ipsius conscientiam terram invasit Ecclesie, nos injuste et violenter intrasse ac ipsius homines provocasse ad perjurium falso conqueritur, seque de Syria in Apuliam redeuntem illate injurie omisisse vindictam, acceptasse concordiam et rediisse ad matrem Ecclesiam gloriatur. Licet autem hec figmenta publica notitia reprobat, quia tamen nonnunquam rectitudinis sedem velatum occupat in aure sincera mendacium, apud quam pro se veritas non invenit advocatum, ne in corda vestra falsitas quecunque possit fraude surripere, dignum est verum rei per nos geste modum et ordinem non latere; qui dictum Fredericum ante et postquam apostolice nostros suggessimus humeros servituti, sub vulpe latentem omni curavimus gratia prosequi, donec spe que patri de filio solet innasci sublata, idem Fredericus fremens in magnitudine sua et ex adepta fortitudine infrunitus matri Ecclesie pro bonis mala retribuit et in eam quam fucatis delinivit aliquando verborum fallaciis, virus effundere caude aculeo more scorpionis incepit. Nam cum olim Terre Sancte necessitas, predicta sententia et juramentum ac prefixus terminus transitum ejus exposcerent et illud idem multa millia crucesignatorum ipsum Brundusii expectantia cum instantia postularent, idem dictos crucesignatos inibi donec sub ignoti aeris intemperie diversis lugende mortis casibus periere, detinuit, et perjurium ac excommunicationis sententiam gratis incurrens, infirmus

fide, sed sanus corpore, ut securius Deo mentiretur et Ecclesiam falleret, omisso promisso passagio, in lecto egritudinis diebus aliquot simulatus decubuit ac Terram Sanctam incursibus hostium Christi exponere minime dubitavit, ex eo nullo dolore percussus quod ibi clare memorie nobilis vir Thuringie lantgravius, utinam non veneni periculo, sicut mundus clamat, extitit interemptus. Cumque de conficta egritudine et aliis premissis nobis per litteras prelatorum ibi morantium constitisset, ne discipline virga tanto subjecta facinori nos et Apostolica Sedes redderemur inde notabiles, crucesignatorum mortem et Terre Sancte pericula deplorantes et cupientes saltem in utero Ecclesie lacrymas meroris dextra debite consolationis abstergi, ipsum late in eum de consensu suo, auctoritate bone memorie Honorii pape predecessoris nostri, excommunicationis sententie subjacere denuntiavimus, summo desiderio postulantes ut eum postmodum emendatum tantorum revelatione damnorum optatam prestare operam audiremus; litteris nostris offerentes eidem quod impartiremur sibi juxta formam absolutionis beneficium quam cito arriperet iter in prefate terre succursum. Sed ipse in cujus erat super his pectore cura minor, claves Ecclesie parvipendens, non absolutus in Syriam transiit. Ubi cum Soldano, solis sibi meniis Hierusalem restitutis et illi grandi ad impugnationem christianorum transmisso equorum et armatorum exercitu, sexennale (a) fedus feriens et templum dominicum Saracenorum ibi laudes exclamantium Machometi curie relinquens, ex defensore mutatus in hostem, venerabilem fratrem nostrum patriarcham Hierosolymitanum et Templarios pro viribus expugnavit. Illud autem non debet ad sane mentis credulitatem accedere quod eum in recuperatione regni Hierosolymitani nos vel legati nostri, cum ad hoc multo labore sudaverit grandiumque Ecclesia subierit onera expensarum, studuerimus impedire. Sed istud in notitiam omnis terre pervenit quod idem Fredericus, sicut in Syrie partibus in propria persona Dei persequebatur Ecclesiam, sic citra mare ipsam diversis tribulationibus dicti Reinaldi ministerio, quem contra consilium nostrum suum in regno vicarium reliquerat, affligebat.

(a) Melius ut videtur *decennale*.

Cujus terram cum litteris aurea bulla munitis, pecunia et vasallis ipsius Frederici prefatus Reinaldus invadens, nonnullos sacerdotes et clericos suspendere, mutilare ac fustibus cedere, necnon statu nostro turbato, Perusium partem ipsius terre preoccupare presumpsit. Quem licet fideles et devoti nostri non valentes id ulterius sustinere, a parte terre predicte, Christo sponse sue indulgente victoriam, ejecissent, quia tamen idem Reinaldus nequaquam ab incepta persecutione cessabat, consultius estimantes si originalis militie venas inciderent quam jam excitati torrentis impetus novis repleri rivulis expectarent, dictum regnum Sicilie quod est spirituale patrimonium Ecclesie, ne inde nos percunctentur (*sic*) jacula unde potius erat expectandum subsidium, intraverunt, multique ex ipsius regni habitatoribus, obedientes Apostolice Sedi, nequaquam ob id reputari debent perjurium incurrisse, cum a juramento fidelitatis quod eidem Frederico prestiterant, ex lata in eum excommunicationis sententia absoluti fuissent. Dicto quoque Frederico redeunti de partibus transmarinis et ad sinum matris Ecclesie revertenti, pietatis apposuimus apostolice gremium, ipsique ad expetitam inclinati concordiam absolutionis beneficium curavimus impartiri. Ad hec idem mendacii filius falsitates falsitatibus cumulans ut quo plura mendaciorum retia orditus fuerit, eo gravioribus se doleat periculis irretitum, de novis mendaciis scriptura pronuntiat quod eidem ut Lombardiam pacificus et inermis intraret, promittentes quod aspera sibi converteremus in plana, pro sua confusione subjecimus et non permisimus obice nuntiorum et litterarum nostrarum intentionis sue metas attingere. Ac deinde, quia sibi potentia non suffragabatur armorum, in regnum redire coactus, ad instantiam nostram Romanos tunc Viterbium impugnantes diffidasse et in Viterbiensium subsidium strenuam misisse militiam se falso asserit; nosque scripsisse Romanis id preter conscientiam nostram fieri et cum ipsis eo irrequisito reformasse concordiam in querelam adducit, novo sibi blanditus mendacio quod dissidentibus iterum ab Ecclesie pace Romanis, idem non vocatus cum Conrado filio suo quem nobis obtulerit obsidem, ad presentiam nostram personaliter veniens et arbitrio nostro motam inter ipsum et Lombardos discordie causam exponens, terram Sedis Aposto-

lice occupatam ejus juri restituit et libertatem ecclesiasticam in statum pristinum et debitum reformavit. O utinam iste falsidicus esset vir habens spiritum! O utinam hujus propositio falsitatis verum habuisset eventum! Ipsius vero negotium quod per venerabilem fratrem archiepiscopum Ravennatem de restituendis ei et dicto Conrado juribus ipsis in regno Hierosolymitano subtractis ordinatum fuerat, nos quam cito delata potuit numerari pecunia, destruxisse; fidelibus [suis] quos non sine ecclesiarum incendiis et hominum stragibus hostilis devastabat insultus, ipsius interdixisse succursum et ob id nos nuntium noluisse vel litteras destinare, contrarius veritati conqueritur. Ac Civitatem Castelle contra formam pacis et fratrum consilia in sui juris prejudicium detineri a nobis suis exarare litteris stylo mendacii non veretur. Quanquam autem his figmentis modica veritas intermixta aliquid coloris adjiciat, ut tamen apertius intelligatis quod tantam hujus commenti seriem non modica falsitatis adjectio decolorat, scitote pro certo quod cum, sicut nunc ex temporum eventu cognoscitur, discrete menti verisimile videretur ipsum de Lombardis suum potius consequi propositum potuisse, si se illis quos populorum numerositas profunditasque vallorum, armatorum copia ac murorum reddit altitudo munitos, pietatis parentem exhibuisset et clementie dominum quam si trementibus pro culpa imposita subditis ultionis exerto mucrone terribilis occurreret in cuneis armatorum, ei nos qui bona pacis procurare tenemur, bona fide suasimus ut armate militie omisso terrore, sub indictarum omissione penarum et beneficiorum oblatione illos ad imperii devotionem reduceret. Qui etsi in Lombardiam famulis stipatus inermibus accessit, quia tamen consilii fidelis oblitus, in partem Cremonensium cedit, actor factus est schismatis, scissamque in discordias Lombardiam fortius scindere et Mediolanenses a se terroribus et minis abigere studuit, quos tamen adversa parte ad unitatem trahere potius debuit in funiculo charitatis; non est quod nostre imputetur innocentie si spe frustratus in Apuliam rediit, ipso spei concepte interitum procurante. Post hec super tuitione libertatis ecclesiastice et super extirpanda heretica pravitate nostris beneplacitis paratum se obtulit; ad quem recurrens littera nostra respondit quod cum in regno suo ubi nullus

Digitized by Google

manum vel pedem absque ejus movet imperio, in fidem catholicam heresis latius venena diffunderet et libertas Ecclesie quasi penitus conculcata jaceret, non credebatur capiti salutis adhibere remedium qui pedem suo reddiderat contactu morbosum. Sicque responsum hujusmodi lapsu modici temporis approbante, audito quod quidam pravo seducti consilio, Ecclesie terram intrare volebant, in Siciliam quasi fuga capta, ne rupta promissio eum falsitatis argueret, protinus abiit, ac contra illos verbo vel opere in aliquo non processit, nobis improperans quod revertentes ad Urbem Romanos filios speciales Ecclesie ad matris devotionem paterna curavimus diligentia revocare. Idem insuper, intellecto quod illos ab Ecclesie charitate sejungere quidam iniquitatis filii nitebantur, et excogitato quod facilius hanc et illos opprimeret si prefatam charitatem acerbius fraude solita vulneraret, nobis tunc Reate presentibus, ad Sedem cucurrit Apostolicam etiam non rogatus, ubi sub multa humilitate promittens quod terram Ecclesie perditam in primum statum reduceret et ipsam pro viribus defensaret, in Tuscia ad quam vires suas contulit, recuperationem cujusdam castelli quod ad jus Ecclesie modico reduci labore poterat, impedivit. Et cum adhuc manus tradentis nobiscum essent in mensa, cum hostibus Ecclesie, sicut ex consequentia facti et litteris suis que a nobis in tante proditionis testimonium reservantur, aperte convincitur, hoc signo dato inde vicarius pepigit in ipso, certo die exinde recedente, illi ad arma iste mons pestifer devotionis obsequia prestitit. Attendito quales Ecclesie famulatus occultus hostis impendit, qui in ecclesiasticum transformari non erubuit famulum ut nobis ad nocendum fieret efficacior. Pro firmo tamen vos tenere cupimus quod nos his sub dissimulatione preteritis, circa eum adhuc non permittentes immutari affectum apostolice puritatis, per dictum archiepiscopum, commisso sibi legationis officio, jura ei et prefato Conrado in eodem regno Hierosolymitano mandavimus subtracta restitui. Qui licet id fecerit, quia tamen formam sibi datam propter quod ab eo ad nos extitit appellatum excedens, Terram Sanctam, quod est inauditum a seculo, post appellationem hujus sententie supposuit interdicto, nos attendentes quod ob id in maximum ejusdem terre periculum peregrini ex ipsa recederent et alii in-

Digitized by Google

ceptos ad illam transitus retardarent, dictam sententiam, que utpote latam post appellationem legitimam ipso jure nulla fuerat, in omnibus aliis prefati archiepiscopi intacto remanente processu, sufficienti a baronibus, nobilibus et comitibus regni predicti cautione recepta, in omni sinceritate de fratrum nostrorum consilio duximus relaxandam. Quod ergo ipse de nobis ob hoc labiis pollutis obloquitur, vester animus non turbetur, quia cum sit vas repletum vitiorum spurcitia, ea que ipsius infecerunt animum, putat in aliis criminum deservire (a) tormenta : ex quo cum malorum opprobria laudem, laudes quoque opprobrium resonent a viro cujus omnis lingua clamat infamiam, sugillationibus impeti eligimus multo fortius quam laudari. Sed forsan maculam opinionis sue his credit abolere convitiis, quia se dum apud Viterbium moraretur inficiens a facie hostium Ecclesie non verecundus aufugit, et ad defensionem suorum fidelium quos ipsius hostes in oculis ejus obsederunt, terram nullo prohibente vastantes, affirmans suum per nos ad illos interdici progressum, imperialis honoris prodigus, sed timore prohibitus non accessit; ex eo innocentiam nostram accusans quod ad evitanda hujus belli dispendia nuntium a latere nostro non misimus. Sed nec mirum cum eo tempore status Ecclesie multiplici fuisset persecutorum afflictione turbatus. Venimus autem ad Civitatem Castelle cujus cives se illi violato sacramento fidei Ecclesia ignorante prodentes, nullum jus per hoc in seipsis adquirere, nullum nobis circa possessionem cum jurisdictionem civitatis et civium quasi possideret Ecclesia, prodendo potuerunt prejudicium generare; quia illis a quibus alteri potius quam sibi possidentibus non requiritur, possessionis initium leges possessionum evertere et extraneis jura conferre nequivit possessorum; necnon qui de reddendis possessionibus Ecclesie [absque] ratione ad eum pertinentibus pluries juramentum prestiterat, satis improvide a nobis videbatur petere quod non poterat absque perjurio retinere. Nec credi debet in hoc nos sibi omnimodam coram arbitris vel alio modo justitiam exhibere paratos, fratrum nostrorum despexisse consilium, quod nuntiis ejus inceptum judicium recu-

(a) Sic, forsitan *desevire*.

Digitized by Google

santibus prosequi, non fuerat requirendum; quin potius hanc petitionem ea duntaxat fraude intentasse proponitur ut sic ei obloquendi de Ecclesia et pacem inter ipsam et eum initam irritandi occasio preberetur. Illud quidem quod super facto imperii inter cetera sua detestabilis testatur epistola, noster edisserit his literis calamus ut quo pluribus ejus fictio cognita fuerit, eo fortius ex suo maneat commento confusus; dum de nobis obtrectat quod ad nostram translato notitiam eum ad recuperanda jura imperii cum multis bellatorum intrare millibus Lombardiam, sibi ne Italiam intraret armatus et ut de negotio Lombardorum in nos precise compromitteret apostolico scripto mandavimus, ut illud perpetuo suspendere vel jus imperii libere suffocare possemus, contra ipsum venerabilem fratrem nostrum Prenestinensem episcopum per quem ejus vacuaremus propositum transmittentes, ei impedimentis clandestinis per legatos et litteras nostras per orbem undique procuratis. Iste vero cui ne veritatem fateri aut enarrare possit, judicium a divina forsan est indignatione negatum, sicut obtrectationes persone nostre non verecundatur ex falsis assumere, sic et excusationes suas ex similibus propositionibus non veritus ordinare, se per nuntios suos venerabilem fratrem nostrum Panormitanum archiepiscopum et quosdam alios ad Apostolicam Sedem missos devotionem omnimodam super ecclesiastica libertate et reformandis Ecclesie et imperii juribus obtulisse, nosque id attendentes et promittentes a cujuslibet ipsius impedimento cessare, nuntiis suis ad eum redeuntibus, dilecto filio Gregorio de Montelongo notario nostro in suorum eversionem fidelium, legationis officium commisisse asserit; ipsoque nihilominus prefatos archiepiscopum et alios nuntios suos ad Sedem Apostolicam remittente et offerente satisfactionem omnimodam, nos eum contradicente saniore parte fratrum nostrorum, contra traditiones Sanctorum Patrum et solemnem morem Ecclesie injuste excommunicasse falso concludit; pro sua confusione subjungendo nos beati Petri vicarium non habere ligandi solvendique potestatem, quasi velit asserere nos concessa Apostolorum principi carere clavium potestate. Quesumus igitur, libram rationis assumite et in ea perpendatis predictum Fredericum contra Ecclesiam, excessibus et beneficiis que ab ea recepit appen-

sis; clarius videte quod licet draco iste, qui ad illudendum nobis formatus et in escam populo Ethiopum datus existit, nquas persecutionum in subversionem Ecclesie ex ore quasi fluvium miserit, Apostolica tamen Sedes ipsius nequitiam inestimabili beneficiorum misericordia superavit. Nam cum olim ab annis teneris illorum morsibus qui terram ejus et sanguinem sitiebant, in lacuna confusionis expositum, parentum et amicorum solatio penitus pene nudum videns mater Ecclesia, protinus circa ipsum nutricis et bajule officium executa, eum pallio Apostolice Sedis operuit, de laqueo venantium eripuit, multis laboribus et expensis ad regni solium et coronam imperii sublimavit. Insuper hoc ei fecisse modicum reputans et sibi Hierosolymitanum subjici regnum et illum undique per orbem exaltare procurans, licet ab eodem multiplici se lesam afflictione doleret, ei paucis tamen retroactis temporibus contra Henricum natum ejus qui partem non modicam Alemannie ejus jurisdictioni subtraxerat, potenter astitit, et afflictorum sibi per eum oblita vulnerum, ipsum de novo quasi in imperatorem erigens, Teutoniam apostolicis literis ipsius reformavit desiderio, his et aliis que non sufficimus recordari beneficiis ipsius construens munimenta decoris. Sed iste baculus impiorum, terre malleus, universam conturbare terram, regna conterere et orbem desertum ponere cupiens, libertatem ecclesiasticam in dicto regno Sicilie in opprobrium servitutis extreme deducens et ecclesias quas ut earum teneritudine suum ventrem impleret quasi jam penitus exossavit, sordibus, oneribus et angariis opprimens, eas bonis sacris deputatis sanctorum usibus spoliavit, personas ecclesiasticas carceri mancipavit, ipsasque in examine vetito accusationes suscipere, tallias solvere et bona ecclesiastica ut se a vexationibus redimant exhaurire et postremo exulare coarctat. Ecclesiis pastorum solatio viduatis non permittit sibi sponsam eligere, viduitatis vestimenta deponere, donec alicujus adulterinis amplexibus per compulsionem extiterint copulate. De christianorum habitaculis construens menia Babylonis et edificia in quibus divinum nomen excolitur illuc transferens ubi Machometus perditus adoratur, turbis undique collectis, Crucifixi fidem et nomen publice predicari in eodem regno prohibuit. Recuperationem Terre Sancte et negotium impe-

Digitized by Google

diens, ad ejus consummationem de bonis suorum fidelium conferri interdixit. Contra juramentum prestitum et pacis inter ipsum et Ecclesiam reformate federa nobiles privatos castris et aliis bonis suis, uxoribus et liberis captivatis, loca sua proscriptos relinquere, domicilia in aliorum transferre coloniam, nutritos in croceis amplexari stercora et ad extremam cogit inopiam devenire. Necnon dum afflictione comprimit simili pauperes, id tanto fortius Deo displicere putamus quanto verius ipsos credimus innocentes. Quid plura? baronibus, militibus et aliis hominibus ejusdem regni Sicilie ad fortunam et conditionem servorum inaudita crudelitate redactis, jam pro majori parte ipsius regni habitatores non habent de proprio unde stramine vili quiescere, nuditates suas rudi sacco contegere vel ventrem pene possent miliatio saturare. Cumque ululatus et clamores dictarum ecclesiarum et hominum a tempore dicti Honorii predecessoris nostri Ecclesie aures continua deploratione pulsassent, et jam vix possemus eos absque lesione conscientie sub dissimulatione transire, ipsum super correctione dictorum scelerum non semel, sed pluries nuntiis et literis monuimus, ac longa patientia temporibus expectavimus retroactis, si forsan oculos suos ad celos erigens, exutus veterem novumque indutus hominem, manus suas a tanta perpetratione facinorum cohiberet. De petita insuper emendatione dubii adhuc, volentes statum ejus proprio processu gratulari, eo Lombardiam cum armis intrante mandavimus ut in locis pro quacumque causa interdicto subjectis, ipso presente interdictum minime servaretur, et eumdem Fredericum nostris literis admonuimus ut ne crucis negotium quod ad utilitatem Ecclesie, imperii, et totius populi christiani fuerat ordinatum, impedire valeret, precise in nos compromitteret, ne si contra Lombardos armata manu procederet, tantam daret exempli perniciem ut presumeretur a pluribus quod ceteros Ecclesia fefellisset. Ceterum quia redintegrare scissuras schismatis nostro incumbit officio servitutis, pro sedanda imperii et Lombardorum discordia, Prenestinum episcopum, commisso sibi legationis officio, illa consideratione potissime duximus destinandum, ut sibi et quibuscumque discordantibus minori haberetur ratione suspectus quo suis actibus minus firmamenti odii vel amoris ingereret, qui a mundo et

Digitized by Google

carne ex susceptione sancte religionis abstractus in divini amoris altitudinem evolasset. Noster sibi destructor respondeat quid ex hoc nobis et eidem episcopo poterit imputari si Placentie inter patres, filios, affines consanguineos et germanos ordinata concordia, eo presente et protestante quod id salvis honoribus et juribus imperatoris et imperii et quorumlibet aliorum fieret, consummationem accepit. Quinimo idem blasphemus intelligat sibi ad infamiam merito reputari quod cum ad ipsius et nunciorum suorum instantiam venerabilem fratrem nostrum Ostiensem episcopum et dilectum filium nostrum T. tituli Sancte Sabine presbyterum cardinalem pro pace juxta formam ab eisdem nunciis inter Lombardos et imperium reformanda, ad partes misissemus easdem, idem dictis legatis petita et ampliora adimplere paratis et delusis nobis, reformationem pacis per ipsos noluit acceptare. Ecce nunc intelligite qualiter imperii jura conculcavimus. Ex premissis advertite qualiter a nobis hic fuerit impeditus, qui longo et inani labore suos et suorum humeros decrevit potius conteri quam passus extiterit per nos jura imperii reformari. Preterea illatis Ecclesie non contentus injuriis, data quibusdam rebellibus nostris non modica summa pecunie, seditionem contra nos in Urbe molitus est pluries commovere, ut nobis et fratribus nostris a sede nostra repulsis et concusso capite fidei quod super hedificavit Dominus, impulsu ejusdem Frederici rueret leviori. Ferrariam et quasdam alias terras Ecclesie in Lombardiam contra juramentum prestitum temere veniens occupavit. Super quo et aliis credens nos detinere inanibus verbis, dictos Panormitanum archiepiscopum et alios nuncios suos cum litteris de credentia ad nostram duxit presentiam destinandos. Quibus offerentibus nobis satisfactionem super premissarum offensarum emendatione venerabilem (*sic*), ante et post ipsorum a curia nostra recessum terram Sardinie et Massam Lunensis diocesis occupare ad Romanam Ecclesiam pertinentes non omittens, ipso facto ne ultra ejus expectaremus correctionem edocuit, ac non debere fidem sibi vel suis nuntiis adhiberi, operis evidentia demonstravit. Ex quo illud solum in conscientia sua legens quod cor ejus ad conterendas ecclesias et catholicam fidem dirigitur, de nobis quibus se jam quocumque fraudis vellere occultare non potest, non

Digitized by Google

immerito suspicatur quod ipsius potentiam habentes justa ratione suspectam, cum melius sit ante tempus occurrere quam post inflicta vulnera remedium invenire, ad avertendas suorum progressuum semitas officium legationis dicto notario commisimus; qui nequaquam juxta ipsius suspicionem id fecimus, sed ut per eum bellorum cladibus, animarum corporumque periculis obviare possemus. Ex premissis igitur et aliis nequeuntes de ipsius correctione sperare et dolentes nos ejus promissionibus toties et toties fuisse delusos, prefatum Fredericum de fratrum nostrorum consilio sententia excommunicationis duximus innodandum. Quanquam ex hoc perditum intellectum resumere et coram Deo potius humiliari deberet, eo tamen amplius inde furens quo jam suam confusionem agnoscens fortius veretur ut Ecclesie obstetricante manu educatur coluber tortuosus, nos ex persone nostre meritis indignos asserens, qualibet officii auctoritate papalis per nos predicta sententia minime potuisse constringi suis presumptuose litteris asserit. Et nos qui temporibus nostris patrimonium Ecclesie per gratiam Dei non modice ampliavimus, de dilapidatione bonorum ecclesiasticorum, dispensationum processu, receptione munerum et avaritie vilitate redarguit. Ac contra eum ex illo quod contrahendis inter neptem nostram et naturalem ejus filium sponsalibus petitum subtraxit assensum, [nos] provocari falso confingit; illud apertius mentiens quod Lombardis contra eum et imperium corporale prestitimus sacramentum, seu quod totius orbis decimas Terre Sancte utilitatibus reservatas convertere promiserimus in ejus compendium, si arbitrio nostro negotium exponeret Lombardorum. Fatemur autem nos defectu meritorum nostrorum indigne Christi esse vicarium; fatemur nos oneri tanto insufficientes existere, quod humana conditio non potest absque divino suffragio supportare. Nihilominus tamen vices nobis commissas, prout melius nostra permittit fragilitas, exequentes, secundum quod locorum, temporum, personarum et negotiorum qualitas et natura requirunt, disponenda disponimus et cum excellentibus personis pure et secundum Deum, cum necessitas id exposcit, de nostre potestatis plenitudine dispensamus. Verum tamen non est dolor quod sic profundo gladio ejus feriat animum, sicut dum terminos transgreditur regum nec potest

aggredi officia sacerdotum; propter quod idem qui pro auri fame dictum regnum Sicilie jam redegit in cinerem, credens se qui omni tempore vite sue paucis pure, pluribus vero justitiam pretii venalitate corruptus exhibuit, quod in persona sua resuscitans magum Simonem luto temporalium maculare possit Ecclesie puritatem, ut sic in spiritualibus grassari et in suis permitteretur sordibus remanere; murum integritatis Ecclesie multis et specialiter oblatione castrorum ac parentela inter suos et nostros contrahenda, pro qua nos per quosdam magnos prelatos et nuncios suos pluries requisivit, tentavit infringere. Nunc vero quia id nulla instantia nulloque ingenio, sicut est in curia nostra quasi notorium, a nobis potuit obtinere, quin potius se cum suis perditioni relictum artium suarum fallaciis in pejus proficere jam agnoscit, quia nescit ultra quid faciat, se ipsum mendacio suo in aliorum detractione deturpat, more meretricis Egyptiace que Joseph invitavit ad stuprum et ab ipso contempta apud virum suum volens accusavit invitum. Unum quidem est de quo, etsi pro homine perdito sit dolendum, letari non modicum et Deo regratiari debetis quod volente Domino qui diutius occultari non patitur umbram mortis, iste qui gaudet se nominari preambulum Antichristi, non expectans propinquum sue confusioni judicium, manibus propriis effosso suarum abominationum pariete, per dictas litteras ejus suarum producit in lucem opera tenebrarum, in eis constanter proponens quod per nos tanquam Christi vicarium vinculo excommunicationis astringi non potuit. Sicque affirmans non esse apud Ecclesiam a Domino beato Petro et ejus successoribus ligandi atque solvendi traditam potestatem, dum heresim asserit, proprio sibi argumento concludit, consequenter ostendens quod male sentiat de ceteris fidei orthodoxe articulis, dum Ecclesie super quam fides fundata consistit, auferre nititur concessum verbo Dei privilegium potestatis. Sed quia minus bene ab aliquibus credi posset quod se verbis illaqueaverit oris sui, probationes in fidei victoriam sunt parate quod iste rex pestilentie a tribus baratoribus, ut ejus verbis utamur, scilicet Christo Jesu, Moyse et Mahometo, totum mundum fuisse deceptum, et duobus eorum in gloria mortuis, ipsum Jesum in ligno suspensum manifeste proponens, insuper dilucida voce affirmare vel potius

mentiri presumpsit quod omnes fatui sunt qui credunt nasci de Virgine Deum qui creavit naturam et omnia, potuisse. Hanc heresim illo errore confirmans quod nullus nasci potuit cujus conceptum viri et mulieris conjunctio non precessit, et homo nihil debet aliud credere nisi quod potest vi et ratione nature probare. Hec et alia multa quibus verbis et factis catholicam fidem impugnavit et impugnat, suo loco et tempore sicut decet et expedit manifeste poterunt comprobari. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente in virtute obedientie per apostolica scripta districte precipiendo quatenus ne dictus Fridericus corda fidelium fallacibus verbis subvertere vel contagione sua possit quomodolibet gregem dominicum maculare, clero et populo vobis subditis supradicta plene ac fideliter exponatis.

Datum Laterani, duodecimo kalendas julii (1), pontificatus nostri anno decimo tertio.

Clausula supra scripta mittitur domino regi [Angliae] cum litteris praecedentibus, hoc modo : « Quocirca serenitatem regiam monendam duximus et hortandam quatenus supradicta tibi facias diligenter exponi, ne regalis innocentie puritas possit verbis fallacibus maculari.

Datum Laterani, *et caetera ut supra.* »

Apud Regium, junio.

Fridericus, Romanorum imperator, universitati civium Aptensium qui confessi fuerunt a solo imperio et a se consulatus dignitatem immediate habere, a tempore cujus non extat memoria,

---

(1) Ap. Mathaeum Parisiensem, mensis notatio chronologica ita est : *duodecimo kalendas junii* (21 maii); ap. Raynaldum vero *kalendis julii*, numero praetermisso, quod primo julii diei respondet. Utramque tamen notationem mendosam esse opinamur, dum si priorem accipiamus, brevius temporis intervallum superesse videatur quam ut imperiali epistolae die vicesimo aprilis praecedente scriptae in curia romana mature et singulatim ad capitula responsum fuerit. Si quis autem *julii* pro *junii*, unius litterae emendato lapsu, legerit, papalem epistolam melius tum rerum, tum temporis ordini aptatam fore non negabit.

Digitized by Google

eamdem dignitatem concedit et perpetuo confirmat, cum omnibus juribus ibidem expressis quae ad consulatum pertinent.

(Inedit. ex arch. Praefect. Massil., *Cour des comptes de Provence*, Arm. A, registr. 20 *Pellican.*, fol. 181, ubi inseruntur instrumenta ab anno 1485 ad ann. 1496 transcripta. Tunc temporis originale, nunc deperditum, in *Turri thesauri* asservabatur, sicut nos in margine codicis nota exarata docet. Memorat. ap. Remerville, *Histoire d'Apt*, p. 237, MSS. in Biblioth. Carpentor. Cf. Bose, *Hist. d'Apt*, p. 145 et 151.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentie dignitas laudis titulos tunc acquirit, tunc potentia sua robur obtinet, et vires ejus suscipiunt incrementum, cum fidelium suorum merita diligenter attendit, et eorum obsequia dignis largitionibus et muneribus recompensat. Hac igitur ducti consideratione laudabili, et attendentes devotionis et fidei puritatem quam universitas civitatis Aptensis, fideles nostri, erga celsitudinem nostram gerunt laudabiliter et attente, considerantes etiam grata satis obsequia que nobis exhibuerunt hacthenus et in anthea poterunt exhibere, de munificentie nostre gratia qua benemeritos et fideles nostros consuevimus intueri, eorum supplicationibus benignius inclinati, cum confessi fuerint manifeste et aperte recognoscendo veraciter dixerint quod consulatus dignitatem immediate a solo imperio et a nobis habeant, et ab eo tempore cujus non extat memoria dignitate ipsa juste usi fuerint et quiete, dignitatem eamdem universitati predicte concedendam duximus et perpetuo confirmandam; volentes et concedentes eisdem ut semper consules habeant, et plene ac libere utantur officio consulatus, tam in ipsa civitate Aptensi quam in toto territorio ejusdem, cum omnibus que ad consulatum pertinent supradictum et eis juste uti consueverunt, tempore memorato, videlicet bannis vinearum, pratorum, ortorum et arborum, frumenti etiam totius civitatis et territorii ejusdem, talliis factis occasione prefatarum rerum, banno extrahendi frumentum et vinum civitatis ejusdem, mensura frumenti et pondere; consueto etiam jure imponendi collectas tam denariorum quam frumenti pro communi utilitate civitatis ipsius,

cum jure etiam cannarum, mercatorum, testorum, et aliorum qui cannas habent aut tenent, jure etiam macelli et carnium et jure tabernarum, jure quoque librarum piperi et aliarum specierum, cum jure etiam consueto pistorum, molendinorum et ipsorum custodum; cum jure similiter puniendi latrones et fures qui furtum fecerint in civitate ipsa vel extra, durante mercato quod ibi fieri consuevit; cum jure cohertionis ut pro personis et rebus locatis mercedes debite persolvantur; cum jure similiter conservandi vias ipsius civitatis in statu debito, et mensuras olei consuetas, et jure cohertionis clausure civitatis, et illorum quibus excubie faciende mandantur, et cum omnibus aliis juribus, bonis usibus, et rationibus pertinentibus ad ejusdem officium consulatus; ita tamen quod consulatum ipsum a nobis semper et imperio teneant et tenere cognoscant, ad requisitionem nostram vel nuntiorum nostrorum nobis juramentum fidelitatis et imperio prestare debeant, et curie nostre servitia exhibere. Ad hujus autem nostre concessionis et confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium eis exinde fieri fecimus nostri sigilli munimine roboratum.

Actum apud Regium (1), anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense junii, duodecime indictionis, regnante domino nostro Frederico invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jherusalem et Sicilie rege, anno imperii ejusdem nono decimo, regni Jherusalem quarto decimo, regni vero Sicilie quadragesimo secundo, feliciter. Amen.

[Junio.] Ipso mense junii Sanctagatensis et Calvensis episcopi Romam vadunt missi ab imperatore ad cardinales; sed a papa repulsi in

---

(1) Dum erronee putaverit Remerville Fridericum secundum tunc temporis in Provinciam advenisse, nomen hujus loci, scilicet *Reggio*, quod optime itinerario imperatoris convenit, perperam *Riez* in Provincia interpretatus est.

Digitized by Google

regnum sine effectu redeunt. Ricc. de S. German., *Chronic.* ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1041.

[Junio.] Eo tempore subscripta capitula edita sunt in regno quae pro parte imperiali observari jubentur. In primis ut fratres praedicatores et minores qui sunt oriundi de terris infidelium Lombardiae, expellantur de regno, et ab aliis habeatur cautela quod non offendant imperatorem. Idem fiat de aliis personis religiosis. Item ut barones et milites qui foverunt aliquando partem papae contra Caesarem et praecipue qui sunt in confinio regni, inducantur, potentes, quod vadant ad servitium curiae in Lombardiam cum equis et armis, impotentes similiter, a curia imperiali stipendia recepturi. Item a cathedralibus ecclesiis per se exigatur et imponatur pro imperiali curia adjutorium, secundum modum et potentiam divitiarum suarum. Nihilominus a canonicis earum dioecesum sibi subjectis, presbyteris et clericis secundum facultates eorum; illud idem exigatur ab abbatibus, monachis nigris et albis. Item quod hii qui sunt in romana curia, praeter exclusos (1) et suspectos, revertantur in regnum; sin autem, bona eorum infiscentur nec permittantur post citationem reverti. Excipiuntur qui sunt cum cardinali Thoma et cum Johanne de Capua notario papae. Item illorum clericorum qui de regno non sunt, bona et beneficia quae habent in regno infiscanda sunt. Item quod nulli permittatur ad Romanam Ecclesiam accedere sine speciali mandato magistri justitiarii, et qui accesserint non permittantur redire sine mandato

---

(1) Mense madii Teanensis, Calinensis, Venafranus, Aquinensis episcopi de regno exeunt, imperatore mandante. Ricc. de S. Germano, *ibidem*.

Digitized by Google

curiae. Item quod statuantur exploratores ne quis masculus vel femina intrando regnum portet papales litteras contra Cesarem. Item ut qui inventus fuerit contra Cesarem illas portans, ultimo supplicio puniatur suspensus, et si portaverit litteras de credentia, cogatur confiteri modum et tenorem credentiae; et si confessio laedit principem, eodem judicio puniatur sive clericus sive laicus fuerit. Ricc. de S. German. *Chronic.*, ad ann., ap. Murator., *Scriptor.*, t. VII, p. 1041.

[Circa finem junii.] [Albertus de Beham] (1) Gregorio papae scribit quod calendis junii Chunradus rex Alemanniae et archiepiscopus Moguntinus cum mille militibus venerunt Egram, laborantes multum ut principes imperii sibi possint placare pecunia pollicita; quibus rex Bohemiae et dux Bawariae usque Elenpogen occurrerunt [cum] quatuor millibus hominum. Advenere marchiones Brandeburgenses, marchio Misniae, Raspo landgravius Thuringiae (2). Post multa per mediatores Chunradus in suam sententiam traxit Thuringum Misniumque; quos cum rex Bohemiae et dux Bavariae a

(1) Albertus Bohemus nomine, sed natione Bavarus, sub Innocentio tertio et Honorio tertio unus ex majoribus curiae romanae advocatis, Pataviensis archidiaconus, anno 1239, a Gregorio papa munus acceperat excommunicationem contra Fridericum imperatorem latam una cum Philippo de Assisio in Alemannia publicandi.

(2) « Hoc anno in die Palmarum dominus papa imperatorem denuntiavit. Quapropter ab ipso imperatore circa kalendas junii in Egra principum conventus procuratus est. Quo ipse imperator manens in Longobardia nuntios dirigens, illatam sibi a papa sententiam ipsis significavit. Principes autem praesente Conrado rege cautione juratoria se imperatori obligantes, papam ipsi reconciliare promiserunt. Huic tamen curiae rex Boemiae et marchio Brandenburgensis non interessentes, ipsi non sunt obligati. » *Chronic. Erphord.*, perperam ad ann. 1238, ap. Boehmer, *Fontes*, t. II, p. 400. — « Papa sollicitavit archiepiscopos et episcopos ut imperatorem denuntiarent. Sed episcopi Teutoniae ne hoc fieret supplicabant. » Albert. Stad., *Chronic.*, ad ann. 1239.

Digitized by Google

proposito revocare non possint, Chunrado et suis multum indignati, solventes treugas discessere. Magna discordia ab hujusmodi colloquio. Dux Austriae qui illis diebus ad obsidendam Viennam pro militibus laborabat, petebat ut rex Bohemiae ac dux Bavariae sibi auxilio venirent; alia parte instabat festum sancti Petri (1) ad quod tam rex Bohemiae quam etiam dux Bavariae cum sociis principibus venire debebant ad electionem novi regis, cupientes utrumque negotium finiri. Decretum ut dux Bavariae cum quatuor millibus duci Austriae subveniret, rex Bohemiae cum societate principum et pleno mandato ducis Bavariae ad electionem faciendam ad indictum terminum properaret. Sperat in festo beati Petri eligi circa Poloniam in loco Lubus (2) in regem Romanorum regem Daciae juniorem (3). Petit autem dominus dux [Bavariae] mitti legatum : consulit et Albertus. Petit dux ut contra avunculos suos Rasponem Thuringum et fratrem ejus Chunradum conversum (4) excommunicatio mittatur.

(Edit. in *Aventini Excerpt. act. Alb. Bohem.*, ap. Oefele, *Script.*, t. I, p. 787, et ap. *Biblioth. des Liter. Vereins in Stuttgart*, t. XVI, p. 5.)

---

(1) Scilicet 29 junii, nisi agatur de festo sancti Petri *ad vincula*, quod in primum diem augusti incidit.

(2) Scilicet *Lebus* in marchia Brandenburgica, haud longe a Francofurto super Oderam.

(3) Nomine Abel. De quo audiendum quid dicat Albericus Trium Fontium ad ann. 1241 : « Istum Abel voluit aliquando papa regem Alemanniae contra imperatorem constituere. Quo recusante cum non haberet tot et tanta quibus se imperatori opponeret, duce etiam Ottone de Brunswic similiter recusante et dicente quod nollet mori simili morte qua patruus suus imperator Otto fuerat mortuus; .... tandem res ista de mandato papae delata fuit ad dominum Robertum fratrem regis Franciae; sed de consilio et prudentia matris opus intactum remansit. » Ap. *Rer. Francic. Scriptor.*, t. XXI, p. 629. « Papa Gregorius insolentias imperatoris contra Ecclesiam metuens, principes super electione alterius sollicitavit. Sed nichil profecit, quia quidam principum ei rescripserunt : non esse sui juris imperatorem substituere, sed tantum electum a principibus coronare. » Albert. Stad., *Chronic.*, ad ann. 1240.

(4) Idem qui hoc ipso anno exeunte post mortem Hermanni de Saltz, ad summum ordinis Theutonicorum magisterium evectus est.

Digitized by Google

(Circa julium ineuntem.) Fridericus, Romanorum imperator, conqueritur de depositione fratris Heliae ministri Minorum generalis, fautoris sui, et papam malae fidei arguit quod eumdem fratrem ad Romam accedentem cum securitatis litteris ab ipso datis, intercipere voluerit.

(Inedit. ex codice Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germain Harlay*, n° 455, pars 1°; numero et subscriptione non expressis.)

Fridericus, etc. Non ex odio loquimnr, non ex dissidio qnod totam universaliter christiane gentis universitatem incitat, provocamnr. Sed vobis admirantes ingemimus et ipsins nature detrimenta sentimus, honori vestro et omnium profitentinm Christi fidem conjicientes propensins precavendum, quod abinde dolns et snbtilitas in novissimis hiis diebus in qnibus Ecclesie caritas refrigescit, ceperint habere principium unde probabiliter vergit veritas ad occasum. Quis enim non miretnr et doleat audiendo Romanum principem, patrem legis, snccessorem Petri et vicarium Jhesu Christi ut se debitis legibus coartaret, qui pacem evangelizare tenetnr, predicare concordiam et nednm ad proximos, sed remotos unitatem fidei confovere, ad capiendos et tradendos homines dolose sub verbo pacis et fidncie date procedere, litteras securitatis offerre, ut sub hac specie honestatis harum tendiculis falsitatnm incantos offendat? Quid enim vidimus in universitatem produximns, et quod in nostris scriniis de fide data litteris compositis et signatis, ad rei evidentiam velut ad nos depositum reservamus, in veritate testamur. Revera papa iste quemdam religiosum et timoratum fratrem Helyam, ministrum ordinis fratrum Minorum, ab ipso beato Francisco patre ordinis migrationis sue tempore constitntum, pro eo quod amore justicie cui est corde et opere dedicatus, pacem imperii promovens, nomen nostrum, honorem et bonum pacis evidentibus indiciis proponebat, in odium nostrum a ministerio generali, reverentia Christi post-

posita et juris sancti Francisci ordinatione contempta, deposuit (1), divisionem in fratribus faciens et inordinationem et sectionem. Isto postmodum viro religionis et justicie zelatore nostris honoribus adherente (2), iniqua cepit eum emulatione zelare, et non minus ab ipso dubitans tanquam suorum conscio secretorum quam suorum gestorum, quibus quemdam terminum imponebat et modum, de sua conscientia pudibundus consideravit qualiter eum honeste vel inhoneste interciperet et haberet. Misit itaque sibi sue securitatis litteras de fratrum consilio et deliberatione compositas, ut se conferret ad eum quasi pacis negocia tractaturus. Quod cum idem frater ad nostram audientiam protulisset, prestite sibi securitatis litteras assignando in nostra camera reservandas, et nostram illuc eundi voluntatem et licentiam expetisset, nos ita sibi cum sua securitate prestitimus, prout salubritati sue expediens [duximus] et cavendum. Dumque vir iste vite probabilis apud Viterbium processisset, de inconstantia papali dubitans quam familiariter cognoscebat, premisit ad Urbem duos de suis fratribus prenunciantes ejus presentiam et adventum. Quod cum ad papalem audientiam perveniret, oblitus vel simulans securitatem prestitam qualiter homo venerat vel veniret, de ipsius captione callide disponebat. Et licet ex fratrum testimonio fides cuncta de fidantia exhibita prestaretur, nequicquam a proposito dolo cessavit quin inquisito de adventu fratris Helye, ut si presens haberi posset, captus arctius teneretur. Quare inventus non extitit, sibi cavens et predoctus astucia deceptoris. Duos fratres quos premiserat capere conati sunt exploratores, et nuncii quos premisit (a), nisi pro informatione ac consilio plurium aufugissent; et sic innocens liberatus est ab insidiis persequentum. Ad quod universitas vestra provideat cui credere vel committere nos possimus, ut

(a) Ibi quaedam deesse videntur.

(1) Sexto decimo die mensis maii hujus anni 1239. Vid. Wadding., *Annal. Minor*, t. I, p. 579.

(2) « Frater Helias qui in ecclesia Sancti Francisci apud Assisium magister ordinis fratrum Minorum extiterat, pro eo quod apud Gregorium papam delatus a fratribus quod male administrasset, eum papa ab administratione removeril, in odium papae imperatori adhaesit. » Ricc. de S. German., *Chronic.*, ad ann. 1239. Cf. Matt. Paris., *Histor. maj. Anglor.*, p. 351.

Digitized by Google

inde fidei deploremus excidium unde totius consolationis et concordie sperabatur augmentum.

[Circa julium ineuntem.] Fridericus, Romanorum imperator, criminibus sibi a papa de fide christiana objectis respondet, cardinales adhortatus ut summum pontificem a suis illicitis motibus compescant; alioquin timeant ne ad ultiones cesareas ipse procedere cogatur.

(Edit. ap. *Petr. de Vin. epistol.*, lib. I, cap. XXXI; nunc coll. cum variis Bibliothecae Cesareae Parisiensis codicibus.)

Fridericus, etc. In exordio nascentis mundi provida et ineffabilis Dei providentia, cui consilia non communicant aliena, in firmamento celi duo statuit luminaria, majus et minus: majus, ut preesset diei; minus, ut preesset nocti. Que duo sic ad propria officia in regione zodiaca offeruntur, ut et si se multotiens ex obliquo respiciant, unum tamen alterum non offendit: immo, quod est superius inferiori suam communicat claritatem. A simili eadem eterna provisio in firmamento terre duo voluit inesse regimina, sacerdotium scilicet et imperium, unum ad cautelam, reliquum ad tutelam: ut homo, qui erat in duobus componentibus diutius dissolutus, duobus retinaculis frenaretur, et sic fieret pax orbi terre, omnibus excessibus limitatis. Sed sedens in cathedra perversi dogmatis phariseus unctus oleo nequitie, pre participibus suis, nostri temporis Romanus pontifex quod de celestis ordinis emulatione descendit, evacuare nititur. Et credit forte cum superioribus convenire, que natura, non voluntate ducuntur; nostre majestatis jubar intendit ducere in eclipsim, dum veritate in fabulam commutata, plene mendaciis ad diversas mundi partes papales mittuntur epistole, de complexione, non de ratione, accusantes nostre fidei puritatem. Scripsit enim solo nomine papa nos bestiam ascendentem de mari, plenam nominibus blasphemie, pardique varietatibus circumscriptam. Et nos ipsum beluam illam asserimus, de

qua legitur : « Exibat alius equus rufus de mari, et qui sedebat super eum, sumebat pacem de terra, ut viventes invicem se interficiant. » Nam a sue promotionis tempore, iste pater non misericordiarum, sed discordiarum, desolationis et non consolationis solicitus procurator, totum mundum ad scandala excitavit. Et, ut verba sua recto sensu interpretemur, ipse draco magnus, qui seduxit universum orbem, Antichristus est, cujus nos dixit esse preambulum : et alter Balaam conductus precio, ut malediceret nobis, princeps per principes tenebrarum, qui abusi sunt prophetiis. Hic est angelus prosiliens de abysso, habens phyalas plenas amaritudine, ut mari et terre noceat. Inseruit enim falsus Christi vicarius fabulis suis nos christiane fidei religionem recte non colere, ac dixisse tribus seductoribus mundum esse deceptum : quod absit de nostris labiis processisse (1), cum manifeste confiteamur unicum Dei filium, coeternum et coequalem Patri ac Sancto Spiritui, dominum nostrum Jesum Christum, ab initio et ante secula genitum, processu temporis missum in terris, in subsidium generationis humane, non de potentia ordinata, sed de potentia ordinante : qui est de gloriosa Virgine matre natus, passus postmodum, et mortuus secundum carnem et alteram naturam, quam assumpsit in utero matris, virtute deitatis, a morte post triduum surrexisse. Mahometi vero corpus in aere pendere didicimus, obsessum demonibus, animam Inferni cruciatibus deditam, cujus opera tenebrosa fuerunt, et contra legem Excelsi. Mosen vero amicum Dei et familiarem vera docente pagina fuisse tenemus; in monte Synai cum ipso tenentem colloquia, cui Dominus rubum accendit : per quem signa et mirabilia fecit in Egypto et Hebraico populo; lex tradita declarat ipsum postmodum vocatum ad gloriam cum electis. In iis et aliis accusator noster et emulus ponens adversus filium matris Ecclesie scandalum, contra nos mendaces et venenosas notas mundo inscripsit. Sed si rectitudo sensus apostolici non fuisset intrinsecus impedita, nec preposuisset impetum rationi, qui dominatur in ipso, talia non scripsisset, nec ad sug-

(1) Vide supra, p. 339, 340.

Digitized by Google

gestionem illorum qui tenent lucem tenebras, et dicunt malum bonum, qui suspicantur mel esse fel, per locum (*sic*) ab opinione, qui est debilis et infirmus, cum verum esse falsum, cum non esse [esse] convincatur, opinio vero sit indifferens ad utrumque, uno gradu distans a fide, in hujusmodi papalis conscientie ostium infringi minime debuisset. Super quibus omnibus vehementer cogimur admirari, et nostre mentis quietem multa vexat turbatio, quod vos qui estis Ecclesie fundamenta, columne, rectitudinis assessores, Petri urbis senatores, et orbis cardines, non flexistis motum judicis fulminantis, quemadmodum superiores planete faciunt, qui ad retardandam magni corporis velocitatem contrariis motibus opponuntur. Revera imperialis felicitas papali semper impugnatur invidia. Unde Simonides interrogatus cur invidos non haberet, respondit: « Quia nihil feliciter gessi. » Et quia prospera nobis, Deo benedicto, cuncta succedunt, presertim cum Lombardos rebelles nostros ad mortem persequimur, quos ipse predestinavit ad vitam; hec est causa quare pontifex ipse apostolicus ingemiscit, et nunc de consilio vestro felicitati nostre instituerit obviare. Verum de potestate ligandi et solvendi forte ipse dominus gloriatur et pungit; sed ubi virtus deficit potestatis, ibi subservit abusus : hoc in eo intelligitur, qui regie potestatis magnus princeps, eximius prophetarum, restitutionem poscebat spiritus principalis, quia polluerat officii dignitatem. Sed secundum quod indissolubilia non solvuntur, ita et illigabilia non ligantur : quod ex eo manifeste probatur, quia sacra scripta instruunt : mortificant animas que non moriuntur, et vivificant que non vivunt. Potest ergo, que non sunt digna potentie, quantum et quando. Nam cum Deus omnia possit, est aliud quod non potest. Sane, si verus esset pontifex, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus haberetur, non jurgiorum victime, sed hostiarum pacificarum pacificus immolator; et poneret incensum odoris, non doloris : nec pontificium in maleficium commutaret. Si verus esset pontifex, verbum predicationis non traheret in fructum dissensionis. Nec ex hoc accusabimur hostes Ecclesie matris nostre, que sancta est in genere suo, quam cum reverentia colimus et amplectimur cum bonore, divinis sacramentis ornatam; personas tamen singulares et corruptioni subjectas, a medio

Digitized by Google

recedentes penitus reprobamus; et quia injurie non sunt transitorie, que nostre majestati jugiter inferuntur, et animum super iis non lenire possumus, nec debemus utique nostram potentiam relaxare, cogimur ad vindictam. Vos vero qui estis viri ad saniora consilia constituti, sensus et rationis excellentiam obtinentes, rugientem adversarium nostrum a processu cujus detestabile fuit initium, penitus revocetis, rerum consequentias ex causis precedentibus attendentes : alioquin, utraque terra sentiet qualiter in persecutorem ac consequentes principes et fautores procedat Augustus, et qualiter ferro cesareas inferat ultiones.

Eo anno imperator Fredericus obsedit castrum Plumacium et Crevacorum quod est in episcopatu Bononiae cum Parmensibus et Mutinensibus et cum ducentis militibus Reginis et mille peditibus, de mense julii, augusti, septembris; et ea castra destruxit. *Memor. potest. Regin.* ap. Murator., *Scriptor.*, t. VIII, p. 1110.

Fridericus, Romanorum imperator, significat captionem castri Plumatii districtusque Bononiensis depopulationem, et nuntiat se paratum ad conterendos Mediolanenses ut Cumanam civitatem quae in fidem suam rediit eorum incursibus liberet. [Julio.]

(Inedit. ex cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, n° 455, pars II, n° LI.)

Fridericus, etc. Procedentibus nobis feliciter ingenti exercitu ad depopulationem Bononie, dum quoddam castrum nomine Plumatium nostro itineri oppositum (*a*) per quod posset venientibus ad exercitum transitus

(*a*) Deest verbum *extaret* vel hujusmodi.

Digitized by Google

impediri, et quia erat de majoribus Bononie tam militibus quam peditibus communitum, ad ejus captionem disposita sunt ibidem victricia castra nostra ut via posset venientibus expediri et majores de Bononia non evaderent manus nostras. Licet igitur aggeribus et profundis fossis multitudine aquarum repletis, Bononienses et alii de castro eorum propugnaculis confidentes nostris viribus frustra resistere temptavissent, exaustis artificialiter infra dies modicos aquis multis et confractis castri turribus machinis bellicis, die. . . . . . . igne premisso primo aggressu cum flamma, cum ferro noster illud victoriosus cepit exercitus, majori parte infidelium predictorum non absque divino judicio data in combustionem et cedem, reliquis nostro carceri consignatis (1). Castro igitur deplumato et combusto, plumarum in tali viduata Bononia pulvinari, procedimus prepotenter destruendo undique arbusta (*a*) sua et ad eam circumquaque in bonis suis radicitus dissipandis cominus vicinando, ut eam in lecto suo perfidie penitus consternamus, et consternatione in brevi peracta, congestis undique nostrorum fidelium viribus, ad conterendum caput infidelitatis Mediolanensem civitatem disposuimus personaliter accedendum ut abinde Cumanam civitatem que ad mandatum nostrum et beneplacitum est reversa, ab ipsorum Mediolanensium incursibus liberemus, et imperiales comitatus nostros secure et Marchisanos qui nostrum felicem expectant adventum, in nostrum dominium redigamus. Gaudeant igitur nostre fidei zelatores et in nostrorum felicitate successuum reliquias hostium jam prostratas et in brevi ex toto prosternendas attendant, quia non datur ulterior diffidentie filiis evadendi fiducia qui brachium defensionis eorum in errore dumtaxat et perfidia posuerunt, et per ultricis flamme judicium et vindictam nostri moderatrix imperii manus decrevit nostris manibus condempnandos.

(*a*) In codice *frustra*.

(1) « Eodem mense julio imperator cum suo exercitu cepit in episcopatu Bononiensi castrum quoddam fossatis et aquis munitum quod Plumacium vocabatur, quod totum igne crematum est. Atque principales eorum qui intus steterunt ignis cremavit, et fere quingentos qui evaserunt ignis incendium imperator duxit captivos. » Ricc. de S. German., *Chronic.* ad annum.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Gualdi magistri domus hospitalis Sancti Peregrini in Alpibus, tria privilegia ab Henrico Romanorum rege patre suo eidem hospitali indulta renovat et inserendo confirmat, variasque concessiones ibidem expressas de propria gratia superaddit.

In castris in episcopatu Bononiae, julio.

(Inedit. in archivo ducatus Lucensis, lib. II, n° 3-2°, arm. 2, ex copia pergam. anni M. CCC. XXXVI, sed minus correcte exemplata et paululum vetustate deleta.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentia tunc precipue sui nominis titulos ampliat, tunc officii sui debitum reddit cum fenore Deo vivo, cum loca Deo dicata et personas ecclesiasticas pio favore tuetur et justas eorum favorabiliter petitiones exaudit. Ea propter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod Gualdus venerabilis magister domus hospitalis sancti Peregrini in Alpibus, fidelis noster, quedam privilegia divi augusti Henrici patris nostri recolende memorie dudum eidem hospitali clementer indulta nostro culmini presentavit, humiliter supplicans et devote ut illa innovare et omnia que continentur in eis confirmare de nostra gratia dignaremur; quorum primi tenor talis est:

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Apud Regem regum ad eterni regni meritum et temporalis imperii prosperiorem decursum nobis indubitanter proficere confidimus si loca nostra venerabilia ac Deo dicata benigno favore respicimus et eorum possessiones de nostre largitatis munificentia studeamus ampliarę. Quapropter notum facimus universis imperii fidelibus, tam videlicet presentibus quam futuris, quod nos intuitu Dei, pro remedio peccatorum nostrorum et pro salute anime nostre, hospitali sancti Pellegrini de Alpibus cunctisque personis in eodem hospitali divino obsequio mancipatis aut in posterum mancipandis concedimus duodecim jugera terre nostre in

Brayda de Florano, eaque ipsis in perpetuum quiete tenenda confirmamus. Ad cujus rei evidentiam presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione jussimus communiri; statuentes et regali edicto precipientes ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, nulla civitas, nullum commune, nulla potestas, nulla denique humilis vel alta secularis vel ecclesiastica persona prenominato hospitali seu fratribus ibidem Deo militantibus molestiam seu quamcumque injuriam presumat inferre. Quod qui fecerit in ultionem temeritatis sue duodecim libras puri auri componat, dimidium camere nostre, reliquum vero passis injuriam. Hujus rei testes sunt Guillelmus Astensis episcopus, Sigefridus Mantuanus electus, comes Robertus de Nassove, Henricus de Winderstetten (*a*), Rodolfus de Raperstiswilar (*b*), Henricus Testa marescalcus, Henricus de Lutra camerarius, Johannes frater ejus et alii quamplures.

Datum Laude, anno Domini millesimo centesimo octuagesimo septimo, indictione sexta, quinto idus novembris.

Secundi vero talis est continentia:

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus. Locis ac personis Deo specialiter dicatis nostre liberalitatis impendere volentes favorem, eis abundantius volumus esse provisum habitaculum et consultorum (?) in quibus peregrinantium ac pauperum misericordius providetur existenciis. Inde est quod universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus quod nos predicta inducti consideratione, locum qui dicitur Petra Allela cum omnibus pertinenciis suis ac territorio quod ei concessum fuit ab antiquo, mira pietatis donatione contulimus hospitali sancti Peregrini ut ibi ex loci supradicti fructibus egenis et hospitibus aliquatenus consulatur; precipientes ut fideles nostri qui in vicino constituti sunt, eamdem donationem nostram firmam et inconcussam consentiri faciant et memoratum hospitale in hac benignitatis nostre munificentia defendant indempne. Si qua vero persona humilis vel alta adversus id agere tentaverit, magnitudinis nostre sentiat offensam et viginti marchas argenti nomine pene componat.

(*a*) In copia *Vinideristen*, male.

(*b*) In copia *Rapeestesraultre*, pessime.

Digitized by Google

Datum juxta Montem Pociannm, anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo (1), indictione undecima, qnarto idus martii.

Tenor autem tertii talis est:

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustns. Si ecclesiis Dei et locis venerabilibns regie benignitatis nostre favorem clementer impenderimus, id nobis indubitanter in eterna beatitudine profnturum speramns. Ea propter notum facimns nniversis imperii fidelibns tam presentibus quam futnris qnod nos pro salnte anime nostre et parentnm nostrornm, hospitale sancti Peregrini situm in Lnccensi episcopatu cum personis in ipso divino obseqnio mancipatis vel in posternm mancipandis cum omnibus bonis et possessionibns quas in presenti habent ant in fnturo juste poterunt adipisci, in nostram protectionem recipimus. Regali quoqne mnnificentia ipsis indulgemns ut in Alpibus Apennini liberam habeant potestatem ferrnm faciendi, greges pascendi, ronchandi et novalia faciendi. Statuimns itaque et regia anctoritate precipimus nt nulla civitas, nnllum commune nec nlla persona hnmilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, predictum hospitale vel personas in ipso Deo militantes contra hanc majestatis nostre protectionem et concessionem molestare andeat seu quibnsquam injnriarum calnmpniis attemptare. Qnod qni facere presnmpserit in nltionem temeritatis sne decem libras auri puri pro pena componat, dimidinm camere nostre, reliquum injnriam passis. Ad cujns rei perpetuam firmitatem presentem cartam conscribi et sigillo nostro jnssimns communiri.

Datum in bnrgo Mozami (?), anno Dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo septimo, indictionis qninte, sexto kalendas maii.

Nos igitur qni Dei ecclesias intuitu divino ac hnmanitate uobis subgerente fovemus, supplicationibns prefati magistri benignius inclinati, suprascripta privilegia imperatoris Henrici patris nostri recolende memorie

(1) Quum ista anni notatio luce clarius mendoza sit, non absque probabili conjectura credimus hunc annum proponendum esse qui indictioni undecimae ante romanam Henrici coronationem conveniat, videlicet 1178; quo tempore Fridericus primus in Tuscia et Lombardia agebat.

Digitized by Google

prefato hospitali dudum clementer indulta huic nostro privilegio de verbo ad verbum inseri jussimus, omnia que continentur in eis de imperialis preeminentie gratia confirmantes, supra illa videlicet que feudalia non sunt vel nostris servitiis obligata. De abundantiori quoque munificentie nostre gratia concedimus et confirmamus hospitali prefato omnes possessiones et bona quatenus justo titulo adepta esse dinoscuntur et in antea quolibet justo titulo poterunt adipisci, tam videlicet in curia Cameliacii de Florano quam in locis aliis qui ex contractibus in hujus terminos et per ultimas voluntates [devenerunt ?], et specialiter novem bubulcas terre quas in pertinentiis formiginis (?) Mutinensis filius quondam Egidii Manfredi conversus hospitalis ejusdem in dictum transtulit hospitale, nisi possessiones, bona et terre ipse, sicut dictum est superius, feudalia sint vel curie nostre serviciis obligata. Concedimus etiam ut liceat hospitali prefato, magistris et rectoribus ejusdem nec non conversis et ordinatis suis aralia sua, blava, vinum, oleum, salo, carnes, corramen et quecumque alia hospitalis ipsius que de bonis ejusdem habent et percipiunt aut ex elemosyna misericorditer acquirunt, per Lucensem, Pisanum, Vulterranum, Pistoriensem, Luenensem, Parmensem, Reginum, Mutinensem, Mantuanum, Bononiensem episcopatus et districtus et ubique per imperium ad domos et grangias suas libere et secure portare absque impedimento, passagio vel aliqua molestia personarum et rerum, ita tamen quod ea vel de ipsis ad terras nostrorum rebellium vel ad rebelles nostros occasione ipsa minime deferantur. Concedimus quoque hospitali jamdicto pro molendinis suis libera pascua per claram et insulam Situlle, liceatque ei aquam ex ipso flumine Situlle et flumine Castelionis juxta terram Mansonis per terras suas conducere ad usus et utilitatem molendinorum suorum que habent vel construi facient in districtu Hiriberie et curiis Noceti et domo Mansonis, sine incommodo tamen publico et evidenti prejudicio vicinorum. Statuentes et imperiali sancientes edicto quatenus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, nulla civitas nullumque commune jamdictum hospitale, magistros, rectores vel ordinatos ejus contra presentis privilegii tenorem ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostri cul-

minis se noverit incursurum et centum libras auri optimi pro pena se compositnrnm agnoscat, medietate scilicet camere nostre et reliqua medietate passis injuriam applicanda. Ad hujus itaque confirmationis et concessionis nostre memoriam et robur perpetno valiturum, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hnjus rei testes sunt Berardus venerabilis Panormitanus archiepiscopns, Tomasius comes Acerrarum, S. comes Theatinus sacri imperii a Papia et inferius vicarius generalis, R. comes Caserte, magister Petrus de Vinea et magister Taddeus de Snessa, magne curie nostre judices, et quamplures alii fideles nostri.

Signum domini Frederici Dei gratia imperatoris Romanorum semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis.

Acta snnt hec anno Dominice nativitatis (*sic*) millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense julii, duodecime indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii sui anno nonodecimo, regni Ierusalem quarto decimo, regni vero Sicilie anno quadragesimo secundo, feliciter. Amen.

Datum in castris in episcopatu Bononie post combustionem Plumacii, anno, mense et indictione pretitulatis.

Fridericus, Romanorum imperator, Henricum Turris et Galluris regem filium suum de latere suo legatum imperii in Italiam ad subditos suos destinat, concedens ei merum imperium et gladii potestatem plenariamque judicia exercendi auctoritatem. In castris in episcopatu Bononiae, 26 julii.

(Edit. ap. *Petr. de Vin. epistol.*, lib. V, cap. I. — Giulini, *Memor. di Milano*, t. VII, p. 600. — Savioli, *Annal. Bologn.*, t. III, p. 181. — Pertz, *Monum. German. histor.*, t. IV, p. 330.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusa-

lem et Sicilie rex, Henrico, Turris et Galluris illustri regi, sacri imperii in Italia legato, dilecto filio suo gratiam suam et omne bonum. Ad extollenda justorum preconia et reprimendas insolentias transgressorum prospiciens a celo justitia evexit in populis regnantinm solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque libenter humana conditio jugo dominii, neque libertatem a se, quam eis natura concesserat, homines abdicassent, nisi quia impunita licentia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et ex necessitate quadam oportuit naturam subesse justitie, et servire judicio libertatem; sed neque exquiri extrinsecus decuit aliam speciem creature; sed homo prelatus est homini, ut gratiorem prelaturam efficeret identitas speciei. Potissimum tamen ad regimen populorum divina sententia prefecit imperium, dum ostensa sibi figura numismatis in redditionem census, ea pre ceteris regibus cesaree fortune fastigium presignivit; cui diversimodas subdidit nationes, non ob hoc solum ut eis imperando preesset, sed ut ipsis pacis et justitie copiam ministrando preberet. Inter illas igitur multarum occupationum curas, quibus fluctuantis pelagi more pro salubri rei publice statu spiritus noster continue fatigatur, meditatione sollicita revolventes quod regio supradicta prout superius est distincta, provincia utique nobilis et pars Romani imperii pretiosa, diu pro hostilitate guerrarum et seditione suorum provisione justitie caruisset, propter quod tam cives quam habitatores Italie in personis et in rebus damna non modica novimus fuisse perpessos, et ibidem jura imperii diminuta, ne talentum nobis in eis creditum negligenter abscondere videamur, utpote qui rationem villicationis nostre sumus in examine stricti judicii reddituri, ad hoc direximus aciem mentis nostre, ut ad statum pacificum totius Italie imperialis provisionis instantia salubriter intendamus. Quapropter de tua industria et fidelitate confisi, te de latere nostro legatum totius Italie ad eos, velut persone nostre speculum pro conservatione pacis et justitie, specialiter destinamus, ut vices nostras universaliter geras in ea. Concedentes tibi merum imperium et gladii potestatem, et ut in facinorosos animadvertere valeas vice nostra purgando Italiam, malefactores inquiras, et punias inquisitos, et specialiter eos qui stratas et itinera publica ausu temerario violare pre-

Digitized by Google

sumunt. Criminales etiam questiones audias et civiles, quarum cognitio si nos presentes essemus ad nostrum judicium pertineret. Liberales quoque audias et determines questiones. Imponendi et banna et mulctas, ubi expedierit, auctoritatem tibi plenariam impertimur. Decreta utique interponas, que super transactione alimentorum, alienatione rerum ecclesiasticarum, et etiam minorum, secundum justitiam interponi petuntur. Tutores etiam et curatores dandi quibuslibet tibi concedimus potestatem, et ut minoribus et majoribus, quia universalia jura succurrunt, causa cognita restitutionis in integrum beneficium valeas impertiri. Ad audientiam tuam tam de criminalibus quam de civilibus causis appellationes referri volumus, quas a sententiis ordinariorum judicum et eorum omnium qui jurisdictionem ab imperio nacti sunt in Italia, contingent interponi, ut tamen a sententia tua ad audientiam nostri culminis possint libere provocare, nisi vel cause qualitas vel appellationum numerus appellationis subsidium adimat appellanti. Creandi judices et notarios tibi concedimus plenariam potestatem. Tue igitur filiationi firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus ad statum pacificum Italie et recuperationem nostrorum jurium et imperii in eadem, omni fide et sollicitudine, prout gratiam nostram diligis, ita efficaciter et diligenter intendas, ut inde diligentie tue testimonio electionis nostre judicium commendetur, dum talem tanto negotio duximus preponendum, ex cujus fide et industria serenitatis nostre salubre propositum de observatione pacis et justitie et reintegratione jurium Italie, singulis exprimetur.

Datum in castris in episcopatu Bononie, XXV julii, XII indictione.

Fridericus, Romanorum imperator, scribit crucesignatis apud Lugdunum congregatis quantum motus adversantis papae negotio generali Terrae Sanctae nocuerint quod votis omnibus ipse prosequitur, nuntiatque cum militia Christi per regnum suum transire non proponat, se saltem dedisse in mandatis Riccardo Filangerio [Julio.]

marescalco suo in partibus Ierosolymitanis ut eis quod potuerit auxilium conferat.

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, p. 1192-1193, n° LXXVIII. — Nunc vero correctius et amplius ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, n° 455, pars I.)

Fridericus, etc., universis crucesignatis apud Lugdunum congregatis dilectis suis salutem et processum viarum suarum prosperum et salubrem. Celebre votum et iter vestre peregrinationis assumptum digna commendatione prosequimur, executionem tam pii voti et salubris itineris optantes vestris laboribus feliciter accessuram. Sane fuerat et nostri propositi tam strenue Deo crucesignate militie presentialiter et potentialiter non deesse, si que diu latere non potuit nos papalis non prepedisset adversitas, quin potius divinis et humanis profectibus et communibus desideriis invidisset. Latenter enim se prius processibus nostris objecerat in favorem nostrorum rebellium Lombardorum, pro quibus humana emulatione nos emulans improvise in nos offensionis undique nocumenta parabat, infideles nostros undique favens et protegens in nostrum et imperii prejudicium et jacturam. Demum qui turbata pacare debuerat, suggerente sibi materiam causa crucis, pacemque nobis in Italia et subditos rebelles imperio reformare (*a*), zelo favoris eorum in offensam nostram accensus, ut publice turbationis et scandali fomitem ministraret, inventis causis aliunde fictitiis, velut si dubitaret quispiam eructare plenius unde fuerat vas infectum, ad conflandum in nos publicum odium de quo suus labor est major, contra honorem nostrum et nomen blasphemiam, non sententiam maledictionis emisit, sicut dudum per alias litteras nostras generales ad noticiam vestram plena facti certitudo pervenit, et adhuc non siluisse dicitur motus ejus quin per orbem in testimonium cauteriate conscientie contra nos verbo et opere incircumcisa ejus labia dissolvantur. Verumtamen pius et justus Dominus per quem reges regnant et principes dominantur, qui nos a persecutione sepissime nobis insidiantium magnifice liberavit et in sede regnorum et imperii nostri cornu salutis erexit,

(*a*) Ap. Martene *non cessat nobis in Italia et subditos rebelles imperiove fovere.*

Digitized by Google

suum sibi consecratum principem non reliquit quin solite miserationis non immemor ante faciem nostram aspera commutet in plana et prava in directa convertat. Vobis autem ad obsequium proficiscentibus Crucifixi, quos verus amor liberationis incitat sue domus, quantumcumque fuerit inimicus homo malignatus in sancto ut vestros in via Dei et peregrinatione vestra processus averteret et turbaret, erit previa manus ejus qui fovere novit et gerere causam suam, ut sicut in eo confidimus, executio voti vestri speratum sortiatur effectum. Nostro vero culmini resedisset optabile ac valde placitum extitisset si per regnum nostrum vester transitus fieret, ubi copia rerum et magna fertilitas haberetur transeuntibus opportuna, ubi debito vos prevenire mandaremus honore, et quod ex presentia non possemus, videremus vos in effectu et sincero favore promptissime voluntatis. Nichilominus tamen ut communis voti suppleamus honeste defectum, mandamus et precipimus per litteras nostras R. (*a*) Filangerio (*b*) regni Ierosolymitani ballivo et sacri imperii in partibus illis legato, marescalco et fideli nostro, ut vobis illuc accedentibus promptus occurrat, exponens vestris affectibus et honori personam, vires nostras et terre reliquias que nobis et dilecto filio nostro Conrado in Romanorum regem electo et regni Ierosolymitani heredi potuerunt in partibus illis superesse; [potentibus] regni quibus nostra gratia benefecit, quosdam extollens muneribus et honore, cum quibusdam misericorditer agens, nec eorum respiciens merita delictorum, et insuper hominibus Accon indulte sibi gratie ac favoris ingratis, inferentibus eidem filio nostro de reliqua terra manifestam violentiam et injustam. Quos cum, nobis olim in servitio Ecclesie apud Reate morantibus, Romanus iste pontifex per nuntios et legatos suos ad hoc, sicut promiserat, specialiter destinatos, condixerit ab incepta pertinacia revocare, durius instigavit, ipso amplioris dissidii causam dante, [ut] sequantur et foveant contrariam voluntatem... (*c*) ut vos latere non debeant nostra et filii nostri justitia et illorum de regno offensa

(*a*) Scilicet *Riccardo*.

(*b*) In Martene legitur male *Fulugerio*.

(*c*) Supplendum videtur : *Quod quidem dicimus* ut...

illicita et injuria manifesta (a).] Ceterum mittimus ad vos H. et T. nuntios et fideles nostros qui nostre ad vos benivolentie propositum referent et favorem, quorum verbis adhibere poteritis plenam fidem.

[Circa julium.] Fridericus, Romanorum imperator, cuidam communitati grates agit quod feliciter conversa in Mediolanenses insurgere parata sit, ostenditque tempus opportunum esse, cum firmiter proponat ad partes ipsas dirigere gressus suos, fidelitatem eorum remuneraturus.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, n° 455, p. II, n° 64.)

[Fredericus, etc.] Recepimus ylariter et benigne litteras quas misistis (1) per quas intelleximus sinceram fidem et antiquam devotionem quam in cordibus vestris in omni puritate servatam optimo tempore magnanimiter ostendere procurastis, ut de superbia et infidelitate Mediolanensium qui vos opprimere pro eorum arbitrio conabantur, vos prudenter et potenter excutere et munimenta debite fidei, sicut semper optastis, recipere studeretis, nomen nostrum et imperii ad vestre fidelitatis experientiam invocantes; que tantam plenitudinem gratie nostre vobis universis et singulis acquisivit ut ad clarificationem fidelissime voluntatis nullum tempus [sit] aptius quo de predictis inimicis communibus possitis efficacius exequi quod velletis et protensas contra vos eorum insidias in suorum capitum nocumenta parare et majorem vestre conversionis titulum promereri. Cum ea intentione ducamur et propositum nostrum debita sit deliberatione firmatum ad effundendum in vobis nostre munificentie dona que gratissima vestrum omnium singulariter et generaliter servitia pro-

(a) Totus iste locus uncis inclusus deest ap. Martene et nunc primum editur.

---

(1) Haec absque dubio missa fuit epistola ad Cumanos qui tunc temporis a Mediolanensibus defecerant. Cf. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 180.

merentur, ecce ad salutem et confortationem vestram ad partes ipsas omni mora postposita dirigere proposuimus gressus nostros, ut vos et imperiali affectione videre et pleue remunerare possimus, statum vestrum in optata tranquilitate disponere modis omnibus intendentes ut presentia et potentia nostra vestra desideria repleantur.

Fridericus, Romanorum imperator, scribit Papiensibus eis compatiens de oppressionibus per Mediolanenses illatis, et nuntiat se ad eos festinare temeritatem rebellium oppressurum. [Circa julium.]

(Edider. MARTENE et DURAND, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1154, n° XXI. Coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, n° 48.)

Fredericus, etc. Papiensibus, etc. Moleste tulimus et altiori memorie non absque justis motibus reservamus quod Mediolanensium temeritas ausa est ad vestrarum depopulationem villarum et bonorum infortunatum habuisse progressum (1), et maxime cum in damnis et oppressionibus vestris tanto nos urget compassionis affectus quanto pro fide nostra et imperii personas vestras periculo et indifferenter incendiis tamdiu exposueritis bona vestra. Quapropter ad partes ipsas nostrum prepotenter acceleramus accessum, presumptiones et insolentias rebellium oppressuri. Vobis quoque liberaliter et clementer adesse curabimus qui tot personarum et rerum incommoda nomine et obtentu nostre fidei passi estis per diutina tempora et quotidie fide promptissima sustinetis. Exurgat igitur invicta fides Papiensium nostrorum fidelium, et suo robore confortetur vestra nunquam casura devotio, quia de presumta nuper contra vos insolentia nunquam sibi gloriabitur inimicus. Ecce quod..............

(*Caetera desunt.*)

(1) Cf. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 179, ubi narratur expeditio a Papiensibus in pontem Placentinum facta. Quae cum male successisset, Papienses multis damnis acceptis die 21 julii ad propria recesserunt.

Digitized by Google

[Circa julium.] Fridericus, Romanorum imperator, Laudenses fideles suos extollit et confortat, intendens eis modis omnibus assistere nuntiosque remittit expeditos petitionibus admissis.

(Inedit. ex cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, n° LXXXVII, et Biblioth. Mediomont. cl. viri Th. Phillipps, 8390, pars III, n° 85, cum hoc titulo : « *Populo Viterbiensi extollens eorum opera confortat eos in fide petitionibus admissis.* » Minus tamen recte, dum clare de Laudensibus agatur.)

Fredericus, etc. Vestrorum opera meritorum grata relatu et digna memorie que pro fide nostri nominis et honoris laudabiliter Lauda fecit, sui non oblita principii nec primitive fundationis ingrata, velut quam nostri generis manus Cesaree formaverunt (1), prompta et ylari affectione persequimur, debitis eam laudibus extollentes. Nam cum essetis olim sub violenta predonum invasione depressi subjectione corporum, cordium vero voluntate ad potencie nostre presentiam aspirantes, ubi tamen ad vos vicinitatis et persone nostre odor ascendit, nulla tam vehemens inimica ratione (?) coactio vos potuit detinere quin excutientes vos de jugo violentie sub qua fides vestra prostrata latuerat, nobis e vicino vocatis dedissetis civitatem, personas et omnia bona vestra in nostram et imperii libertatem, ut via per vos nostris processibus in antea reserata, fideles nostro recrearentur accessu, et si qui pro parte cogerentur adversam (*a*), se libenter averterent et ad nostram fidelitatem toto converterentur affectu. Procedente vero tempore, licet multociens et frequenter ad vestrarum depopulacionem segetum et bonorum et usque ad personarum dampna incursus hostium institisset, magnifice vos et unanimiter

(*a*) Quaedam ibi deesse videntur, nisi legendum sit *adversari*.

---

(1) Alluditur fundationi recentioris Laudae, quam anno 1158 Fridericus primus, Romanorum imperator, aedificari jusserat.

Digitized by Google

opposuistis eisdem, personarum seu rerum pericula non curantes ut pro impensis tante gratitudinis vestre serviciis titulum fidei specialis et munifica beneficiorum premia vestris constent meritis acquisita. Quapropter et quietem status vestri diligimus et indempnitatem vestram favorabiliter affectamus, intendentes assistere modis omnibus et adesse quod inimicorum vestrorum versutia conteratur et universi et singuli vestrum cum liberali favoris nostri gratia optata possitis tranquilitate gaudere. Preterea nuntios vestros viros providos et fideles ad nostram curiam accedentes benignitate recepimus consueta; porrectas autem petitiones vestras de permutandis, etc. (*a*). Mandamus quatenus in fide nostra et servicio continua vos confortet alacritas et reformet.

Fridericus, Romanorum imperator, grates agit Cremonensibus de carroccii eorum missione, illisque denuntiat se post depopulationem Bononiensis districtus circa castrum Crepacorium castra defixisse, cujus captionem infra triduum pollicetur. [(Augusto ineunte.)]

(Inedit. ex codice Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germain Harlay*, 455, pars II, n° XLVI, sine titulo. Ex sequentibus tamen nil dubii superest quin ad Cremonenses directa fuerit epistola.)

Fridericus, etc. Ex multis laudabilium operum argumentis que ad decus imperii et imperantis honorem fidei vestre sinceritas ex antiquo peregit, semper apud nos zelus vestre devotionis enituit et ex continuis gratorum impendiis ad optinendam imperialem gratiam specialiter jam prescripsit. Sed quociens aut tempus se ingerit aut nostra exquisitio id exposcit, adeo videmus quod nova quedam ylaritas et operatio vobis indefessa succedit ut videamini hujus temporis oportunitatem nedum gratanter venientem amplecti, sed quodammodo promptis affectibus exoptare qua fidem operibus et animos viribus de bono in melius clarificare possitis. Ad quod evidentius ostendendum, licet hoc nobis semper manifeste constitit, per

(*a*) Ibi in codicibus lacuna.

litteras vestras nostro nuper culmini destinatas testimonium nobis landabile presentastis, ubi ad vos P. fidele uostro et uuncio veniente, statim quod vos ex parte nostri culminis requisivit et nostrum ad partes ipsas felicem adventum proximum nunciavit, omnes corde et corpore subtraxistis (*sic*), et ut voluntatem animi claris executionibus monstraretis continuo, prosperis auspiciis in omui jocunditatis tripudio carroccinm vestrum tam strenuitate milicie quam aliorum omnium roboratum viribus obviam eduxistis. Et hic est nature zelus (?), hic revera victoriosus exercitus quem nedum fidei ardor circa suum principem illibate conservat, sed ad contritionem hostium flagrans animorum vigor adducit. Ergo quo tanto vobis uberiores rependimus gratias et afflnentiori muuificentia fidelitatem vestram disponimus prevenire, quanto et de fide estis nobis conspicui et de laudabili opere gloriosi. Idcirco ne vota vestra que tam ardenter ad presentiam nostram erigitis, de adventu nostro ulterius suspendantur, sciatis quod ecce jam ad movendum potenter accingimur, cum jam in depopulatione Bononie nostram peregimus volnntatem, ut pote quia castris et villis pluribus de districtu suo datis in combustionem et cedem, castrum Crepacorii circa quod castra nostra demum defiximus, pro eo quod ibi plures de nobilibus Bononie sunt inclusi, non est a subversione remotum, immo quasi jam subversum est et combustustum (*sic*), cum aquis que ipsum circumquaque cingebant exhaustis ac propugnaculis et munitionibus ipsius in bellicis machinis undique comminutis, licet omnes qui in eo sunt cotidie muuificentiam nostram efflagitent quam minimo modo merentur, dum a principio eam flagitare pertinaciter noluerunt, ipsius castri subversio in igne et gladio jam ad plus infra triduum sit factura (*a*). Et sic statim cum exercitu potenti ad partes ipsas triumphaliter accedemus, ubi una vobiscum et cum aliis fidelibus nostris rebelles imperii consternemus, [ita] quod vobis et aliis fidelibus nostris quies optata et nobis glorie incrementa succedant.

(*a*) Sic, forsitan pro *facienda* vel rectius *secutura*.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, significat captionem castri Crepacorii et scribit se paratum ad integram Bononiensium et deinde Mediolanensium destructionem. [20 augusti circiter.]

(Inedit. ex codice Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germain Harlay*, 455, pars II, n° LXV, sine titulo.)

Fridericus, etc. Desideriis tuis duximus intimandum quod post destructionem castri Plumatii quod Bononienses rebelles nostri contra fideles nostros objicere opponebant, nbi ad obsidionem castri Crepacorii pervenimus, eo aliquibus obsesso et expugnato diebus, donec multitudo aquarum quibus erant valla munita possent artificialiter exhauriri, die. . . . . ante festnm Assnmptionis beatissime matris Christi (1), ut ipsa justicie nostre negotinm videatur assumere et processibus nostris victoriam exhibere, in momento et ictu oculi facto congressu in flamma et gladio noster illud victoriosns cepit exercitus, ut qni in castro Plumatii deplumaveramus bonis, et in eodem quoque castro quod revera dicitur pro eisdem hostibus Crepacorii, corda Bononensium funditus conteramus. Nec potentie nostre manus ab eornm persecutione desistet, cum per dilectnm filinm nostrum H., etc., in Romaniola cnm exercitu magno premissum, ipsam disposuerimus ab ea parte generaliter cnm suis complicibus enervandam; et licet ad destructionem Mediolani proposnimus e vestigio potenter accingi, sic tamen ruinam Bononensium procurabimus instanter et efficaciter exercere quod potenciam nostram non impnne sibi sencient vicinatam et ulterius adjicere nequeant ut nostris fidelibus inferant nocumentum (2). Exnltet igitur fidelium expectatio et vota cnnctorum ad ser-

(1) « In vigilia Assumptionis Beatae Mariae, imperator in episcopatu Bononiensi cepit castrum Crepacorum (Crevalcuore), quod igne crematum est. » Ricc. de S. Germ., *Chronic.* ad ann. 1239.

(2) « Bononienses post discessum imperatoris ab episcopatu Bononiae euntes temere super

vicia nostra robustius confortentur; quia quod ex depopulatione complicium et fautorum Mediolanensium tibi et aliis fidelibus nostris nunciamus ad gaudium, de strage ipsius perfidie capitis Mediolani civitatis nunciabimus in brevi, faciente Domino exercituum ad triumphum.

[20 augusti circiter.] Fridericus, Romanorum imperator, significat Vercellensibus captionem castri Crepacorii et mandat ut militiam celeriter sibi transmittant in depopulationem Mediolani.

(Edit. ap. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1153, n° XX; coll. cum cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germain Harlay*, 455, pars II, n° XLIV.)

Fridericus, etc. Vercellensibus, etc. Cum brachium Domini exercituum processus nostros et exercitus prosperos facientis in hostes per continuas rebellium strages in manibus nostris datas, supremam nobis de ipsis designet victoriam et promittat, firmi nostri propositi est ad continuam conturbationem rebellium promptis affectibus tam benivolam Domini persequi voluntatem, cum non immerito rebelles nostri hostes celestis imperii censeantur, qui dato nobis de manu ejus sceptro imperii et regnorum, obstinata pertinacia contradicunt, ideoque revera nedum dubitetur consternatio ipsorum, [sed] ab universis nostris fidelibus expectetur, cum jam ex divino judicio in cervices eorum gladius noster emineat e vicino. Propter quod scire vos volumus quod in depopulatione Bononie peracta nostra voluntate pro voto, ut pote quod preter alia castro dudum Plumatio de districtu suo in flamma et gladio deplumato penitus et subverso, sicut ad vestram noticiam credimus pervenisse, postmodum circa

---

Mutinam quae imperatori favebat, a comite Simone Theatino et Parmensibus devicti sunt in campo, et nonnulli eorum capti sunt, nonnulli gladiis interempti et nonnulli amne submersi. » Ricc. de S. German., *Chronic.* ad ann. 1239.

Digitized by Google

quoddam aliud majus castrum ipsorum nomine Crepacore (*a*) quod contra fideles nostros objicere opponebant, feliciter castris nostris dispositis, diebus paucis aquarum multitudine quarum triplex (*b*) vallorum ipsius series plena erat exhausta, ac interius circumquaque per molimina bellica ipsius propugnaculis comminutis, die (1). . . . . in momento et ictu oculi facto congressu in flamma et gladio noster illud victoriosus cepit exercitus, universis qui ibi fuerant et potuerunt flammam seu gladium evasisse nostro carceri consignatis, ac misso cum copioso exercitu dilecto filio nostro Hensio rege Sardinie ut abinde predictis rebellibus nostris insistat ad depopulationem continuam eorumdem, cum habeat multitudinem armatorum; nos die. . . . . . felicibus auspiciis castra movebimus, ad conterendum caput perfidie Mediolanum civitatem et ad liberandum omnes fideles nostros perpetuo a morsibus eorumdem processuri tam celeriter quam potenter. Eapropter fidelitatem vestram, quum et eximii ardoris zelum ad nostros successus prosperos et ad nostrum felicem adventum ardentia scimus desideria gerere, deprecamur mandantes quatenus incontinenti sic vires vestras decenter paretis et ad nostrum victoriosum exercitum cum laudabili armatorum numero sine mora qualibet exeatis, sicut honori nostro in instanti negotio ac vestris cognoscitis meritis expedire; sic celeriter venientes ut cum veniemus, nulla interposita dilatione una vobiscum (*c*) et cum aliis fidelibus nostris de partibus ipsis ad consternationem rebellium triumphaliter intendamus, et sic affectum vestrum quem ad destructionem communium hostium et ad nostram et imperii exaltationem habetis, per testimonia operum de bono in melius cognoscamus, ut vobis inde nedum ad laudes, sed ad grata meritorum compendia de nostra possimus munificentia respondere.

(*a*) Ap. Martene *Crespator*, male.
(*b*) Ibidem *quadruplex*, minus recte.
(*c*) Ap. Martene *nobiscum*, minus recte.

(1) Scilicet 14 augusti, ut supra diximus, p. 367.

Digitized by Google

[Augusto.] Fridericus, Romanorum imperator, regi Castellae benivole scribens reddit grates de exenio equorum sibi misso, eique promittit se nuntios et munus invicem remissurum, cum ad conterendum Mediolanum vicinius accesserit.

(Inedit. ex codic. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars III, n° LXXX, et *anc. fonds lat.* 4042, fol. 127 verso, uno cum titulo *regi Aragonum*, altero sine titulo. In codice Biblioth. Mediomont. cl. viri Thom. Phillipps, n° 8390, legitur *Regi Castelle*, quod veram esse lectionem arbitramur.)

Fredericus, etc. . . . . regi Castelle, etc. Sinceritate quam exegit auctoritas et affectione quam intulit affinitas personarum, recepit imperialis serenitas sinceras regie litteras scriptionis ex quibus, dum a littera benivolum collegimus intellectum, congavisus est plurimum regi Cesar et affinis congratulatur affini, dum de salute vestra et obventione successuum prosperorum expositis in obtenta de rebellibus vestris victoria et ampliatis inde potentie vestre finibus dicionis, successiva propinqui prosperitas glorietur. Adhuc gratanter audivimus et letati sumus quod celestis clementia que regibus regna distribui et regit quadam prerogativa gratie regnantes ut regnent, sicut nos felici affinitate conjunxit, sic clementer indulgeat ut simus mutuis prosperorum successibus congaudentes, cum esse non possit alienum ab altero quicquid fortunata successio ministrat utrique. Grates preterea gratas rependimus de grato equorum exenio (1) quod nobis ad optente regie et obtinende in proximum imperialis victorie manifestum indicium destinastis; presertim quum fuerint

(1) Jam simile munus circa finem anni 1235 ab Elisa vel Beatrice, uxore regis Castellae et filia Philippi Suevi, Fridericus acceperat, ut nos monet Godefridus Coloniensis : « Ibidem (*scil.* apud Hagenowe) nuncii reginae Hispaniae affuerunt, qui pulcherrimos dextrarios et magnifica munera Cesari attulerunt. Nec multo post ejusdem reginae mors est nunciata imperatori; unde plurimum doluit quod patruelis ejus fuit. » Ap. BOEHMER, *Fontes*, t. II, p. 368. Inde scimus cur regem Castellae affinem suum Fridericus nominet.

Digitized by Google

tales missi quales et recipientem decuit et mittentem. Misissemus autem et nos per nuncios nostros de partibus istis joias regie magnificentie graciosas, nisi quod ad presens viarum discrimina que in quibusdam locis imminent vetuerint. Ecce tamen quod Bononiensium rebellium depopulatione ad quam vorante igne ac vastante gladio prepotenter insistimus, in brevi circumquaque peracta, ad conterendum caput perfidie Mediolanum civitatem victoriosa potencia procedemus. Ubi extremam confusionem et inestimabilem universorum rebellium stragem in contritione capitis felicitatis nobis arrisio sic continuata promittit, et tunc cum viciniores erimus, per speciales nuncios nostros salutabimus dilectum regem in missis et letificabimus in victoriosis successuum felicitatibus peroptatis.

Die dominico XII kalendas septembris, imperator cum toto exercitu suo venit Parmam, deinde cum suis militibus equitavit Cremonam. Interea Gregorius de Montelongo cum Mediolanensibus cavum Adduae fodebant, conantes extrahere et conducere aquam Adduae in Lambrum. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 179. [21 augusti.]

Fridericus, Romanorum imperator, scribit Ravennensibus quantum miretur quod ab antiquo fideles ita declinaverint a fide, mittitque Henricum filium suum legatum in Romaniola generalem, qui iterum ab eis fidelitatis juramenta recipiat, nec non promittit remissionem offensae et gratiam pristinam, dummodo celeriter ad suum dominium revertantur. [Augusto.]

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1155-1156, n° XXIV. — Ibi vero correctius ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, n° LXI.)

Digitized by Google

Fridericus, etc. Cum publicam non lateat mundi noticiam quod fideliter et devote pro servitio nostro et imperii generaliter omnes et specialiter singuli de Ravenna corda et corpora duxeritis exponenda, damna rerum et personarum pericula non vitantes, non immerito admirationi cedit omnium et stupori mutatio tam subito omnium divulgata, per quam nota fides vestra et experta devotio videatur tam enormiter defecisse (1). Nos autem etsi graviter tam novo casui vestro condolere cogamur, nullatenus credere possumus quod si quid inopinato casualiter preter conscientiam nostram, sicut firmiter existimamus, acciderit, promptam et devotam ad nos et imperium vestram potuerit avertere voluntatem. Scimus insuper quod nulla vobis universis et singulis major potuit evenisse turbatio quam cum in manus vos odientium incidistis, ut incautos invaderent et ad sue perfidie participium vos arctarent. Quia igitur vestra devotio nichilominus nos perurget, velut qui non immerito in vobis nostris ex antiquo fidelibus scandalizamur et urimur, audientes vos nostram et imperii cameram specialem a nobis esse subtractam, ut abieritis in prevaricationem et potestatem illorum quorum fuerat vobis hactenus suspecta pro vestra fidelitate vicinitas, pro liberatione vestra personaliter eisdem partibus vicinamur, premittentes dilectum filium nostrum H. illustrem regem Turrium et Gallури, legatum in Romaniola generalem, qui vos pro parte nostra in nostra fidelitate recipiat et reformet, per quem vobis gratie nostre favorem impendimus, remittentes vobis omnem offensam et culpam quam in hujus casu invasionis vestre videamini incurrisse. Mandamus igitur et precipimus vobis quatenus de somno desidie consurgentes, ad fidem nostram corda et corpora convertatis, et abjurato illicito juramento quod aliquibus prestitistis, nobis et imperio fidelitatis juramenta prestetis, dilecto filio nostro, tanquam persone nostre,

(1) « 1239, mense julii, Ravenna rebellatur imperatori quam Veneti recipiunt et tuentur. » RICC. DE S. GERM., *Chronic.*, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. VII, p. 1042. « Paulus Intraversalus de Ravena rebellavit deditque civitatem Ravenae in custodia Veneticis et Bononiensibus, abstulitque multum granum et bestias imperatoris quae in Ravenam accesserant, expulitque de ipsa civitate partem imperatoris qui intraverunt ad standum in Bertanorem. » *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 178.

Digitized by Google

intendeutes in omnibus et parentes. Nos enim ad bonum et pacificum statum vestrum serenam et sollicitam habere proponimns voluntatem, dummodo excutiatis celeriter et instanter de jugo infidelium corda vestra et ad nos, verum dominum, et imperium tota devotione conversi, moram et ignaviam preteriti temporis qne vos interim aversos a fide detinuit, conversione celeri redimatis; de gratia pristina confidentiam habituri, de qua vos, postquam conversi fueritis, certos efficimus et securos. Si quis antem in medio vestrum esset qnem cordis infirmitas detineret qui nollet resurgere post ruinam, ipso in sno casu dimisso, ad reformandum vos nostre fidei et gratie consuete unanimiter consurgatis.

Gregorius, papa, Bononienses exhortatur ut cum Paulus Traversarius potenter insurrexerit adversus nationes quae disperdere satagebant populum Lombardorum, eidem ad manutenendam civitatem Ravennae subsidium impendant, eis regratiando pro eo quod manum adjutricem ei hactenus porrexerunt. [Augusto.]

(Edidit FRED. HAHN., *Coll. monum. veter. et rec.*, t. I, *bull. pontific.*, n° 35, p. 168.)

Gregorius (*a*) episcopns, servns servorum Dei, etc. Civitatem Bononie inter alias civitates Lombardie specialis prerogativa dilectionis et gratie amplexantes, que status sui augmenta respiciunt eo vobis libentius suademus quo fiducialius vos velle acqniescere nostris consiliis arbitramur. Sane cum dudum nobilis vir Paulus Traversarius (*b*), mala gentis sue videre non valens, adversus nationes que in fortitudine manus sue convenerant disperdere populum Lombardorum et eorum libertatem penitus conculcare, patenter et potenter insurrexit, sicut est evidens in oculis singulorum, propter qnod non modicum tam vobis quam aliquibus Lombardie provenisse creditur auxilii et favoris; universitatem vestram roga-

(*a*) Ap. Hahn *Innocentius*, male.
(*b*) Ibidem *Tranusarius*, male.

Digitized by Google

mus et monemus attente per apostolica vobis scripta mandantes quatenus prefato nobili ad manutenendum civitatem Ravenne juxta posse vestrum, consilium et subsidium impendatis, promissa que ei fecisse dicimini, ad honorem Dei, Ecclesie profectum [et] libertatem ejusdem civitatis liberaliter exolventes. Nos enim pro eo quod in defensione civitatis ipsius eidem adjutricem manum hactenus porrexistis, ad gratiarum vobis multimodas assurgimus actiones (1).

[Augusto.] Friderici, Romanorum imperatoris, mandata varia quibus civitatibus marchiae Anconitanae et ducatus Spoletani notum facit se sacramento fidelitatis quod Ecclesiae Romanae praestiterunt illas absolvere nunquam in antea ab imperii dominio alienandas, mittitque filium suum Henricum legatum in Italia generalem qui de novo ab eis juramenta exigat et recipiat.

I.

(Edit. ap. *Petri de Vin. Epist.*, lib. III, cap. LII.)

Fidelitatis vestre literas benigne accepimus, et ipsarum tenorem intelleximus diligenter, fidelem solicitudinem et probatam diligentiam quam in nostris servitiis per easdem literas vestras accepimus, et per rerum evidentiam habere vos scimus, non immerito commendantes. Propter quod grata servitia que multipliciter erga majestatem nostram geritis, incessanter alta mente concepimus; in firmo gerentes proposito ea vobis dignis meritis compensare. Volumus itaque ut in defensione fidelium et offensione nostrorum rebellium, more solito, tam fideliter quam viriliter intendat vestra devotio cum effectu; ita quod ipsa semper operum efficacia patens, presens et continua devotio vos in excellentie nostre

(1) Adest in regestis pontificiis anni XIII, nº 99, Gregorii papae epistola qua Ravennates laudat quod contra Fridericum dictum imperatorem fidem et ecclesiasticam libertatem defendant. Dat. Anagniae, VII kal. augusti (26 julii).

oculis commendabiles representet. Et ecce quod ad oppressionem et exterminium nostrorum rebellium et defensionem nostrorum fidelium ipsarum partium, H. illustrem regem Sardinie, dilectum filium nostrum, ad civitatem Ravenne providimus destinandum.

II.

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1155, epist. XXIII; coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germain Harlay*, 455, pars II, n° LVII.)

Fredericus communitati. . . . .

In omnibus processibus nostris nota est et experta pro nostri commoditate servitii fides vestra, et quandocumque transitus vel reditus noster per vos fieret, devotio vestra cum omni honorificentia et nostrorum executione debita mandatorum nostris beneplacitis unanimiter assurrexit, ut gratitudinem vestram teneamur modis omnibus prosequi dignis meritis gratiarum. Cum igitur in presenti juste rei merito suadente velimus Marchiam et ducatum Spoleti, duas in Italia sacri imperii provincias singulares, nostro imperio reformare, detentore vestro nostri beneficium imperii demerente, vos nec non universos et singulos de marchia et ducatu a juramento Ecclesie salvo jure imperii prestito, ex imperiali auctoritate duximus absolvendos, premittentes dilectum filium nostrum, etc.

III.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, n° LVIII.)

Cum tempus vestre liberationis advenit vestris ac nostris desideriis oportunum, cure nobis fuit negotium reformande imperio Marchie, temporis oportunitate captata, potenter aggredi et persequi diligenter, ubi modestiam excedit impeditas (*sic*) et infesta justicie nostre malignitas que multipliciter gravaminibus nostris insevit, imperialem mansuetudinem sustinere diutius non permittit vos alterius manibus detineri. Speramus (*sic*) igitur dilectum filium nostrum H. illustrem regem Turrium et Galluri et legatum sacri imperii in Italia generalem, patris presentiam presen-

Digitized by Google

tantem, qui loco nostri Marchiam Anconitanam et ducatum Spoleti ad nostram et imperii ditionem revocet et resumat, juxta nostrorum continentiam rescriptorum que universaliter transmittuntur. Quare mandamus et precipimus fidei vestre sub debito fidei quo nobis et imperio tenemini firmiter injungentes quatenus eundem regem filium nostrum de patris sede transmissum tanquam personam nostram debito recipientes honore, abjuratis penitus juramentis Ecclesie prestitis a quibus imperiali auctoritate, demerentibus apud nos detentoribus vestris, propter ingratitudinem manifestam, vos duximus absolvendos, nobis et imperio fidelitatis juramenta prestetis, eidem filio nostro ad honorem et fidelitatem nostram in omnibus parituri. Sciturì pro certo quod vestre fidei merita liberaliter disposuimus prosequenda, privilegia, libertates et omnes approbatas consuetudines vestras volentes imperiali munimine roborare; concedemus nichilominus ampliora, si ad nostram et imperii devotionem vos prompta conversione dederitis et converti alios facietis per evidentiam operum et exempla.

IV.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germain Harlay*, 455, pars II, n° LIX.)

Inter frequentes occupationes et instantes reipublice curas quibus ad reintegrationem et augmentum imperii sollicitamur jugiter et arcemur, cordi nobis fuit Italiam imperialibus titulis reformare, ubi diuturno tempore rebellium in majori parte humiliata superbia et bellicis conatibus nostris inclinata mandatis, reliquas si que restant Ligurum infidorum intendimus extento nostre potencie brachio subjugare. Cumque ducatum Spoleti et Marchiam Anconitanam, duas Italie provincias singulares, pati ulterius non possimus ab imperii corpore fore divisas que habiliores et utiliores nobis et imperio sunt, cum ex strenuitate virorum tum ex antiqua fidelitate quam semper ad imperium cum summa devotione gessistis, ad statum totius Italie in optata pace servandum, exigente ingratitudine presidentis Ecclesie, ad ipsarum revocationem propositum et intentionem nostram duximus exercenda. Quod enim tamdiu vos in alienam dicio-

nem teneri permisimus paternus nos movit affectus, sperantibus nobis ut propter hoc status vester indempnis et integer servaretur et nobis et imperio cederet ad commoditatem servicii et honoris. Sed ubi tot vexationes vestras et mutationes innumeras et diversas habentium a diversis nationibus potestates in vobis advertimus, per quas turbationes continue statui vestro et dampna parantur [et] inhibitiones fuerunt quod petita et debita per vos imperio servicia non presteutur, quin pocius, quod est difficilius et prorsus ingratum, ad commovendam contra nos guerram vos antiquos fideles imperii satagunt incitare et mandata nostra obaudire compellunt, hec et alia graviora in nostram injuriam et evidens dampnum auctoritate Sedis Apostolice machinantes, juste inducimur et movemur vos universos et singulos a juramento quod ex permissione nostra vestris detractoribus salvo honore imperii prestiteritis, ex predictis causis absolvere ac denunciare penitus absolutos. Premittentes dilectum filium nostrum H. regem. . . . . persone nostre speculum, qui vos omnes vice et persona nostra in nostram et imperii reducat ditionem et ad solitam imperii libertatem, recepturus ab universis et singulis vestrum corporale pro nobis et imperio juramentum. Et licet aliqui qui pro tempore fuerunt se nostros nuncios facientes vos nomine nostro receperint nec promissiones eorum potuerint observare, dum motu proprio sine nostra certa scientia processissent, in filio nostro quem de nostro latere destinamus cum certitudine nostre conscientie ac prompte plenitudine potestatis damus vobis confidentiam plene certam, firmiter ac irrevocabiliter promittentes quod vos omnes in manibus nostris et fidelitate resumptos et in perenni nostro et imperii dominio tenebimus, nullo tempore ditioni alterius resignandos. Immo fovere vos modis omnibus et honorare disponimus liberalibus beneficiis et augmentis honorum, eidem regi filio nostro potestatem plenariam concedentes faciendi vos certos pariter et securos quod ea que vobis promittimus tenore presentium et per eum volumus inviolabiliter observari. Quare mandamus et precipimus vobis sub debito fidelitatis quo nobis et imperio tenemini et sub pena regalium que ab imperio possidetis, quatenus eidem regi, abjuratis omnibus juramentis que aliis prestitistis, sibi amodo loco nostri de nostris servitiis in omnibus pariturí (*sic*) cui dedimus potes-

Digitized by Google

tatem banna, mulctas et penas, sicut expedire viderit, contemptoribus imponendi et imposita requirendi, relaxationes obedientibus auctoritate nostri culminis exhibendi. Omnibus mandata nostra servantibus nostrum favorem et gratiam cum omni sperata munificentia premiorum liberaliter pollicemur.

V.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, n° LX.)

Si loca nativitatis indifferenter quodam native voluntatis affectu specialiter ab omnibus diliguntur, si natalis amor patrie sua dulcedine cunctos ducit nec sinit eos immemores esse sui, non dispari ratione natura succedente ducimur et tenemur Esium, nobilem Marchie civitatem, insigne originis nostre principium, ubi nos diva mater nostra eduxit in lucem, ubi nostra cunabula claruerunt, intima dilectione complecti, ut a memoria nostra non possit excedere locus ejus et Bethleem (1) nostra terra Cesaris et origo pectori nostro maneat altius radicata. Unde tu, Bethleem, civitas Marchie non minima, es in generis nostri principibus. Ex te enim dux exiit, Romani princeps imperii qui populum tuum reget et proteget et alienis ultra subesse manibus non permittet. Exurge igitur prima parens et de jugo excutere alieno! Quare vestris et aliorum nostrorum fidelium gravaminibus miserentes, disposuimus vos et alios fideles nostros tam Marchie quam ducatus Spoleti ab injuriatoris onere liberare; quo apud nos et imperium propter manifestam ingratitudinem demerente, vos a juramento Ecclesie salvo jure imperii prestito duximus absolvendos, premittentes dilectum filium nostrum, etc.

[Augusto exeunte.] Fridericus, Romanorum imperator, scribit justiciario Terrae Laboris, ne falsis rumoribus diutius conturbetur, se pacata Mar–

(1) Notandum valde, quasi se Jesu Christo apud Bethleem nato coaequare Fridericus temeraria comparatione praesumpserit.

Digitized by Google

chia Tervisina ad depopulationem Bononiae accessisse, et misso in Romaniolam Henrico filio suo, contritionem Mediolani parare.

(Inedit. ex codice Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, nº LXII, sine titulo vel rubrica.)

Fredericus justiciario (1) Terre Laboris. Intelleximus vos ad nova que relator vestre fidelitatis emulus potuit mendaciter dispersisse vel ex opinione vulgaris fame qua non est malum velocius ullum, variari poterant vel gravari (*a*), ex intime fidelitatis zelo turbatos ut majus vobis daret repentina turbatio fidei firmamentum et abinde ad honorem nostrum et servicium corda et corpora pararetis. Unde super que infidis relatibus dicebantur pius affectus et invicta singulorum fides justo non poterant non dolere. Quapropter abeunte in irritum cum patre mendacii conficta relatione, novorum succedat vobis pro concepto merore leticia et summa fiducia spei vestre in nostra prospera incolumitate respiret et nostrorum felicium successuum recreetur augmentis. Nam consequens fuit ut si dubia erat nostris emulis fides vostra, quum crederent vos concuti per rumores, doleant pure devotionis quam ad nostram geritis majestatem experiri constantiam, et in hoc vos gratie nostre dona letificent quam erga vos vestris exigentibus meritis effundimus ampliorem. Volentes igitur vos omni turbatione sopita de veris nostrorum successuum et rumoribus et triumphis plenarie congaudere, fidelitati vestre tenore presentium nunciamus quod nostris munita viribus Marchia Tervisina et illorum confusione disposita qui ad prioris perfidie ignominiam sunt relapsi, abinde salubriter et triumphaliter recedentes ad depopulationem Bononie cum ingente exercitu Germanorum et fidelium nostrorum Italie potenter accessimus, castris ac districtu suo quantumcumque transivimus datis in combustionem et predam, ac magno exercitu cum dilecto filio nostro H., etc.,

(*a*) Sic, sensus vero non plane liquet.

(1) Ante *justiciario* legitur in codice *pro* vel hujusmodi. Justitiarius autem Terrae Laboris tunc erat Guillelmus de Sancto Framundo cui mense septembri successit Riccardus de Montenigro, sicut a Riccardo de Sancto Germano comperimus.

Digitized by Google

premisso in Romaniolam pro hiis qui noviter calcaneum rebellionis erexerant et ad extremam pertinaciam ducebantur penitus confundendis, ad collidendum caput perfidie Mediolanum extento brachio fortitudinis nostre procedimus ut sue insolentie vindictam debitam non evadat, sicut in proximo de contingentibus processui nostro successibus festiva vobis frequenter gaudia faciemus.

In castris apud Picenguitonum, 31 augusti.

Fridericus, Romanorum imperator, Bonifacio marchioni Montisferrati consanguineo et fideli suo omnia jura quae a se et ab imperio tenet confirmat, omni actioni renuntiat super bona quondam Demetrii, regis Thessalonicensis, sibi ex ejus testamento relicta, necnon et omni actioni quam exercere posset jure successionis Conradus filius suus; confirmat insuper privilegium a seipso in Theutonia Guillelmo marchioni Montisferrati quondam indultum.

(Edid. BENVEN. DE S. GEORG., *Histor. Montisferr.*, ap. MURATOR., *Scriptor. rer. Italic.*, tom. XXIII, p. 383.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Federicus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur quos nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod petitur per invidiam videremur. Illorum presertim supplicationes favorabilius tenemur admittere quos favorabiliores nobis pura fidelitas et proximitas sanguinis reddit cariores. Eapropter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos pro gratis servitiis et acceptis que Bonifacius marchio Montisferrati, dilectus consanguineus et fidelis noster, et antecessores sui nobis et progenitoribus nostris divis augustis exhibuerunt hactenus et ipse nobis et successoribus nostris exhibiturus est in

antea gratiora, de omnibus honoribus, juribus, justitiis et quibuscumque dignitatibus, castellis, villis et hominibus que tam ipse quam predecessores sui a nobis et imperio hactenus tenuerunt, adepti et usi sunt quolibet justo titulo que in servitio in servitium et que in demanio in demanium, investimus ipsum de nostre gratia majestatis, confirmantes eidem omnia supradicta que in feudo a nobis et imperio marchio supradictus noscitur detinere. De abundantiori quoque munificentie nostre gratia remittimus predicto marchioni et heredibus in perpetuum omne jus et actionem quod vel quam habemus vel habere possumus in bonis tam mobilibus quam immobilibus, patrimonialibus seu feudalibus, ex successione quondam Demetrii regis Thessalonicensis qui nos sibi heredem de omnibus bonis suis in ultima voluntate reliquit (1). Jus preterea et actionem quod vel quam Conradus carissimus filius noster, in Romanorum regem electus et regni Hierosolymitani successor, in bonis marchionis predicti habere dignoscitur jure successionis quondam matris sue inclyte recordationis Isabelle dive auguste quondam consortis nostre, que fuit filia filie olim Conradi marchionis Montisferati regis Hierosolymitani, de munificentie nostre gratia duximus remittenda. De speciali etiam et uberiori gratia majestatis nostre confirmamus prefato marchioni privilegium dudum Gulielmo patri suo ab excellentia nostra concessum in Theutonia (2) tempore regni nostri; omnia que continentur in eo, scilicet castrum Paciliani, castrum Torcelli et duo castra que sunt in ripa Padi que vocantur Cuniola cum burgo Paciliani, cum villis et curtibus et territoriis dictorum castrorum in fidelitatibus, exercitibus, angariis, aquis, pascuis et piscationibus, venationibus, placitis, bannis, successionibus, pratis, paludibus, cultis et incultis, molendinis, pontibus et pontium munitionibus et specialiter pontis Cuniolii, cum aquis Padi et alveo ex utraque parte cum ripa sicut pretenduntur curtes predictorum castrorum et generaliter omnia alia et singula sibi et heredibus in perpetuum ex certa scientia confirmamus. Statuimus itaque et imperiali sancimus edicto quatenus nulla persona alta vel humilis, eccle-

(1) Scilicet anno 1227. Hujus testamenti textum frustra in diversis locis disquisivimus.

(2) Cf. supra instrumentum, t. I, p. 599.

Digitized by Google

siastica vel secularis, nullus marchio, dux, comes, vicecomes, nullaque potestas, nulla civitas nullumque commune prefatum marchionem Bonifacium aut heredes suos contra privilegii nostri tenorem ausu temerario super predictis omnibus seu aliquo predictorum inquietare, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incursurum et centum libras auri optimi pro pena componat, cujus medietatem camere nostre et reliquam medietatem passis injuriam applicandam. Ad hujus itaque investitnre, remissionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt B. Panormitanus archiepiscopus, T. de Aquino comes Acerrarum,... marchio de Foemburch, M. marchio Lanza, Rao de Tentivatiu (1), magister Petrus de Vinea magne curie nostre judex, et alii quamplures fideles nostri.

Signum domini Federici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Hierusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo nono, ultimo augusti, duodecime indictionis, imperante domino nostro Federico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno nono decimo, regni vero Sicilie anno quadragesimo secundo, feliciter. Amen.

Datum in castris apud Picengnitonum, anno, mense et indictione predictis.

[Quod quidem privilegium, ut monet Benvenutus, quarto die mensis septembris sequentis, apud Clavasium, marchioni Bonifacio praesentatum fuit per Guillelmum Isimbardum (2) et magistrum Guillelmum de Vineis magnae imperialis curiae judicem (3), et coram testibus ibidem nominatis in publicam formam redactum.]

(1) Scilicet *Rao de Trentenaria*, imperialis marestallae magister, idem qui supra testis subscribitur, p. 276.

(2) Idem qui mense novembri hujus anni Cremonensis potestas adest. Vid. infra.

(3) Rectius Guillelmus *de Vinea*, Petri de Vinea nepos, Thomasii fratris filius.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, scribit [Laudensibus] se proxime venturum ad ipsorum civitatem, et hortatur ut secum efficaciter agant ad conterendam Mediolanensium proterviam. [Septembri ineunte.]

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, n° XLV, sine inscriptione.)

Grata vestre devotionis obsequia et zelus ardentis fidei quem ad nostrum et imperii decus cotidie promptis affectibus explicatis, jugiter vobis apud nos laudes gratifice comprobationis acquirunt et liberalitatis cesaree munifica merita constantissime thesaurizant. Crescit enim contemplationi nostre de vobis laudabilior semper opinio per continuas quas offeritis operum actiones nec minus menti nostre ex proposito semper meliori reponimus que vestris meritis liberaliter effundamus. Audivimus siquidem et gratanter amplectimur zelum vestrum et constantiam commendamus, cum adversus perfidiam infidelium vallo inexpugnabili fidei roboratis (a) et ipsorum proterviam virtutis vestre firmitate prosternitis ut nunquam apud vos iniquorum dolis pateat aditus quantumcumque circumvolent, quantumcumque conentur subrepere ut mundos inficiant et maculent depuratos. Ex hiis qualiter prerogativam gratie et imperialis liberalitatis affluenciam nacti sitis, non tardabit propositum Cesaris ostendere per effectus. Eapropter ardentia vota vestra que ad adventum nostrum et propter inquisitionem nostre potentie anxie gerebatis, nolentes ulterius suspendi, ecce in manu potenti et brachio forti ad conterenda Mediolanensium inimicorum capita feliciter accedimus, ita quod die. . . . . erimus duce Domino apud Laudum (1). Quare expedit ut et vos affectum quem ad triumphum imperii et consternationem inimicorum cordetenus geritis, manifestis

(a) Sic, dum sensus exigeret *roboramini*.

---

(1) Verisimiliter apud Laudum vel Laudem Vegium (*Lodi-Vecchio*). Cf. paulo infra.

Digitized by Google

effectibus ostendatis, gladium ultionis nostre jam in cervices hostium imminentem in illorum pectora manu coauxiliaria configentes. Jam enim amodo fides vestra tegumento non eget ubi optatum se tempus ingerit vestris desideriis expectatum, immo tanto se preparet in instanti signis operum evidentibus coruscare quanto usque nunc ad id negocium intus luculencior scintillavit. Quare fidelitati vestre, etc., quatenus fidem vestram quam nobis absentibus pro gratissimo munere obtulistis, nobis presentibus redolentius impendatis et Cesari vestro pro liberatione vestri omnium in alta potentia venienti vestrarum virium conatibus occurratis, tanto libencius et virtuosius venientes quanto decus imperii et molem negocii exposcere providetis, ac in totam triumphationem hostium quam Dominus dabit nobis ascribi vobis specialis glorie titulos exoptetis; scituri quod nos sic irrevocabili voluntate et magnifica premiorum munificentia universos et singulos disponimus prevenire ac terram ipsam privilegiis, libertatibus et specialibus honorum omnium ampliationibus communire, ut fidem vestram gratiarum semper signa specialium fateantur et habeatis exinde unde et vobis semper in vestro Cesare sit gaudendum et posteris vestris ad perpetua gaudia relinquatis.

[Septembri ineunte.] Fridericus, Romanorum imperator, Cumanis fidelibus suis grates agit quod tam oportune suae fidei propositum declaraverint, nuntiatque se versus partes ipsas dirigere gressus suos.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ. Harlay*, 455, pars II, n° LXIII, sine inscriptione vel titulo.)

Opus bonum quod vestra fidelitas diu cogitavit, ad quod ardentibus desideriis aspirastis vestrarum virium conatibus, laudabiliter est inceptum ut exponeretis pro fide nostra sine dubietate qualibet vos et vestra et quotquot vestra suasione possetis inducere, fidei nostre faceretis avidos et confortes. Propter quod vos dignis laudibus provenimus et expectatis

retributionibus prosequimur, velut qui tam oportuno tempore vestre fidei propositum declarastis. Quo et pretense contra vos et cives vestros inimicorum insidie in eorum nocumenta poterunt efficaciter retorqueri, et cum exultatione nostra et imperii consequemur gloriam quam optatis. Quia igitur vestris et aliorum nostrorum fidelium operibus invitati, ad extollendam Cumanam civitatem et pro vestre remunerationis affectu versus partes ipsas dirigimus gressus nostros, ut presentia et potentia nostra ultra quam credatur eidem provincie vicinetur, hortamur et mandamus quatenus laudabiliter sollicitudinis vestre principium continuo persequi studeatis affectu, etc.

Fridericus, Romanorum imperator, a Gualterio de Cesalinis, Petro Jurdo et Johanne Lucido, mercatoribus Romanis, in mutuum accipit XVIII libras grossorum Venetianorum pro LXXII unciis auri certo termino exsolvendis. *In castris prope Castilionem, 6 septembris.*

(Memorat. ap. *Regest. Frider. II*, fol. 14 verso, in editione Carcaniana, p. 254.)

Datum in castris prope Castilionem, VI septembris, XIII indictionis.

Item cum notis chronologicis eisdem pro libris XCI grossorum Venetianorum ab Andrea de Camara, Paulo et Petro fratribus ejus, mercatoribus Romanis, mutuatis. (*Ibidem*, p. 281.)

Imperator intrans territorium Mediolanense duodecimo die septembris Melegnianum, Landrianum, Basilicam Petri et alias villas numero XIX destruxit. Tandem ad Plebem de Locate pervenit. In cujus exercitu fuit Henricus filius ejus rex Sardiniae, Theutonici plus quam quinque millia, Apuli, Tuscii, Siculi et Saraceni de *Prope Mediolanum, 12 septembris.*

Digitized by Google

Lucera. GALV. FLAMMA, *Manip. Flor.*, ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. XI, p. 675.

---

16 septembris. Die veneris XVI mensis septembris, imperator congregatis militibus Theotonicis atque Cremonensibus, Laudensibus et CCCC militibus Pergami et C militibus Mantuae, Papiensibus, Terdonensibus, Vercellensibus, Novariensibus, Astensibus, Turrimaschis, marchione Montisferati, marchione Malaspina et aliis militibus Tusciae, Apuliae et Marchae cum carociis Cremonae et Papiae apud Laudem Vegium castrametatus est, et inde amoto exercitu suo venit ad flumen Lambri. Mox autem fecit praeparari pontes super illud flumen et intravit comitatum Mediolani . . . Imperator autem combussit Melegnanum, Basegape, Paranum, Landrianum, Clarellam, et turrem de Lambro diruere fecit. *Chronic. de reb. in Ital. gest.*, p. 179, 180.

(20 septemb. circiter.) Fridericus, Romanorum imperator, extans in obsidione Mediolani significat processus suos Conrado filio suo, mandatque ut celeriter mittat sibi milites.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ.-Harlay*, 455, pars II, n° LXVIII, sine titulo. Inscriptionem addimus ex cod. Guelferbit. Biblioth., *cod. August.*, n° XIII, 2 pars, 70.)

Felices processus et eventus nostros in experientia (?) quum dante Domino qui suum semper tuetur imperium diriguntur, filiationem tuam nequicquam latere volentes, scire te volumus quod. . . . . . die cum victorioso exercitu nostro, Cremonensibus et aliis Italicis fidelibus nostris et

imperii nobiscum existentibus, feliciter venimus apud Lambrum ubi. . . . . cum eorum carrocciis et aliorum fidelium nostrorum ipsarum partium infinitam copiam recepimus armatorum, et dum ibidem coadunato undique exercitu nostro cui a multis retro temporibus similis non est visus, de aggressione Mediolanensium nostrorum rebellium nostra prudentia, invocata manu Domini, ordinaret, [isti] qui exercitui nostro circa constructionem unius fossati quod inter nos et ipsos parabant objicere aderant e vicino, victrices aquilas nostras non sunt ausi videre; per tria miliaria circa septa districtus sui versus Mediolanum pavidi confugerunt, tantaque, divina dextera cohoperante cotidie nobiscum, fortunati exercitus nostri victoriosa multitudo congrescit (*sic*) quod generalis est opinio et credulitas singulorum ut rebellium nostrorum presumptuosa temeritas jam imperii nostri mucrone contrita in campestri belli discrimine prestolari tantum signa nostra victricia non audebit, nedum quod eis adversus nos supersit spes aliqua defendendi, in quo nostrarum virium vellemus potenciam iterum libencius experiri, si ex concepta insania veteri aliquatenus insanirent. Illud potissimum tibi, fili carissime, accedere volumus ad cumulum gaudiorum quod civitas Cumarum, dudum rebellis nobis et hostibus nostris specialis amica, clavis introitus a Germania in Italiam, ad mandata nostra de novo conversa devotione promptissima nobis et imperio famulatur et Mediolanensium factiones abnegavit omnino. Sicque omnia jugiter, faciente Domino per quem regnamus et possumus, prospera pro voto succedunt quod undique sacrum nostrum triumphaliter resultat imperium et de bono in melius ipsum ex alto respiciet Dominus et favebit. Tu ergo assumptis tibi fidelibus congaudeas tanto patri, circa celerem et decentem ad nos missionem militum sicut jam tibi misimus insistendo, cum specialiter in multitudine ac strenuitate militum decus imperii et potentia nostra consistat.

Fridericus, Romanorum imperator, populo Cusentino super eisdem. [20 septemb. circiter.]

(Inedit. ex cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germ.-Harlay*, 455, pars II, n° LXVII, sine titulo. Inscriptionem addimus e cod. Guelferb. Biblioth., *cod. August.*, n° XIII, 2 pars, 69.)

Felices successus nostros processus in Italia contingentes latere non patimur vota vestra, fidelitatem vestram clarificare volentes ad gaudium quod in principio presentis estatis Bononiensi depopulatione peracta, quia caput perfidie Mediolanum intactum transire nolumus priusquam estivum tempus aptum depopulationibus hostium pertransiret, congregatis. . . . . XX° septembris terram et districtum Mediolanensium potenter intravimus; et licet propter diffidentiam Mediolanenses audaciam assumentes pro quibusdam vallis fodendis altins ex civitate communiter exivissent, in aquis quas ad eadem valla replenda deducere intendebant potius quam in viribus confidentes, ubi tamen felicem nostrum transitum ad fines eorum per pontes quos in flumine Lambri fieri jussimus presenserunt, reductis eorum castris circa menia civitatis, quum intendebamus si moram traxissent aliquam prevenire, cum ingenti metu et festinantia sunt egressi. Nos autem castra nostra (*a*) Meloguianum (1) et alia convicina que nostro exercitui occurrerunt dantes in combustionem et predam, recto tramite ad depopulationem civitatis ejusdem castra nostra eminus vicinamus, campestri libertate fruentes nulloque obstante repagulo hominum vel aquarum, ut ante januas civitatis castra nostra videntes ad oculum intus pavore pereant quos foris gladius et flamma vastabunt; fideles insuper nostros comitatuum qui dudum ad nos lacrymosis vocibus et piis supplicationibus clamaverunt et non nisi ad potentie nostre presentiam suspirabant, quorum et corda nobiscum erant, licet provincias Mediolanenses opprimerent et tenerent hactenus occupatas, cum eorum conatibus in personis et rebus habebimus contra illos. Cumani etiam fideles nostri qui Mediolanensium societate rejecta dominium nostrum devotissime cognoverunt, nostrum ad easdem partes prestolantes adventum exi-

(*a*) Ibi quaedam desunt.

(1) Legendum *Melegnanum*, media via Laudam inter et Mediolanum.

bunt et venient ad nos cum omni quam habent copia militum et peditum in communi, ut de viris infidelibus quorum non poterant ulterius familiare odium et insolentiam sustinere, se nobis assistentibus ulciscantur; cum quibus omnibus sic instanter intendimus Mediolanensium vires et superbiam enervare ut vel ex toto decidant vel ulterius adjicere nequeant quod resurgant. Ad quod ut presentia vos nova letificent, triumphi sequentis speratus eventus augmentum vobis adjiciet gaudiorum, ut plena vobis possit esse letitia nostris imperialibus titulis Italiam reformandam (a).

Fridericus, Romanorum imperator, significat ingressum suum in districtu Mediolanensium et destructionem castrorum ipsorum. [20 septemb. circiter.]

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germain-Harlay*, 455, pars II, n° LXVI, sine titulo.)

Processus prosperos et successus quos ad confusionem hostium divina dextera nobis jugiter elargitur, ad confortationem vestram et gaudium vobis duximus intimandos. Sciat igitur vestra experta fidelitas quod congregatis Cremonensibus et. . . . . processimus tam magnifice quam potenter ad civitatem Mediolanum que caput est perfidie conterendam. Et licet iidem Mediolanenses felicis adventus nostri prescii, ad muniendum se quibusdam vallis que diu ante in finibus eorum inceperant, ut altius ea foderent exivissent, credentes tum per eorum valla, tum propter aquarum inundationes et fluxus in quibus potissimum confidebant, nostrum impedire vel retardare processum, nos tamen eorum versutias attendentes et impatientes more quam parata pre manibus eorum vindicta nullatenus permittebat, factis in transitu fluminis Lambri pontibus die. . . . . fuimus Mediolanensium fines potenter ingressi. Castrum. . . . . in cujus fortitudine confidebant et quod

(a) Sic. Locus mutilus.

Digitized by Google

erat procul dubio cor eorum, et alie munitiones que primo nostris conatibus occurrerunt, ab earum habitatoribus derelicte, date sunt precursoribus nostri exercitus in captionem et predam, et nos recto tramite ad depopulationem Mediolani sine quolibet obstaculo hominum vel aliquorum campestri libertate fruentes, castris, villis, munitionibus que in districtu suo in itinere nostro inveniri contigit cum gladio cesis, cum igne crematis, triumphaliter festinamus; sperantes firmiter quod nisi Mediolanenses predicti potentie nostre metu perterriti se nobis fuga subripiant, sequens victoria nostra faciet quod occumbent, et si forte, quod credimus, in civitate se receptaverint saluti sue pro fuge subsidio consulendo, nichilominus ante januas civitatis videbunt ad oculum facie ad faciem castra nostra ut intus pavore pereant quos foris igne passim et gladio destruemus. Contrito igitur eodem perfidie capite per quod ad eorum complices tanta infidelitas revirebat, ut et caput in membris et membra in capite conterantur, versus partes ipsas intendimus dirigere gressus nostros.

Anagniae, 23 septembris.

Romeus Quirinus et Stephanus Baduarius, procuratores Jacobi Teupoli Venetiae ducis et communitatis Veneticae, Gregorio papae et Ecclesiae Romanae promittunt quod viginti quinque galeas armabunt ad regnum Siciliae occupandum, juraque statuunt quae sibi tam apud Barolum et Salpas quam in omni alio regni loco quem Venetorum auxilio contigerit occupari, in perpetuum feudum concedi debent.

(Inedit. ex *libr. Pactorum* in arch. Venet., t. II, fol. 43-44.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Nos Romeus Quirinus et Stephanus Baduarius cives Veneti, procuratores et syndici domini Jacobi Teupoli Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie ducis, domini quarte partis et dimidii totius imperii Romanie, et communis Venetiarum constituti

per eumdem ducem et consilium ordinatum per comune civitatis Venetiarum, sicut apparet per litteras eorumdem quarum tenor inferius continetur, promittimus per stipulationem et convenimus nomine predictorum ducis et communis vobis sanctissimo patri domino pape Gregorio et Ecclesie Romane quod predicti dux et comune armabunt viginti quinque galeas pro eundo in regnum Sicilie ad ipsum occupandum : hoc videlicet modo quod ipsi dux et comune armabunt medietatem predictarum galearum suis expensis et aliam medietatem expensis domini pape et Romane Ecclesie, ipso domino papa et Romana Ecclesia dante pro armatura cujuslibet galee armande expensis suis pro quolibet mense ducentas septuaginta quinque librarum denariorum Januensium vel earum estimationem in pecunia, et expensas ipsarum galearum dabit dominus papa et Ecclesia Romana pro sex mensibus. Si vero dominus papa pauciores galeas vellet armari, sit in ejus beneplacito, dum tamen medietatem expensarum illarum galearum quas armari voluerit solvat dominus papa et Romana Ecclesia et aliam medietatem dux et comune prefati. Item promittimus per stipulationem et convenimus nomine et vice predictorum ducis et comunis quod ipsi dux et comune facient portari in lignis et navibus suis usque ad trecentos milites in regnum predictum et pro quolibet milite dextrarium unum, roncinos duos, scutiferos tres cum armis et aliis necessariis et vivanda ad duos menses, domino papa dante pro quolibet milite XX libras Januenses vel estimationem earum in pecunia pro duobus mensibus, facta solutione ipsius pecunie in initio. Item promittimus per stipulationem et convenimus nomine et vice predictorum ducis et comunis quod si guerra duraret ultra sex menses predictos, dicti dux et comune dabunt suis expensis quatuor galeas armatas, et hoc si imperator non fuerit in Lombardia. Item promittimus per stipulationem et convenimus nomine et vice predictorum ducis et comunis quod quamdiu duraverit negotium in dicto regno, si Romana Ecclesia habere voluerit navigium galearum et navium, dux et comune predicti dabunt naves et galeas quot dominus papa habere voluerit in dicto regno pro supradicto nolo. Item promittimus per stipulationem et convenimus vice et nomine predictorum ducis et comunis quod ipsi dux et comune portari facient in

hac prima vice in suis lignis et navibus gratis et sine naulo duo milia peditum et quingentos balistarios quos dabit Romana Ecclesia. Item promittimus per stipulationem et convenimus nomine et vice predictorum ducis et comunis quod dicti dux et comune non facient pacem cum Frederico dicto imperatore nec admittent tractatum pacis sine voluntate et expressa licentia domini pape. Item promittimus per stipulationem et convenimus nomine et vice predictorum ducis et comunis sub pena sex milium marcarum argenti et obligatione omnium bonorum eorumdem ducis et comunis, vobis, sanctissimo patri domino pape Gregorio et Ecclesie Romane, hec omnia supradicta et singula attendere, adimplere et firmiter observare, et super hiis omnibus subicimus et supponimus dictum ducem et comune sententie excommunicationis domini pape. Preterea promittimus per stipulationem et convenimus nomine et vice predictorum ducis et communis quod ipsi dux qui nunc est et qui pro tempore fuerit et comune, pro eo quod dominus papa et Ecclesia Romana Barolum et Salpas cum pertinentiis suis et liberam curiam ac jurisdictionem inter Venetos necnon plenam libertatem et immunitatem et habere consules inter Venetos de suis concivibus in regno Sicilie, ducatu Apulie, Calabria, principatu Capue et in omni alio loco regni quem eorum auxilio contingerit occupari, eisdem duci et comuni concedet ad perpetuum feudum postquam ea fuerint occupata, facient illum vel illos qui preerunt per eos predictis locis, scilicet Barolo et Salpis, quandocumque et quocienscumque renovabuntur ibidem, jurare apud Venetias in presentia illius vel illorum cui vel quibus hoc dominus papa duxerit comittendum, fidelitatem domino pape Gregorio et successoribus suis et Ecclesie Romane et quod non erunt in dicto, facto, consilio vel consensu ut ille cui regimen predictum fuerit a domino papa et Ecclesia Romana comissum et ejus successores perdant vitam vel membrum aut capiantur mala captione seu amittant terram, honores, dignitates aut alia bona sua que habebunt in regno prefato; et facient etiam semel jurare omnes Venetos qui nunc habitant vel habitabunt in locis eisdem et omnes alios cohabitatores eorum apud eadem loca fidelitatem domino pape Gregorio et successoribus ejus et Ecclesie Romane, in hujus vel eorum presentia cui vel

quibus hoc fuerit a domino papa commissum. Postea vero ille vel illi qui pro tempore preerunt per dictos ducem et comune et omnes illi tam Veneti quam alii qui habitant vel habitabunt in locis prefatis jurent fidelitatem duci, fidelitate domini pape et Ecclesie Romane in omnibus et per omnia semper salva. Item promittimus per stipulationem et convenimus nomine et vice predictorum ducis et comunis omnia supradicta in statutis sive quaternis in quibus consuetudines civitatis Venetie habeutur, quas quilibet dux juramento servare tenetur, ponere nec ea inde delere, et quod dux qui nunc est et quilibet alius dux qui pro tempore fuerit tempore electionis sue jurabit se omnia predicta et singula firmiter servaturum. Hec autem omnia predicta et singula juravimus ad sancta Dei Evangelia in animabus predictorum ducis et comunis attendere, adimplere et firmiter observare et nullo tempore contravenire. Tenor autem litterarum procurationis et syndicatus quarum est habita superius mentio, talis est :

Nos Jacobus Teupolus, Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romanie, et consilium ordinatum per comune civitatis Venete presenti scripto fatemur nos vidisse et legi audisse pacta, promissiones et conventiones que dominus Philippus Vicedominus, potestas Januensis, decreto, auctoritate et beneplacito consilii Januensis fecit et firmavit cum magistro Berardo subdiacono et notario domini pape Apostolice Sedis nuntio ad hoc specialiter destinato, recipiente nomine et vice domini pape et Ecclesie Romane, super galeis et navibus armandis et destinandis in regnum Sicilie cum militibus, peditibus, et balistariis et aliis necessariis ad ipsum regnum occupandum, et super pace non tractanda nec facienda cum Friderico dicto imperatore sine voluntate et expressa licentia domini pape et super quibusdam aliis, sicut hec omnia in instrumento confecto per manum Ursonis notarii Januensis plenius continetur. Et ad tractanda, ordinanda, promittenda et complenda omnia supradicta et ad alia que circa negotium occurrerint facienda pro nobis et nostro comuni cum domino papa et Ecclesia Romana, viros nobiles et discretos Romeum Quirinum et Stephanum Badouarium fideles nostros procuratores et syndicos nostros et nostri comunis statuimus, dantes eis plenariam potestatem

firmandi per penam et obligationem bonorum nostri comunis et jurandi in anima nostra de complendis et servandis omnibus supradictis, promittendo nos firma et rata habere pro nobis et nostro comuni quecumque iidem procuratores et syndici cum domino papa et Ecclesia Romana super premissis duxerint facienda. Ut autem hec nostra comissio robur obtineat firmitatis, ipsam fieri et bulla plumbea typario nostro impressa jussimus communiri.

Datum Venetiis apud nostrum ducale palatium per manum Henrici notarii, canonici Sancti Marci et nostre curie cancellarii, anno Domini M. CC. XXXVIIII, mense septembris, die quinto intrante, indictione XIII.

Actum Anagnie, anno Domini M. CC. XXXVIIII, pontificatus domini Gregorii pape noni anno XIII, indictione XIII, mense septembris, die XXIII, in presentia venerabilium patrum domini Jacobi Tusculani, domini Rainaldi Ostiensis et Velletrensis et domini Roberti Sancti Eustachii diaconi cardinalium, pro domino papa et Ecclesia Romana recipientium, et domini Jacobi de Ferentino domini pape camerarii ac magistri Nicholai Scriniarii, presentibus fratre Matheo penitentiario, magistro Boetio et magistro Martino clericis domini pape et Henrico canonico Sancti Marci et cancellario curie Venetie (1).

---

(1) Adsunt in *libr. Pactor.*, in arch. Veneto, fol. 44 verso, 45 recto-verso, et 85 verso, variae litterae quae instrumento nostro quasi complementum adjiciunt. Argumenta quarum hic inserere haud supervacaneum esse censemus : « Papales litterae Gregorii IX promittentis domino Venetorum Barolum et Salpias cum pertinentiis et liberam curiam et jurisdictionem inter Venetos ac plenam libertatem et immunitatem, et habere consules Venetos in regno Siciliae ex Venetiis in ducatu Apuliae, Calabriae, principatus Capuae, si Veneti fuerint auxilio in occupando et recuperando regno Siciliae pro Ecclesia Romana. Dat. Anagniae, VIII kalendas octobris, anno XIII.

» Papales litterae Gregorii quod observari faciet et jurare regem Siciliae de pactis cum Venetis. Dat. Anagniae, VIII kalendas octobris, anno XIII.

» Papales litterae Gregorii quod Veneti habeant de Siciliae lucro suam partem. Dat. Anagniae, VIII kalendas octobris, anno XIII.

» Papales litterae Gregorii electo Gradensi et Castellano archidiacono, duce et communitate Venetiarum sub protectione beati Petri et ipsius papae receptis, ut non permittant eos molestari quamdiu erunt in servitio Ecclesiae Romanae pro regno Siciliae occupando, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Dat. Anagniae, VIII kalendas octobris, anno XIII. »

Digitized by Google

Jacobus de Boncanbio domini papae vicarius scribit Bononiensibus quod cum Heuricus filius imperatoris Marchiam Anconitanam invadere disponat, ipsi zelo Ecclesiae accensi audaciam illius viriliter impediant. [Circa septembrem.]

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *anc. fonds latin*, 2954, fol. 5 recto.)

Littera quam dominus Jacobus de Boncanbio domini pape vicarius communi Bononiensi destinavit.

Letos rumores accipiens quos fama celebris ad ulteriores partes testimonio certiore diffudit, exultavi pro gaudio et in gratiarum prorupi debitas actiones. E celo quidem dimicatum est et prospexit justitia de supernis quo debitum suum cuique tribuens illesos filios matri conservavit Ecclesie et enervavit manifeste brachium impiorum (*a*). Non manus vestra excelsa, sed Dominus hec omnia fecit unde letatur pia mater Ecclesia, hostis ejicitur, amicus erigitur, et sic bona proveniunt nobis pariter universa. Igitur viriliter agite et confortetur cor vestrum vice genetricis Ecclesie condolentes, que vos inter ceteros prerogativa dilectionis amplectitur et dilectionis innititur fiducia singulari. Sane sicut summus pontifex intellexit relatione veridica, Henricus filius Frederici imperatoris Anconitanam Marchiam invadere machinatur, dolos fabricans ut dolo circumveniat simpliciter ambulantes. Sed super istis jugiter (*b*) vigil Ecclesia concludet laudibus (?) vias suas, spinas opponet et tribulos ne quod inimicus crudeliter cogitavit, crudelius ipse perficiat. Exurgatis vero viriliter ut fugiant qui oderunt Ecclesiam a facie ejus et dispergantur penitus inimici. Pedes enim dicti Henrici ad malum currunt ut effundant sanguinem. Vos autem pro muro Domini murum opponite et ingressum ejus in Marchia audacia consueta viriliter impedite. Scio enim

(*a*) In codice *juniorum*.
(*b*) In codice *ungit*.

Digitized by Google

et non ambigo quod hoc summus pontifex inter cetera impensa servitia eo gratius acceptabit quo Ecclesie sancte fore utilius recognoscet. Certe cum sim, fratres, caro vestra, in vestro me reputo profectu proficere et in gloria exaltari. Gratia vos Dei una in omnibus proveniat et sequatur, que impleat in bonis desiderium vestrum et felici consummet exitu feliciter inchoata.

[Circa septembrem.]

Fridericus, Romanorum imperator, curialiter redarguit Navarrae regem qui non ivit ad ipsum quando transivit per terram suam, monetque se officialibus suis in regno mandasse ut ipsi se devotos exponant.

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, coll. 1172-73, n° 48; coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ.-Harlay*, 455, pars. III, n° 96. — Inscriptionem quam in codice Bibliothecae Mediomontanae cl. viri Thomas Phillipps invenimus, nunc addimus : « *Fredericus regi Navarre congaudet de mutua benivolentia, dicens quod ejus admisit petitiones.* »

Per nuncium et litteras nuper directas nobis, ad nos (*a*) regem. . . . . imaginarie venientem debita satis honorificentia amplexatus fuit imperialis affectus et tam in salute regis exposita quam in regio salutis proposito nimium congratulata est Cesaris affectio diligentis. Sed ut animo dictante loquamur, hoc magis immo plus quam magis affectioni nostre cessisset ad gaudium, si quod obtulit littera, persona venisset et que nunc scribere nos cogit absentia, loqui presentia delectaret, ut tanto et tam caro nobis amico imperialis serenitas honoribus condignis assurgeret, et quam ad vos sincere dilectionis prerogativam habemus, verbo exponere et effectu prosequi potuisset. Nimirum ex hac amica qua affectione languemus, et diligentiam vestram non immerito quadam benivolentie increpatione ferimus quod sic votum Cesaris vestram zelantis faciem defrau-

(*a*) Ap. Martene : *Per litteras et nuntium nuper directum nobis ad vos...* minus recte.

Digitized by Google

dastis (1), nec paulisper voluistis divertere ubi et honor vos debitus recepisset et directio non ingrata vestro successura progressui fecundasset. Accusant siquidem ex hoc in vobis habilitas culpam et loci propinquitas voluntatem, presertim cum transitus vester per nos etsi nobis ad gloriam, vobis esset ad commodum profuturus. Merito itaque ex hoc tali duplici jactura dolemus, et ideo ad ostendendum plenius quantum vos non vidisse displicuit quantumque vidisse nobis extitisset acceptum, sciatis quod si salva integritate quam ad vos gerimus fieri potuisset, libenter hoc vobis traxissemus ad culpam et impegissemus libentius ad offensam. Nec ideo etiam petitionem vestram per vestras litteras presentatam admisissemus ad presens, nisi ut per eam absenti concessam que apud rogati magnificentiam parva fuit, certum daretur indicium quam longe maxima fuerant rogantis presentie concedenda. Et ecce quod petitione ipsa gratanter admissa, damus per nostras litteras in mandatis officialibus nostris in regno ut diligenter adimpleant que petistis et alioquin etiam vobis se devotos exponant, cum in omnibus et ubicumque impensionibus operum ostendere delectemur quantum nobis dilectio vestra persistat amabilis et fidelitas pretiosa (2). Propter quod petimus et rogamus ut, dirigente Domino iter vestrum cum aura prospera, cum ad reditum vestrum secundabit gressus vestros,. . . . . . . (a) faciatis nobis ut tunc saltem optata vestri visione letemur, et cui nunc congratulamur ex voto, tunc ex peracto feliciter cursu voti geminata nos vobis faciat letitia congaudere (3).

(a) Quaedam ibi deesse videntur.

(1) « Mense augusto rex Navarrae cum copioso crucesignatorum exercitu de Marsilia in Terram Sanctam transfretat. » Ricc. de S. Germ., *Chronic.*, ad ann. 1239.

(2) Novum inde argumentum quod regi Navarrae qui et comes erat Campaniae, haec dirigatur epistola.

(3) Ad hoc tempus reponendas esse censemus litteras, alioquin valde suspectas, ab imperatore ad Soldanum et vice versa scriptas, quae inter epistolas Petri de Vineis, lib. II, cap. 18 et 19, memorantur. Collatis nunc codice bibl. Mediomont. 8390, et codice biblioth. Cesar. Paris., 455, *fonds S. Germain-Harlay*, ampliorem et emendatiorem textum edimus :

« Nazardino (*alibi* Zephedino) regi Sarracenorum qui Machometum adorat, Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Sublimatus in regibus et principibus terre, in thesauris meis et in excellentia majestatis mee non glorior, sed

Digitized by Google

[Circa septembrem.]

Quidam praelati principes imperii summum pontificem inducunt ad reformandam pacem inter Romanam Ecclesiam et imperatorem, cum ad ipsum accesserint et eum viderint quasdam justas querelae causas exponentem, praesertim de Gregorio de Montelongo apud Mediolanenses commorante.

(Edidit Fred. Hahn., *Coll. monum. veter. et recent.*, t. I, Litter. princip., n° XX, p. 232-235.)

Sanctissimo patri et domino, etc. . . . . . .

Fundatam Ecclesiam militantem duplici robore providentia divina firmavit, dum ipsi sacerdotium ad. . . . . prebuit et imperium ad tutelam; que duo sic indivisibiliter invicem per designationem duplicis gladii conjunxit quod altera perimi vel enervari non valeat sine detrimento duorum. Ex quibus non tam probabiliter quam necessario subsequitur et infertur ut utrumque contemnat aut diligat qui gladiorum alterum diligit aut contemnit. Et nos quos mediatores quodammodo Dei et hominis Ecclesia et imperium principes statuerunt, ad utrumque sic oportet et expedit habere respectum quod explere partes officii nostri non possumus si quantumvis in altero claudicemus. Igitur, reverendissime pater, promissionis et fidei nostre zelum diligenter inspicite, presens

coronatus ero si persequentes inimicos suos diliget Deus. Redde cultui christiano terram Ierosolymitanam redemptam sanguine Nazareni. Alioquin virtus nostri culminis irascetur. »

« Frederico imperatori Francorum qui crucifixum adorat, Nazardinus (*alibi* Zephedinus) soldanus Babylonie, Capadocie et Ethiopie rex. Non sum avarus in thesauris meis nec gloriosus. Si beatius est dare quam recipere (*alibi* tollere), ego beatus ero, et si hilarem datorem diligit Deus, me diliget quia omnia mea sunt communia meis. Prohibe igitur christianos tuos ne seviant in Saracenos meos; alioquin invenies me tibi mutatum. »

Nomen soldani si quis disquisiverit, duos Meledini (Malek-Kamel) filios, Nodgemeddin scilicet et Seifeddin, hoc ipso anno 1239, de successione regnorum Damasci et Babyloniae inter se disceptantes inveniet.

Digitized by Google

nostre devotionis alloquium diligenter attendite ad quos nos, prout potestis ex ipsa negotii qualitate colligere, et debiti nostri necessitas impulit et communis utilitas persuasit. Dum enim sollicita meditatione revolvimus in quantum Ecclesie teneamur, dum ex dissensione suborta inter vos et Cesarem nostrum futura dispendia meditamur, summa necessitate compellimur et utilitate prenimia suggerente debemus inter vos, prout scimus et possumus, interponere preces nostras, et cum se nobis oportunitas casus presentis ingessit ut a domino et imperatore nostro primitus ordinemur, veluti tempore suborte discordie tum ipsi presentes ad ipsum in audacia fidei, sed et in reverentia majestatis accessimus, dissensionis hujus originem expetentes et causam, licet nobis antea penitus non ignotam, et cum instantia nichilominus suggerentes ut ad sacrosanctam Ecclesiam matrem suam cum omni devotione rediret. Qui nobis omnibus diligenter expositis super quibus antea fuerat admonitus et excommunicationis sententia innodatus ac responsionibus singulorum, prout hec omnia publici testimonii series testabatur (*a*), demum si quis posset ullo verbo vel opere notari defectus, ipsum totum fidei et dispositioni nostre ac aliorum principum perfecte commisit, alias devotionem omnem ad Deum et Ecclesiam pretendendo quam nos, prout ab homine licuit exteriore colligere, si veritati deesse nolumus, presentialiter vidimus et veridice possumus protestari. Quarum sensione velut irrefragabili ratione devicti, ad vos patrem et pastorem nostrum de necessitate convertimur et cum reverentia vobis loquimur et in sinceritate fidei suademus ut tantum exacerbare filium non velitis. Devotionem ipsius paterna pietate respicite, orbis scandalis ex quibus ipsi catholice fidei possit imminere periculum occurrentes; ad que, prout diximus, paternitati vestre presentium (*b*) suadenda, preter commune dissidium quod veremur, illa nos ratio specialis inducit quod in nobis ipsis attendimus ex vestra dissensione scissuram, dum velut Ecclesie filii et prelati reverentiam vobis filialem agnoscimus et velut imperii principes ex sacramento fidelitatis et principatus honore, domino et imperatori nostro vel imperio potius de

(*a*) Sic; melius tamen *testatur*.

(*b*) Sic; melius vero *presentibus* vel *presentium serie*.

Digitized by Google

necessitate compellimur non deesse; cujus justitiam propter quam persecutionem se pati queritur, producit in medium dominus imperator ad sue cause munimen, preter expresse probationis indicia; vulgaris fame presidium et testimonium generalis opinionis adducens quod in favorem Mediolanensium et suorum seqnacium processeritis taliter contra eum; ad quod credendum licet Apostolice Sedis auctoritas et religionis ecclesiastice sanctitas nos induci de facili non permittant, sic tamen hoc periculose. . . . . veremur ut gravamen Ecclesie quod generalis opinio predicat taceamus, presertim cum ad testimonium veritatis et fame favorem non leve probationis indicium adducatur quod G. de Montelongo legatus vester apud Mediolanenses continuam moram trahens fideles imperii modis omnibus quibus potest a fide et devotione debita nititur revocare, prout hec omnia dominus imperator suis litteris et multorum testimonio fide dignorum probare posse confidit. Denique, sanctissime pater, Sedis Apostolice gravitatem in illa sinceritate devotionis appetimus qua fidem nostram diligamus et Romanam Ecclesiam veneremur, ut circa morbi principia medicina salutis et salubritate consilii velociter occurratis nec in perplexitatem nos et alios prelatos Ecclesie et sacri imperii principes permittatis adduci ut, cum imperio nostro cujus membra nos sumus non possimus deesse, matris nostre dispendia deploremus. Habet enim quod vobis objiciat dominus imperator quod dum pro reformatione vestra personam exposuit et thesauros effudit, nos ipsum immo nos ipsos deserere non possimus nec aliquatenus debeamus; nec in contrarium alicujus ex principibus nostris falsa suggestio (1) qui ut penes vos propria commoda persequatur in aqua turbida piscari desideret, vos inducat, cujus ad ultimum voluntas invenietur instabilis et potentia defectiva. Generale bonum et publicam causam per reformationem pacis attendite, ad quam quantumcumque cum reverentia matris Ecclesie et honore sacri imperii possimus, libenter offerimus nos paratos.

(1) Forsitan alluditur duci Bavariae, qui tunc temporis partes Ecclesiae ita in Alemannia tuebatur ut novum regem creari procuraret. Vid. supra, p. 345. Si res ita se haberet, hanc epistolam ab episcopis Bavariae contra Albertum Bohemum agentibus scriptam fuisse libentius crediderim.

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, comiti Provinciae iratus quod civitatem Arelatensem ejecto imperiali vicario occupaverit, eum cit t ad curiam suam, triginta dierum termino praefixo, ultra quem si venire contempserit, ab omni honore et dignitate privatum fore denuntiat. (Septembri exeunte.)

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1185-1186, n° 71; coll. cum cod. Biblioth. Cesar. Paris., *fonds S. Germain-Harlay*, 455, pars V, n° 32.)

Fredericus, etc., comiti Provincie, etc. Venientibus nuper nuntiis tuis ad curiam nostram, ipsos benigne recepimus et petitionibus ex parte tua porrectis favorabiliter annuentes, ipsos ad te remisimus cum effectu. Subsequenter autem ex insinuatione. . . . . regni Arelatensis et Viennensis vicarii generalis, non absque vehementi admiratione perpendimus quod cum te apud Arelatem honorifice recepisset et juxta receptum a nobis mandatum servire curaret, tu cum quibusdam proditoribus nostris inita factione, nostra et imperii reverentia pretermissa, tue fidelitatis ac nobilitatis oblitus, infidelitatis opprobrio non vitato, dictum vicarium nostri culminis effigiem presentantem turpiter a civitate Arelatensi projeceris et eamdem civitatem non absque injuria nostri nominis et honoris detineas infideliter occupatam (1). Quod tanto justius movet quanto preter spem et opinionem nostram, preter omnimodam liberalitatis et gratie munificentiam in te frequenter et exuberanter effusam, contra hominem nostrum enormiter excessisti ut quantumcumque tuo vellemus tam turpi defectui condolere, non possimus imperiale moderari regimen quo tenemur, quin

(1) Scilicet circa finem julii mensis hujus anni 1239, si Paponi fides adhibeatur; circa finem vero augusti, si Lalauzierii opinionem sequamur.

Digitized by Google

adversus commisse proditionis facinus in judicio et justitia procedamus. Quapropter, sicut moris et juris est, super objecto infidelitatis excessu ad nostram curiam te citamus et precipimus tibi quatenus civitate Arelatensi in eo statu reducta in quo priusquam ex ea vicarium nostrum ejeceris permanebat, XXX dierum post receptionem presentium, prestita tibi securitate veniendi, morandi et redeundi, nostre curie te studeas personaliter presentare, de infidelitate commissa ad justiciam responsurus. Quod si facere contempseris, velut tuum recognoscendo et confitendo reatum, te tanquam infidelem nostrum ab omni honore et dignitate de plenitudine potestatis ex certa scientia et imperiali auctoritate privabimus.

Datum, etc.

[Septembri exeunte.] Fridericus, Romanorum imperator, Arelatensibus scribit ut cum potius decepti fuerint quam rebelles, insidias comitis Provinciae evitare curent et in civitatem vicarium suum restituant. Quod si facere neglexerint, nuntium mittit qui banna et mulctas eis imponat.

(Edider. Martene et Durand, *Amplis. collect.*, t. II, col. 1186-1187, n° LXXII. — Coll. cum codice Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germain-Harlay*, 455, pars V, n° 33.)

Fredericus, etc., populo Arelatensi, etc. Sedes et caput regni civitas Arelate nunquam a nostra et imperii devotione continua recolitur declinasse, quin ab ea semper bone fidei exempla prodierunt ad honorem et servitium imperii militante. Propter quod vix absque admiratione audire potuimus qualiter tantam comitis Provincie temeritatem invicta fides vestra potuerit pertulisse ut. . . . . . . vicarium nostrum nostri culminis effigiem presentantem in medio vestrum et pre oculis vestris tam turpiter ejecisset, inita cum quibusdam proditoria factione, per quam in nostri nominis injuriam et honoris infideliter ageret et famam vestre

Digitized by Google

rectitudinis denigraret et tam subito et improviso malo non possetis occurrere, inimici hominis malitia nequiter suggerente. Cum igitur ejusdem tam procax et fautorum suorum infidelitas pateat et appareat manifesta, excutite vos instanter de manibus occupantis, revocantes vicarium nostrum in civitatem ad regimen consuetum et nobis et imperio juxta solitum militantes, ut si quis homo nequam contra vos fuerit machinatus, de ipsius versutia nullatenus timeatis, sed possitis una cum vicario nostro rationabiliter excusari, quod nunquam posset ascendere in cor nostrum ut comes Provincie quem semper honoravimus et inter alios fideles nostros reputavimus specialem, in tantam potuerit perfidiam corruisse. Nos enim juxta credulitatem nostram de inconstantia et ingratitudine sua una vobiscum deceptos asserimus extitisse, velut qui eidem vicario nostro dedimus in mandatis ut ei tanquam persone nostre serviret et presentie sue consilio in nostris negotiis uteretur. Quapropter deceptionem eamdem seu negligentiam que notari potuerunt parti vestre penitus remittentes, vos in nostram gratiam revocamus, universitati vestre mandantes quatenus dictum comitem infidelem nostrum ac invasorem vestrum penitus reputantes, una cum vicario nostro suas insidias et versutias evitetis, de favore nostro securi quem in conversione vestra erga universos et singulos liberaliter reformamus. Si vero contingeret vos ulterius in ejus seditione manere, G. nuntium nostrum illuc duximus transmittendum qui vobis banna et mulctas imponat, que sicut imposuerit requirenda statuimus et servanda.

Fridericus, Romanorum imperator, gratias agit comiti Tolosano quod sibi contra papam et comitem Provinciae tam fideliter adhaereat, mittitque ei nuntium specialem suae intentionis gerulum, exhortans ut ab insolentia sacerdotali se invicem tueantur. [Septembri exeunte.]

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1140, n° VI. — Coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ.-Harlay*, n° 455, pars I.)

Digitized by Google

Fredericus, etc., comiti Tholosano, etc. Nuntios tuos tui cordis indices et affectus ad nostram presentiam accedentes solita benignitate recepimus et illud quod nobis exposuerunt ex parte tua [per] legationis officium intelleximus diligenter, hilares admodum et jocundi quod tua experta sinceritas, deficientibus aliis quorum fides modica fuisse conjicitur, tanto promptior exponitur et offertur quanto dudum concepte desiderium voluntatis in necessitate clarius probari expetit et cognosci. Nam contra omnes inimicos nostros ecclesiasticos et mundanos et specialiter contra papam et fautores ejus et Pro[vincie] comitem proponis et exponis potenter et patenter insurgere et communem causam et honorem contra eosdem communes inimicos modis omnibus defensare. Quod fidem probate jam fidei adeo coram nobis in tua persona clarificat, ut de nullo viventium nobis certior fiducia prebeatur. Ex dignis laudum titulis et gratiarum actionibus strenuitatem tue prudentie prosequentes, cor tuum cordi nostro conjungimus et unanimitati tue corde et corpore conformamur. Cum igitur tempus et causa requirant quod de communibus inimicis vindictam sumere valeamus, orbe terrarum pugnante pro nobis propter eorum manifestam injusticiam contra eos, mittimus T. nuntium specialem nostre conscientie ad te gerulum et intime conscium voluntatis, qui de intentione, affectu et proposito nostro te plene certum reddet et cautum, maxime quia idem pariter velle et idem nolle tecum habere volumus et tenere. Tu igitur robores animum et vires tuas in ea manu quam nobis exhibes et nos ab experta concepimus tue confidentie puritate, quia justitia viarum nostrarum comitatrix existit et sacerdotalis insolentia sui moris oblita, modestie fines egressa, dum pro Evangelio scandalum predicat et ex orationis officio illicita bella parat, in se ipsa corruet, velut que vias Domini prevaricare non desinit, Domino exercituum nos juvante qui vineam suam videt a malis pastoribus dissipari.

[Septembri exeunte.] Fridericus, Romanorum imperator, communitati Avenionensi grates agit quod viriliter vicario suo contra comitem Provinciae

Digitized by Google

et alios infideles viriliter astiterint, monens se eidem comiti terminum triginta dierum praefixisse ut de infidelitate commissa personaliter respondeat.

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ.-Harlay*, 455, pars II, n° LXIX, et ex cod. Bibl. Guelferbytanae, *August.* XIII, pars II, n° 71.)

Gaudemus fidei vestre jugiter experiri constantiam et a necessitatis experientia comprobare quanta sit vestrorum fidelitas animorum quamque prompta devotio que vos reddit solicitos et attentos circa nostrum servicium et honorem. Nuper enim degenerante a nobilitate sua. . . . . comite Provincie et fidem in perfidiam convertente, temeritas ejus valde nobis displicuit, et licet aliquot in excogitatam sui maliciam pervertere potuissent (*a*), in vobis vero nostris et imperio ex antiquo fidelibus temptationis locum sua infidelitas non invenit, quum frustra civitas vestra concutitur que recte fidei firmamentum (*b*). Opposuistis enim vos viriliter contra eum, et potestati vestro ejusdem regni generali vicario totis viribus assistentes, ad honorem nostrum et imperii in personis et rebus [vos] expositos exhibetis. Propter quod vos omnes et singulos dignis gratiarum actionibus prosequentes, mandamus et hortamur fidelitatem vestram ut in fide et servicio nostro persistentes robore consueto, omnes alios de regno ipso exemplis et ope conformetis, infideles nostros una cum aliis nostris fidelibus persequentes; scituri quod eumdem comitem Provincie pro indulto sibi post receptionem litterarum nostrarum XXX dierum termino, duximus ad nostram curiam evocandum; ad quam civitate Arelatensi et rebus aliis in statum pristinum restitutis, conferre se debeat termino pretaxato, de tanta infidelitate commissa ad justitiam personaliter responsurus. Qui si venire contempserit et causam dirigere (*sic*) quam commisit excessionis, vassallos et fideles suos a juramento sibi prestite fidelitatis absolvimus et denunciamus penitus absolutos ut ei nullatenus respondeant vel intendant, comitatum Forchalieri et marchionatum Provincie et omnia bona et jura sua nostre curie applicantes.

(*a*) Legendum vero videtur : *et licet aliquos*, etc., *pervertere potuisset.*

(*b*) Ibi quaedam in codice lacuna.

Quare mandamus et precipimus vobis quatenus a lapsu sibi dati termini contra eumdem comitem in predicta malicia perdurantem tanquam proditorem et hostem nostrum et imperii unanimiter insurgatis, una cum aliis nostris fidelibus ad sue perpetue confusionis opprobrium insistentes. Cumque vos sitis in eodem regno nostre speculum fidei speciale, prodeat exemplum ad omnes ex vestrorum operum luce, quod ceteros ad fidem corroboret et adversus proditores nostros premunitas eorum excitet voluntates.

[Septembri exeunte.] Fridericus, Romanorum imperator, notificat [regi Franciae] excessus comitis Provinciae in regno Arelatensi, et beneficia eidem a se multoties collata commemorat.

(Edider. MARTENE et DURAND, *Ampliss. collect.*, t. II, col. 1142; coll. cum cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germain-Harlay*, n° 455, pars I.)

Dignum duximus ad vestram referre noticiam que nuper contra nos et imperium per. . . . . . . comitem Provincie socerum vestrum, de cujus fide potissimum sperabamus, preter spem et opinionem nostram, preter exhibitam dudum a nobis et obtentam ab eo nostre liberalitatis gratiam, preter nobilitatis et fidelitatis debitum quo tenetur adstrictus, [in] injuriam nostram et imperii manifestam fuerunt in regno Arelatensi enormiter attemptata; quod presumptum nefas et commissa temeritas a quo (a) fides inter homines locum habuit, fuerunt inaudita. Sane ut ingratitudo predicta et patrati facinoris crimen, que sibi notam infidelitatis impingunt, excusationem non possit in suis excessibus invenire, sed ab experientia nostre gratie dictus comes rationabiliter erubescat, prestita sibi per nos et imperium beneficia volumus recenseri. Olim enim, secundum mores et consuetudines imperii approbatas, dum anno ab obitu patris elapso recepturus honorem et terram suam, nostram sicut tene-

(a) Subauditur *tempore*.

Digitized by Google

batur adire presentiam neglexisset, omnia bona et jura sua nobis et imperio cesserant, eo ab omni jure et petitione decidente irrevocabiliter in futurum; sed tandem, post multa curricula temporum, simplice ipsius nuncio ad nostram curiam in Apulia veniente, mansuetudo nostra non defuit quin abrogatum sibi jus in gratiam convertentes, ex insperate restitutionis beneficio nobis et imperio indissolubili fidei vinculo perpetue obligare[mus] tam animum quam personam; comitatus Follialcherii, marchionatus Provincie et aliorum bonorum (*a*) in invidiam quamplurium evidentem renovaciones et confirmationes indulsimus, eum titulo honoris et nominis honorantes, promittente et obligante se nuncio pro eodem quod tunc temporis estate sequenti dictus comes cum galeis in Siciliam applicaret, pro recipienda investitura corporali (*b*), sicut collato beneficio nollet reddere se indignum. Sed ipso minime veniente, nichilominus pacientie nostre favorem ostendimus erga ipsum, ut post tempora longiora nobis in Alamaniam negotio exigente vocatis, ad presentiam nostram accederet, ubi eum pristino (*c*) affectu recepimus, et benigne in omnibus tanquam filium pertractantes, cingulo decoravimus militari (1), de omni honore ac terra sua investientes ipsum solempniter per vexilla. Demum nobis in Italia imperialis reipublice negocia et curam gerentibus, cum ad debiti servicii prestationem contra hostes imperii vocatus accederet, nundum legitimum serviendi tempus implevit (*d*), et nos de camera nostra ei magnifice duximus in necessaria pecunia et aliis muneribus providendum, ac denuo cum licentia et gratia nostra honorificatum transmisimus, etc.....

(*Reliquum deest.*)

(*a*) Locus omnino apud Martene mutilus.
(*b*) Ap. Martene *comitali*, male.
(*c*) Ap. Martene *paterno*.
(*d*) Ap. Martene *impleverat*.

(1) Vide supra t. IV, p. 798.

In castris prope Landrianum, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Bonajunctam de Cortona filium olim Jacopi de Alioto publicum tabellionem imperii constituit.

(Memorat. In epist. Franc. Bonainii, *Archiv. stor. italian.*, append., n° 12, p. 465, ex regist. veteri coaet. not. Crescent. in archivo commun. Corton., fol. 95 recto.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos confidentes de prudentia et legalitate Bonaiuncte de Cortona filii olim Jacopi de Alioto de Aretino episcopatu, fidelis nostri, recepto ab eo juxta consuetudinem fidelitatis et officii juramento, constituimus eum publicum tabellionem imperii ut amodo publici tabellionatus officium ubique per imperium ad honorem et fidelitatem nostram debeat fideliter exercere. Quocirca universitati vestre precipiendo mandamus quatenus predicto Bonaiuncte de Cortona in hiis que ad ejusdem publici tabellionatus officium spectare noscuntur, intendatis de cetero tanquam publico tabellioni a majestate nostra statuto ad honorem et fidelitatem nostram, et nullus sit qui eum super eodem officio publici tabellionatus temere impedire vel perturbare presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ad hujus autem rei memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri et majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

Datum in castris in episcopatu (*sic*) Mediolanensium prope Landrianum, anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIIII, mense septembris, terciedecime indictionis.

In castris apud Landrianum, 3 octobris.

Fridericus, Romanorum imperator, a Romano Angeli aliisque mercatoribus Romanis mutuum accipit pro CCCXXII unciis auri hoc ipso mense octobri apud Cremonam exsolvendis.

Digitized by Google

(Memorat. in *Regest. imper. Freder. II*, fol. 51 recto, in editione Carcaniana, p. 314.)

Datum in castris apud Landrianum, III octobris, XIII indictionis.

Item cum notis chronologicis eisdem pro M. DC. LXXXV unciis auri a Jacobo Forniculo aliisque mercatoribus Parmensibus mutuatis et hoc ipso mense octobri apud Cremonam exsolvendis. (*Ibidem*, p. 317.)

[Octobri ineunte.]

Friderici secundi, Romanorum imperatoris, mandata varia de castris Stili, Cotroni, Olibani, Nicosiae, Amigdaliae, Regii, Cathonae, Bari, Trani, assignandis novis castellanis (1).

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 109 recto, in editione Carcaniana, p. 412. De novo ordine quem in hac nova *Regesti* editione servandum censemus, fusius in praefatione disseruimus.)

Item scriptum est castellano Stili de assignando castro Balduyno. . . .
. . . .

Similiter scriptum est. . . . . de assignando castro Cotroni et domibus. . . . . Petro Rufo. . . . . custodiendo secundum prescriptam formam.

Eodem scriptum est (*sic*).

Eodem die scriptum est fratri Hugoni et fratri Wigant. custodibus castri Olibani de assignando castro Olibani custodie Rodoerii de Rotunda, custodiendo in forma prescripta.

---

(1) « Eodem mense septembris justitiarii omnes et castellani de regno mutantur; et amoto Tafuro de Capua de Rocca Janulae, qui etiam curam agebat montis Casini et Pontiscurvi, substituitur illi quidam Guillelmus de Spinosa in Rocca Janulae castellanus, et in Casino quidam Jordanus de Calabria ordinatur. Eodem mense amoto a justitiariatu Terrae Laboris Guillelmo de Sancto Fraimundo, Riccardus de Montenigro substitutus est illi. » RICC. DE S. GERM., *Chronic.* ad ann. 1239, ap. MURATOR., *Script.*, t. VII, p. 1042.

Digitized by Google

Eodem [die] scriptum est justitiario Principatus ut si fratres predicti ostenderent se nolentes ad assignationem castri, ipse faciat castrum assignari predicto Rodoerio et injungat archiepiscopo Salernitano ut faciat in predicto castro necessaria ministrari pro castellano et pro aliis XL personis.

Eodem [die] scriptum est preceptori domus Sancte Marie Theutonicorum in Apulia quod castrum predictum faciat assignari Rodoerio memorato.

Eodem die scriptum est castellano Nicosie de assignando castro Nicosie custodiendo secundum prescriptam formam Ugoni de Conturso.

Eodem die scriptum est castellano Amigdalie de assignando castro Amigdalie custodiendo Johanni de Logotheta vel nuncio suo.

Eodem die scriptum est castellano Regii de assignando castro Regii custodiendo Goffrido Fimeth comestabulo Lentini (1).

Item scriptum est eidem ut castrum ipsum recipiat et faciat illud diligenter custodiri.

Item scriptum est Marino castellano Calanne et custodi domorum Cathone de assignandis domibus Cathone, vinea, jardino et venatione Nicolao Sylvestri de Mesa custodiendis et procurandis.

Item scriptum est eidem Nicolao ut ea recipiat et ea faciat diligenter custodiri et procurari et ut de proventibus vinee et jardini reparet domos que fuerint necessario reparande, vineam excolat et jardinum; ita tamen quod omni anno tam de perceptione proventuum ipsorum quam de expensis quas necessario et utiliter fecerit in predictis, rationem ponat Majori de Plancatone secreto Messane.

Fol. 100 verso. | Eodem die scriptum est Majori de Plancatone secreto Messane ut recipiat predictam rationem a Nicolao Sylvestri de Mesa tam de perceptione proventuum vinee et jardini Cathone quam de expensis factis in eisdem et in domibus reparandis necessario et ut statuat eidem Nicolao in servitio predicto personas quas secum in ipso servitio esse viderit opportunas, sicut melius pro curia viderit expedire, [et] pro eo et personis ipsis provideat in expensis (2).

(1) Cf. mandata data Viterbii, ultimo februarii 1240, fol. 75 verso.

(2) Cf. infra mandatum scriptum Corneti, 8 martii 1240, fol. 81 recto.

Digitized by Google

[*Legitur in margine*] Lictere predicte renovate sunt et scriptum est ad Johannem de Cioffo magistrum camerarium, XIII madii (*a*).

Item scriptum est Andree de Cicala capitaneo a porta Roseti usque Trontum (1) ut faciat assignari castrum Bari Riccardo Comito de Baro custodiendum cum omnibus rebus que sunt in eo et statuat ibi servientes C.

Scriptum est eidem Riccardo Comito ut castrum ipsum recipiat et custodiat.

Item scriptum est Andree de Cicala predicto ut assignari faciat castrum Trani Roberto de Judice de Trano juxta formam predictam et statuat ibi servientes LXXX.

Scriptum est eidem Robberto ut recipiat et custodiat castrum predictum juxta formam predictam (2).

Mandata imperatoris varia ad Johannem de Raymo de Capua provisorem castrorum Aprutii, ad Guillelmum filium Laurentii de Suessa provisorem castrorum Terrae Laboris, comitatus Molisii, Principatus et terrae Beneventanae; ad Guidonem de Guasto provisorem castrorum [Basilicatae], terrae Bari et terrae Idronti; ad Johannem Vulcanum de Neapoli provisorem castrorum Siciliae citra flumen Salsum et totius Calabriae usque ad portam Roset ad Guerrerium de Franco provisorem castrorum Siciliae ultra flumen Salsum, cum nominibus castrorum exemptorum. In castris prope Mediolanum, 6 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 110 recto, in editione Carcaniana, p. 413.)

(*a*) Intelligendum vel subaudiendum [*quia secretus amotus fuit*].)

---

(1) « Mense eodem (septembri) quidam Andreas de Cicala a porta Roseti usque ad fines regni per imperatorem capitaneus constituitur. » Ricc. de S. Germ., ad ann. 1239, loco supra citato.

(2) Super castris Bari et Trani, vid. infra epistolam 16 martii 1240 Alexandro filio Henrici scriptam et in primis mandatum die 13 aprilis datum, fol. 98.

Digitized by Google

De mandato imperiali facto per judicem Petrum de Vinea scripsit P. de Capua licteras imperiales :

Fredericus, etc., Johanni de Raymo de Capua, etc. Ut circa custodiam et munitionem castrorum nostrorum Aprutii diligentia et cautela securior habeatur, providimus et esse novimus opportunum viros providos et fideles de regno nostro statuere, quorum providentia castra ipsa custodiri debeant ad honorem nostri culminis et muniri. Propter quod de tua providentia et fidelitate confisi, te provisorem castrorum nostrorum per totum justitiariatum Aprutii duximus statuendum, volentes tuam circa ipsa sollicitudinem experiri. Quare fidelitati tue districte precipiendo mandamus quatenus super eodem negotio te sollicitum exhibeas et attentum et singulis tribus mensibus castra ipsa personaliter visites, et reducens in scriptis castellanorum nomina, terras et civitates eorum et statutum in unoquoque numerum servientium, uniuscujusque fidem et sollicitudinem diligentius inquiras, et si quem videris removendum, substituto per te alio de terris domanii nostri de consilio justitiarii et aliorum nostrorum fidelium regionis, qui fidelis sit, de genere fidelium ortus omnique suspicione careat, illum debeas removere, castellanis exceptis subscriptorum castrorum quos [cum] ex certa scientia nostra statuti fuerint non nisi de mandato nostro volumus removeri, et facta per te inquisitione post remotionem ipsius a nobis aut a te ut diximus faciendam, eam justitiario regionis assignes ut juxta inquisitionis per te facte aut per justitiarium si expedire videris iterum faciende merita puniatur. Et ne forte castellani vel servientes eorum aut ipsorum aliqui diem tui prescientes adventus, qui culpabiles essent et pena digni, dolosis versutiis premuniti, se in tui presentia gratos exhibeant, ingrata gerentes opera post recessum, ut plene tibi liqueat de occultis, volumus et mandamus ut per singulas civitates et terras in quibus castra sunt, duos de melioribus civibus earumdem fide dignos eligas, qui juramento prestito teneantur qualibet hebdomada non certis et statutis diebus castrum simul et subito intrare et tam castellani quam servientum mores scrutentur et actus, oculata etiam fide perspiciant si statutus ibidem numerus habeatur, et si fiat ibidem aliquod quod castellanus vellet forsitan te latere, plene tibi

Digitized by Google

referatur veritas. Per eosdem volumus insuper ut omnes domos nostras ipsarum partium nostris solatiis deputatas sepe visites et inquiras si cum diligentia custodiantur, circa reparationem earum si necesse fuerit studiosus existens et tam pro ipsorum custodia quam pro castellanorum et servientum solidis et aliis castrorum et domorum necessitatibus pecuniam oportunam recipias a Silvestro de Sancto Paulo, recollectore pecunie in ipsis partibus constituto, cui super hoc mandatum dirigimus speciale, et tu ipse castellanis et servientibus, non per castellanorum manus ut olim caute persolvas; sic te studiosum exhibens in omnibus et actentum ut nichil per te de contingentibus obmictatur et tuam possimus vigilantiam commendare. Castra autem in quibus non sunt castellani removendi sine conscientia nostra sunt hec : Civitella, Arquata, Bertona, Leporanica, Introducum, Palearia, Lullanum et Ovinulum.

Datum in castris prope Mediolanum, [V] octobris, XIII indictionis.

Similes scripsit idem de eodem mandato ad Guillelmum filium Laurentii de Suessa statutum provisorem castrorum Terre Laboris, comitatus Molisii, Principatus et Terre Beneventane. Castra exempta in eisdem justitiariatibus sunt heċ : Sorella, Rocca Arcis, castrum Cerii, Rocca Bujani, Rocca Guillelmi, Mons Casinus, Rocca Janula, Rocca Bantre, Monticellum, Suginm, Rocca montis Draconis, Capua, Aversa, Neapolis, Salvator ad mare, Summa, Turris major, Tramontum, Pugerola, Rocca Pimontis, Gifonum, Olibanum, Petrasturmula, Campania, Capatium, Rocca Gloriosa, Sarnum, Sala et Cajatta.

| Eodem die, de eodem mandato ad Guidonem de Guasto statutum Fol. 110 verso.
provisorem castrorum in justitiariatu Terre Bari et Terre Ydronti. Castra exempta in eisdem justitiariatibus sunt hec : . . . . , Melfia, Rocca Sancte Agathe, Canusium, Barolum, Castrum Paganum, Mons Sancti Angeli, Tranum, Barium, Brundusium, Tarentum, Ostunum, Oyra, Sanctus Felix et Gravina.

Similes scripsit idem de eodem mandato ad Johannem Vulcanum de Neapoli statutum provisorem castrorum Sicilie citra flumen Salsum et totius Calabrie usque ad portam Roseti. Castra exempta in eisdem justitiariatibus sunt hec : Agellum, Neocastrum, Cutronum, Stilum, Squilla-

Digitized by Google

cium, Bubalinum, Ro. . . . ., Amigdalia, Messana, Tarimenium, Calatageronnm, Iacium, Syracnsia, Palmerium, Castrum Johannis, Nicosia, Melacium, Monsfortis, Rainecta, Scalecta, Sperlinga et Sanctus Philatellus.

Similes scripsit idem ad Guerrerium de Franco statntum provisorem Sicilie ultra flumen Salsum. Castra exempta sunt hec : Panormum, Terminium, Calataphim, Calatamaurum, Bellurepar, Licata, Belluvidere.

Item de mandato imperiali facto per magistrum Thaddeum scripsit Johannes Idronti :

Fredericus, etc., universis castellanis per justitiariatum Terre Laboris, comitatus Molisii, Principatus et terre Beneventane constitutis, etc. Notum facimus fidelitati vestre qnod nos confidentes de prudentia et fidelitate Guillelmi filii Laurentii de Suessa, fidelis nostri, statuimns ipsnm castrorum nostrorum ipsarum partium provisorem ut circa custodiam et mnnitionem eorum habundans cautela et diligentia securior habeatur. Quocirca fidelitati vestre mandamus quatenus ad requisitionem ipsius G. fidelis nostri super provisione castrorum nostrorum ipsarum partium, prout per transmissas sibi licteras nostras quas intueri poteritis est commissum, de cetero intendatis et respondeatis eidem ad honorem et fidelitatem nostram.

[Datum ut supra.]

In castris prope Mediolanum, 6 octobris.

Mandata imperatoris varia pro recolligendis universis collectis scilicet a Sylvestro de Sancto Paulo de Suessa in Aprutio, a Stephano Romoaldi [de Baro] in Terra Laboris, comitatu Molisii, Principatu et terra Beneventana; a judice Philippo de Aversa, in Basilicata, terra Bari et terra Idronti; a judice Jacobo de Sanctis [de Capua] in tota Sicilia citra flumen Salsum et in tota Calabria usque ad portam Roseti; a Stanciono de Capua in tota Sicilia ultra flumen Salsum.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 111 recto, in edit. Carcaniana, p. 414.)

Digitized by Google

De mandato imperiali facto per judicem Petrum de Vinea scripsit. . . .
. . . .

Fredericus, etc., Silvestro de Sancto Paulo de Suessa. Cum super recolligendis universis debitis collectis assiduam sollicitudinem adhiberi (*a*), providimus aliquos de nostris officialibus per universas partes regni (*b*) statuere sollicitos et fideles qui specialiter eidem officio deputati omnem pecuniam nobis debitam a quibuslibet debitoribus recolligant incessanter. Quare de tua prudentia et fidelitate confisi, te per universas partes Aprutii recollectorem cujuscumque pecunie que tam ex collectis et collectarum residuo aut pro alicujus pena criminis vel delicti sive ex promissionibus factis vel faciendis quibuslibet officialium nostrorum ipsarum partium vice nostra, pro diffinitione causarum, quam etiam ex cujuslibet officii proventibus vel ex quacumque causa curie nostre debetur vel deberi contingerit, providimus statuendum; volentes et taliter ordinantes ut nulla omnino pecunia ad aliquem ipsorum officialium vel alium loco ejus debeat pervenire, sed singulis kalendis quilibet eorum per suas licteras quarum apud se retinebit exemplum, eodem tibi sub tuo sigillo remisso, studiose tibi quantitatem significet colligendam, aperte distinguens ex qua causa et quo termino debeatur et exprimens distincte nomina debitorum; significet quoscumque pro eisdem fidejussores et quo modo, nichilominus quolibet anno, mense videlicet augusti, totius pecunie summam que per te fuerat colligenda veraciter et distincte suis nobis licteris intimando, te formam relationis eamdem per omnia servaturo, et si forte aliquis debitorum in solvendo que debuerit se contumacem ostenderit vel remissum, requisiti per te officiales ad illum cogendum per personam et res suas efficaciter tibi assistere debeant ope, consilio et favore, prout tu et ipsi melius videbitis expedire. Tu vero statim quod ex denunciatione ipsorum tibi fuerit debitum declaratum, instanter ipsum recolligas, nemini deferens, nulli terminum prorogans gratia vel amore, neminem etiam potentia vel nobilitate verendo; recollectam autem pecuniam in castro nostro Botonti facias conservari in quo scrineum esse volumus

(*a*) Sic; legendum vero *adhibemus*.

(*b*) Ap. Carcani *Aprutii*. Ex codice cl. viri Thom. Phillipps emendamus.

Digitized by Google

tribus diversis clavibus, tua et duorum ipsius loci divitum et fidelium civium communitum, quod nullus sine altero debebit aut poterit aperire. Et soluta per te exinde tam (*sic*) Johanni de Raymo provisori castrorum ipsarum partium ad ejusdem requisitionem pro munitione ipsorum pecunia oportuna, deductis etiam expensis tibi statutis, scilicet pro te, tribus scuteriis et quatuor equis, et aliis officialibus nostris in decretis tibi partibus constitutis juxta statutum curie nostre, ac expensis aliis quas tibi specialiter mandaverimus faciendas, totum residuum singulis tribus mensibus generali erario apud Salvatorem Maris facias assignari. Quare fidelitati tue districte precipiendo mandamus quatenus ad loca te conferas supradicta et ad ipsum servitium nostrum accingens te fideliter et devote sic pure juxta predictam formam et ordinem bis tibi litteris designatum procedere studeas in eodem, omnem pecuniam nobis debitam a quibuslibet debitoribus cum festinantia et sollicitudine colligendo, ut in ipsius exactione apud te nulla sit acceptio personarum, sed cunctis nostri causam honoris et commodi preferendo te per operum exhibitionem et servitiorum processum nostro propterea culmini laudabilem representes.

Datum in castris prope Mediolanum, V octobris, XIII indictionis.

De superiori mandato scripsit idem licteras apertas in hunc modum :

Fridericus, etc., magistris justitiariis, justitiariis, magistris camerariis, camerariis, portulanis, procuratoribus, bajulis et universis officialibus per totum justitiariatum Aprutii constitutis, etc. Cum velimus ut in qualibet consignanda pecunia que tam ex collectis et collectarum residuo aut pro alicujus pena criminis vel delicti sive de promissionibus factis vel faciendis quibuslibet vestrum vice nostra, pro diffinitione causarum quam ex quibuslibet officiorum nostrorum (*a*) proventibus aut ex quacunque causa curie nostre debetur ad presens vel debebitur in futurum, continuum studium et studiosa sollicitudo debeat continuo sicut expedit adhiberi, providimus aliquos de nostris fidelibus per universas regni nostri partes statuere viros sollicitos et fideles, qui specialiter eidem servitio dediti et ipsi jugiter vacaturi recolligant instanter debita supradicta per eosdem et

(*a*) Sic; rectius vero *vestrorum*.

Digitized by Google

postmodum nostris erariis assignanda. Quare de prudentia et fidelitate Silvestri de Saucto Paulo fidelis nostri confisi, eum recollectorem cujuslibet pecunie debite nostre curie applicande, ut dictum | est, duximus Fol. 111 verso. statuendum. Volentes et taliter ordinantes quod ad aliquem ipsorum officialium nulla omnino pecunia debeat pervenire, sed singulis kalendis quilibet eorum per suas licteras signatas et ipsarum exemplo diligenter apud se in quaternione retinendo et ad eum sub suo sigillo remisso, studiose sibi quantitatem significet colligendam, distinguens aperte ex qua causa et quo termino debeatur, et exprimens distincte nomina debitorum; significet quoscumque pro eisdem fidejussores et quomodo, nichilominus quaternos suos manu sollicita revolvendo et inspecta qualibet pecunie quam miserat quantitate, quolibet anno mense augusti totius pecunie summam que per eumdem collectorem fuerat assignata veraciter et distincte suis nobis licteris intimando, recollectore formam relationis ejusdem per omnia servaturo. Si forte aliquis debitorum in solvendo quod debuerit se contumacem ostenderit vel remissum, requisiti officiales ad illum cogendum per personam et res suas efficaciter sibi assistere debeant ope, consilio et favore, prout recollector et ipsi melius viderint expedire. Propter quod universis et singulis vestrum districte precipimus et mandamus quatenus quilibet vestrum nominato S. fideli nostro quamcumque pecuniam et ex quacumque causa curie nostre debitam eo modo et ordine sicut superius est expressum recolligendam per ipsum, suis licteris quarum apud se continentiam reservabit, significare procuret, cogendo nichilominus ad requisitionem ejusdem districtione qua convenit universos et singulos ipsarum partium qui in solutione debiti contumaces apparuerint et remissi.

[Datum ut supra.]

Eodem die ibidem de eodem mandato scripsit idem similes licteras tam apertas quam clausas pro Stephano de Romoaldo statuto recollectore per Terram Laboris, comitatum Molisii, Principatum et terram Beneventanam, et mandatum est sibi ut omnem pecuniam quam conliget in castro Neapolis faciat conservari.

Similes tam apertas quam clausas scripsit idem pro judice Philippo de Aversa statuto recollectore per Capitanatam, Basilicatam, terram Bari et

Digitized by Google

terram Idronti, et mandatum est ei ut in castro Melfie faciat conservari pecuniam quam colliget.

Similes tam apertas quam clausas pro judice Jacobo de Santis statuto recollectore per totam Siciliam citra flumen Salsum et per totam Calabriam usque ad portam Roseti, et mandatum est sibi ut in castro Neocastri conservari faciat pecuniam recollectam.

Similes tam clausas quam apertas pro Stanciono (a) de Capua statuto recollectore per totam Siciliam ultra flumen Salsum, et mandatum est sibi ut in palatio Panormi pecuniam faciat conservari.

In castris prope ...um, 5 octobris.

Ordinatio novorum portuum per regnum ad extrahenda victualia cum nominibus custodum et notariorum. Item mandata imperatoris varia sub encyclica forma quomodo in re eadem officiales agere debeant.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 112 recto, in editione Carcaniana, p. 416.)

In Vetro statutus est portus de novo. Custos Oderisius Peregrini de Capua. Notarius Philippus de Sancto Gregorio de Salerno.

(Mortuo predicto Oderisio priusquam ad eum lictere mitterentur, substitutus est in locum ejus Petrus de Adenulfo per G. [P.?] de Capua sub eadem data.)

In Puteolo alius portus.

Custodes { Raynaldus Marescalcus de Aversa. / Constantinus Bos de Ravellis.

Notarius Johannes de Surya de Capua.

In turri Gariliani alius portus.

Custos Petrus de Sancto Paulo } de Suessa.
Notarius Petrus de Posis (b) }

(a) Alibi *Symeoni*.
(b) Alibi *de Posis*.

Digitized by Google

In Piscaria alius portus.

Custodes { Taddeus de Sancto Flabiano.
Notarius Rogerius de Piscaria. }

Notarius. Idem Rogerius.

In Regulis novus portus.

Custodes { Moricus de Siponto.
Maurus de Thermulis. }

Notarius Gilbertus de Barulo.

(In locum Morici de Syponto quia dicebatur infirmus, substitutus est Petrus Saxonus de Neapoli, VIII martii in Corneto (1).)

In Sancto Cataldo de Baro novus portus.

Custodes { Nicolaus de Johannicio.
Leo Bellus. }

Notarius Nicolaus filius notarii Benedicti de Baro.

In Turri ad Mare novus portus.

Custos Henricus de Tenardo de Brundusio.

Notarius Prudentius de Hostunio.

In Bivona novus portus.

Custodes { Raymundus. . . . .
Judex Bartholomeus de Nicotera. }

Notarius. Idem judex Bartholomeus.

In Cotrona novus portus.

Custos Nicolaus Barbatus de Cotrona.

Notarius Bencivinius de Cotrona.

In Augusta novus portus.

Custos Angelus Frisarius de Scalis.

Notarius. . . . .

In Trapano novus portus.

Custos. . . . .

Notarius. . . . . (*a*).

(*a*) In codice Phillippsensi ad finem primae lineae vetustate deletae legitur *Obbertus* et ad finem secundae *statutus* vel hujusmodi. Verisimiliter *Oberto ut statuat*. Vid. p. 424.

(1) Vid. infra, fol. 81 recto.

Digitized by Google

Fol. 112 verso. [*De mandato imperiali facto per. . . . . . . Suessa et*] *R. de Trajecto scripsit Laurentius :*

Fredericus, etc., Oderisio Peregrini de Capua, etc. . . . . providentes, per regnum nostrum certos portus de novo statnimus et eis certas personas prefecimus. . . . . curie nostre statuto pro negotio singnlorum ibidem utiliter et fideliter pertractando. In qnibns portubus tantum usque ad quinquenninm universaliter ab omnibus vendi, emi et extrahi possint victnalia quelibet et preter eqnos, eqnas, mulos, bubalos, boves, vaccas, animalia cetera non prohibita, scilicet capre, oves, porci cujnslibet regionis, et omnes ac singuli tam incole regni quam advene nndecumque sint preter Venetos ad eosdem portus secure veniant et emere de predictis que volunt per manus statutorum in portnbus eademqne extrahere deferenda quocumqne voluerint permictantnr. In Apulia et Sicilia qne magis abundant victualibns quinta parte, in Calabria, Principatn, Terra Laboris, Aprncio et locis adjacentibns septima parte (1) victualium extrahendorum de portubns vel animalinm seu totins eorum pretii, prout cnrie nostre comodis potius expedit, tam ab incolis quam exteris per statntorum manus pro jnre curie nostre recepta. Cum igitur in portn quem in Veteri (*a*) de novo statnimus te custodem et Philippum de Sancto Gregorio de Salerno notarinm dnxerimus statuendos, de ntrinsque prndentia et fidelitate confisi, fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenns statim visis hys licteris tn custos et idem notarius, cui qnod ad te statim veniat et juxta presentinm tenorem procedat precipimns, ad Andream de Cicala (*b*) capitaneum a porta Roseti nsque Trontum ad fines regni fidelem nostrum vos personaliter conferatis et prestitis coram eo cui exinde scribimus fidelitatis et officii pro parte nostre curie juramentis, receptis etiam suis exinde licteris, sollicitetis T. de Montenigro justitiarinm regionis et Riccardnm de Polcaro in officio Angeli de Marra de novo statutnm, fidelem nostrum, qnibus etiam super hoc scribimns, nt simul et

(*a*) Rectius autem *Vetro* (Vietri).

(*b*) In edit. Carcaniana *camera*, male.

(1) Scilicet si rem per numeros exprimamus, 20/0 et 15/0 vel paulo minus.

Digitized by Google

ubique per jurisdictionem suam presentem gratiam nostram et omnia que misse ad eos nostre lictere continent curent sollempniter publicare ac publice probibere ne victualia vel animalia licita, ut est dictum, de aliis quam de statutis portubus, de statutorum tamen licentia et soluto jure curie nostre in eorum manibus, ab aliquo extrabantur, pena omnium bonorum in transgressores quoslibet tam venditores quam emptores ac eos qui de aliis locis aliquid predictorum propriis aut alienis vassellis extrahereut promulgata. Statuentes quod quilibet venditor victualium summam aut animalium numerum et pretium totum vobis denuntiet, prinsquam emptori res extrahendas assignet vel extrahere ipse presumat. Nullusque vel emptor vel alius res extrahendas sine vestra notitia et licentia oneret in vassellis, ut mensurandis victualibus vel numerandis animalibus pro sciendis certius summa, numero et pretio sicut expedit intersitis, ac ita per consequens septimam partem rerum extrahendarum de portu Veteri vel totius earum pretii, sicut erit pro curia nostra utilius, sciatis et pro jure nostro recipiatis ab extractore rerum ipsarum, recipientes nichilominus ab eodem, facta quidem ratione de tota summa, pro qualibet uncia grana duo vestris expensis specialiter deputanda, quorum et predicte totius pecunie summam, nomina vendentium et emptorum, quantitatem et numerum venditorum ac pretium earumdem dictus notarius te sciente in quaternione curie nostre scribat; et totam pecuniam integram sicut et quam cito ad manus vestras pervenerit, Stephano de Romoaldo de Baro recollectori ipsarum partium et magistro particularis erarii in castro Neapolis curabitis assignare, recipientes ab eo de omnibus que sibi assignaveritis idoneam apodixam; et quia pro expensis vestris eidem mictimus scripta nostra, vos de ipsa pecunia pro vobis aut aliis aliquid aliquatenus non tangetis, caventes omnino ne per modum remissionis aut subtilis astutie, privati lucri fraus ex promissionibus tacitis vel a nostris fidelibus extorsio ex delationibus et gravaminibus presumatur. Ceterum cum expedit dictos officiales A., Th. et R. vel unum eorum in aliorum defectum sollicite requiratis ut quilibet juxta auctoritatem ex officio sibi commissam ad requirenda jura statuta, ad compellendos eos qui libenter ea non solverint ut debent, ad puniendos eos qui transgredi hec

statuta presumerent, ad defendendum in personis et rebus quas in eodem portu emerint omnes qui propter hoc venerint, det vobis omne consilium, auxilium et favorem. Volumus enim eos omnes securos et indempnes esse in personis et rebus, et dictis officialibus propter hoc mandatum mictimus speciale. Mandamus vobis preterea ut in fine cujuslibet anni, facta de omnibus que receperitis et que dicto magistro erarii assignaveritis ratione, totam summam fideliter et distincte nobis sub sigillo vestro significare curetis. Volumus etiam ut incolis regni predicta victualia et animalia si voluerint extrahere et deferre Venetias permictatis, caute hoc facientes ut non videatur generaliter omnibus esse permissum nec perveniat ad notitiam Venetorum.

Datum in castris prope Mediolanum, V octobris, XIII indictionis.

Item scripsit :

Fol. 113 recto. | Fredericus, etc., notario Philippo de Sancto Gregorio de Salerno. De tua prudentia. . . . . statuimus te notarium in portu Veteri nuper statuto. In quo etiam Oderisium Peregrini de Capua duximus statuendum, sicut per plenarias licteras nostras quas ei transmisimus ejus et tuum officium. . . . . poteris manifeste. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus statim visis hys licteris conferas te ad dictum. . . . . una cum eo in officio portus ejusdem procedere studeas juxta priorum nostrarum continentiam licterarum.

(Datum ut supra.)

Item scripsit :

Fredericus, etc., Andree de Cicala capitaneo a porta Roseti usque Trontum ad fines regni, etc. Generali fisci (*a*), etc., *usque* recepta *sicut in priori lictera*. Cum igitur infra jurisdictionem tuam in Turri Maris novum portum et in eo custodem Henricum de Tenardo de Brundusio et notarium Prudentium de Hostuno et similiter de portuum custodibus et notariis distincte, sicut posterius continetur, duximus statuendos, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus a quolibet predictorum quibus exinde

(*a*) Non dubitandum quin sint ea quae desunt prima verba mandati ad Oderisium directi, scilicet : *Generali fisci commodo providentes.*

Digitized by Google

scribimus, recipias pro parte curie nostre fidelitatis et officii juramenta, et licteras tuas exinde cuilibet eorum concedas, sollicitans eos ut officium ipsum fideliter exequantur et quod justitiarii regionum presentem gratiam nostram et omnia que misse ad eos nostre lictere continent solempniter debeant publicare. Ceterum dictis statutis ad requisitionem eorum des omne consilium, auxilium et favorem super omnibus que ipsis per licteras nostras mictimus speciales et ceteris ubi nostris comodis expediret, ac in hys specialiter quod omnes illuc undique venientes quos securos esse volumus et indempnes, in personis et rebus manuteneas et defendas, ut propter favorem securitatis et gratie omnes illuc ex omni parte concurrant et copia pecunie necessarie citius et opportunius habeatur.

[Datum ut supra.]

Item scripsit :

Fredericus, etc., Thomasio de Montenigro justitiario Principatus, etc. Generali fisci, etc., *sicut supra usque* recepta. Cum igitur Oderisium Peregrini de Capua custodem et Philippum de Sancto Gregorio de Salerno notarium, fideles nostros, super portu quem in Veteri in jurisdictione tua de novo statuimus, duxerimus statuendos et eis de commisso dicti portus officio licteras miserimus speciales, fidelitati tue firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem eorum tu una cum Riccardo de Polcaro in loco A. de Marra de novo statuto cui exinde scribimus (1), fideles nostros in tua jurisdictione statutos generaliter animes, efficaciter excites et diligenter inducas ut quilibet pro facultatibus suis agriculturas faciant copiosas et super agriculturis omnem curam adhibeant et operam efficacem, quo et emptores inveniant habundanter quid extrahant, et inter fideles nostros forum rerum venalium carius fieri propterea non contingat. Hujus equidem nostre gratie generalis etsi tempus quinquennii presentes prefiniant, non tamen illam necessitudinem nobis imponimus quin intendamus ulterius terminum prorogare, si fisco et fidelibus nostris utilitatem exinde provenire noverimus et omnes agricul-

(1) Vide infra mandatum apud Montem Altum, 5 martii, fol. 79 verso.

Digitized by Google

turis intendere, ac id de bono in melius valere similiter et velle. Ceterum dictis statutis, etc., *ut supra.*

Similes Riccardo de Pulcaro.

Similes per omnia scripsit pro quolibet dictorum portuum tam custodibus et notariis quam capitaneis, justitiariis et aliis officialibus, sicut sunt in qualibet contrata statuti, preterquam Obberto Fallamonacho secreto Panormi cui scribitur quod in portu Trapani statuat custodem et notarium et significet et Angelo Frisario quod eligat sibi notarium in portu Auguste et significet.

[In castris prope Mediolanum, 6 vel 7 octobris.]

Mandata varia super custodia et munitione castri Neapolis et translatione captivorum ibidem detentorum.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 115. Folium istud recto et verso hactenus ineditum e cod. Philipp. lectu difficillimo et in hac quoque parte mutilo nunc primum prodit. Scriptura folii 113 verso jamdudum vetustate deleta fuit, et folium 114 omnino deest tum in codice Neapolitano, tum in codice bibl. Phillippsens. multo recentius exarato.)

. . . .
. . . .

[Fredericus, etc., Diopuldo de Dragone castellano Neapolis.]. . . . . .

. . . .
. . . .
. . . .

De muniendo castro ipso pro bremio (*a*), sale, ferro, carbonibus, milio et omnibus necessariis, de ordinanda ibidem fornace et ferario bono, carbonum copia et generaliter omnibus oportunis et de dandis CC unciis ultra statutos solidos et servandis a te pro diligentiori castri custodia, si forsitan necessitatis articulus adveniret, Angelo de Marra fideli nostro mandatum per litteras mittimus speciale. De Raynaldo de Raiano et Nicolao

(*a*) Sic; legendum vero videtur *brevio*.

Digitized by Google

de Sancto Germano captivis detentis hactenus in castro Neapolis mandamus ut ipsos ad castellanum Sarni fidelem nostrum custodiendos transmittas [cui] ut ipsos ad tui requisitionem recipiat nostris damus litteris in mandatis. De rebus vero pullamis (?) et grano ibidem detentis (a) facias quod H. de Morra curie nostre magister justitiarius (b) in suo reditu tibi dicet. Qui si forte moram faceret longiorem, mittas eos Melfiam ad marramentum castelli nostri. . . . . Lucasino castellano Melfie ut ipsos prisones recipiat, cum tu ipsos ei duxeris dirigendos. . . . . castri nostri Neapolis tue industrie deputati sic te sollicitum exhibeas et attentum ut in conspectu culminis nostri per effectum operis commenderis.

Datum, etc.

Item :

Fridericus, etc., Angelo de Marra, etc. Cum ad custodiam castri nostri Neapolis mandaverimus Diopuldo de Dragone fideli nostro ut habeat X milites, LX balistarios et inter servientes, vigiles et officiales necessarios inter omnes CXL, ut una inter omnes balistarios, servientes, vigiles et alios officiales, exceptis predictis decem militibus, sint CC, fidelitati tue mandamus quatenus solidos et companagium inquisitione facta statuti huc usque servitii eis studeas ministrare. Preterea quia castrum ipsum cum omni diligentia custoditum pro brevio volumus fore munitum omnibus opportunis, mandamus devotioni tue ut de milio, sale, ferro, fornace, ferrario, carbonibus, canape et generaliter omnibus opportunis ad munitionem ipsius castri pro brevio castrum ipsum studeas promunire, dans Diopuldo de Dragone fideli nostro ultra solidos statutos pro predictis personis de pecunia curie nostre uncias auri CC, ad speciale munimen et ipsius castri custodiam pro necessitatis articulo conservandas, ut pro defectu pecunie nullus in ipsius castri custodia sit defectus; recipias autem ab eo de hiis que sibi dederis idoneam apodixam. Milium vero comperimus modo satis esse in castello nostro Caracie (c); de quo

(a) Locus obscurus vel mutilus, cum de *reis*, non de *rebus* agi videatur.
(b) In cod. *rationalis*, male.
(c) Rectius *Cajacie*.

Digitized by Google

tollas sicut videris nostris servitiis expedire et aliunde immittere studeas per castra et cellaria nostra, ita quod in castrum nostrum Neapolis copia grandis milii reponatur, etiam si te oporteret emere quantitatem milii que in castris nostris et cellariis non adesset.

Datum, etc.

Item :

Fridericus, etc., castellano Sangri (a). Mandamus fidelitati tue ut Raynaldum de Raiano et Nicolaum de Sancto Germano prisones dudum detentos in castro nostro Neapoli quos mittet tibi Diopuldus de Dragone fidelis noster qui castrum ipsum custodiendum de nostro mandato recepit, recipias et custodi facias diligenter.

In castris prope Mediolanum, 6 vel 7 octobris.

Mandatum imperatoris de crucesignatis per Siciliam transeuntibus, de inquisitione facienda contra G. de Jaci, castellanum castri Filominis, et de Saracenis ad veniendum Panormum inducendis.

(Inedit. in *Regest. imper. Fred. II*, fol. 115 verso.)

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Que significasti nobis de navigiis venientibus in portu Panormi et Trapani cum crucesignatis ad partes Syrie transfretaturis intelleximus et tuam sollicitudinem approbamus, mandantes devotioni tue ut si aliquem

(a) Sic in codice; at supra *Sarni*.

Digitized by Google

nobilem de Francia vel Hispania crucesignatum illuc contigerit advenire, tu ipsum specialiter et generaliter omnes crucesignatos nunc hyemantes. . . . . studeas honorare, quum non sine favore nostre permissionis accedunt. De G. de Jaci, castellano castri Filominis (?), cui est nostra venatio custodienda commissa et habet canes, ut significas, in offensionem defensarum nostrarum et in eisdem defensis sua et aliena animalia detinet, placet excellentie nostre ut contra eum super his que scripsisti, inquisitionem facias diligentem, et si ea inveneris esse vera, ipsum capias de persona et alium bonum et idoneum statuas pro custodiendis castro et defensa nostra, quas cum omni diligentia volumus custodiri, et quicquid inde feceris et inveneris scribas nostre excellentie seriatim. De Saracenis vero qui Panormum de casalibus advenientes in Sarracado (1) suum non roborant incolatum, ut scribis, volumus et mandamus ut eos ad veniendum Panormum et firmandas mansiones suas ibidem per bona verba inducas et moneas, ipsis favorem et gratiam promisurus; quibus etiam nos super hoc mandatum nostrum per speciales litteras destinamus.

Datum, etc.

Mandata varia quae ad regendam Siciliam pertinere videntur.

In castris prope Mediolanum, 6 vel 7 octobris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 116, in editione Carcaniana, p. 419. In nota marginali codicis Phillippsensis legitur : « *Ex folio* 116 *nihil depromi potest quod integrum sensum reddat.* » Hoc absque dubio fragmentum, una cum praecedentibus ibidem restitutis, lacunam implet quam inter mandata quinto die octobris scripta et sequentia octavo vel nono die ejusdem data facilius animadverteris.)

. . . .
. . . . diligenter. . . . .

(1) Panormi suburbium, arabice *Seralcadi*, vicus *Saclabi*, forsitan *Sclavorum*, hodie dictus *Capo e Bandiera*.

ipsorum adhi. . . . . licteras nostras beneplac. . . . . De processu autem. . . . . fid. . . . . sollicitudinem. . . . . antes in locum. . . . . . . tenendum. . . . . es locabit et ceram que ad officium suum spectat faci. . . . . curiali. . . . . quod notario Symoni et aliis ut misisti inquisitionem. . . . . . et sub sigillo tuo ad nostram curiam destinare, devotionem autem nostrorum fidelium. . . . . et congruo tempore prosequimur. Tu vero illos in fide et operibus nostris. . . . . scribas nobis. De castellanis autem qui molesti et injuriosi hominibus locorum fid. . . . . et in eorum malitiam officiis exercent, inquisitione premissa de commissis, eosdem punias ut. . . . . munitionem castrorum nostrorum ipsarum partium, ammocionem et substitutionem. . . . . quibus de concientia et mandato nostro castellani statuti sunt, servientum etiam mutationem. . . . . finibus et statutis Johanni Vulcano de Neapoli et socio provisore castrorum nostrorum. . . . . mictendam de curatulis animalium nostrorum qui occasione officii multa con. . . . . secreto nostro Messane quid fieri debeat mictimus scripta nostra. Stratigoto p. . . . . impositis et contemptis, illud sibi et stratigoto Salerni et Neapolis. . . . . penam occisi centum augustalium sibi penitus recipere inhibemus, utpote ad officium justitiariorum nostris constitutionibus pertinentem. De extractione vero victualium ut scripsisti, cum illud celsitudo nostra fieri permictat ad presens, nolumus aliquos murmurare, presertim cum pecunia pro presenti negotio Lombardie sit nobis admodum oportuna. De notariis autem et advocatis ordinandis, quod tua capitula continebant tibi rescribimus non licere, cum illud per constitutiones nostras curie nostre duxerimus exa. . . . . vero quos de mandato nostro cepisti, scilicet Petrum Conte, Girardum et Nicolaum de In. . . . . fortis custodire facis, tuam diligentiam commendamus, quos diligenter te volumus. . . . . facto vero comitorum qui petunt habere excambium de

terris eorum qui fuerunt revocati conco. . . . . ut si quod jus habent coram nobis veniant eorum justitiam petituri. De possessionibus autem et terris. . . . . et Auguste que male divise dicuntur, illas una cum secreto nostro Messane dividi facilius et. . . . . lius ad utilitatem curie nostre et habitantium ibidem etiam commoditatem videris expedire. . . . . moderatas et necessarias pro nunciis ad nostram curiam pro servitiis nostris utilibus et necessariis destinandis de pecunia curie nostre facere volumus, non tales tamen quales Johannem Cioffi facere cohegisti. . . . . ad mandatum tuum nuntio tuo ad nostram presentiam destinato, viginti uncias auri pro expensis et po. . . . . fisci nostri te jubente persolvit invitus. Preterea civibus et habitatoribus Auguste quod vinum et alia necessaria. . . . . | . . . . Fol. 116 verso.
. . . . recepimus con. . . . . [vi]ctualium con. . . . . de turri castri. . . . . castro ut turris ipsa. . . . . et pecunie. . . . . culmini nostro. . . . . sunt dampno ipsius. . . . . . . facias. . . . . . . de muro. . . . . ut. . . . . . . ac castrorum nostrorum tibi tal. . . . . est nobis. . . . . admodum opor. . . . . murorum ambitus sinit tantum et undique muro clau. . . . . camere sale et alie camere que destru. . . . . abtentur. . . . . supersedeatur ad presens quod. . . . . super quo tam justitiario . . . . quam secreto Messane. . . . . . ipsis faciendis habeantur. . . . . ense sicut hab. . . . . nostros de curia nostra vel ab hominibus contrate. . . . . ipsis. . . . . licteras ipsas requiras et mandatum nostrum. . . . . . . commendari.

Eodem die de eodem mandato (a) scripsit idem ad Guillelmum de Anglone justitiarium. . . . . pecuniam. . . . .

(a) Quaedam verba addimus e cod. Phillippsensi deprompta.

Digitized by Google

. . . . erga Lombardiam plurimnm opportunam. . . . . dnximns providendum nt sing. . . . . nostros super. . . . . astracorum. . . . . ut de. . . . . ane aliqua et necessaria. . . . . babere. . . . . plnviam omnes astraci. . . . . . . reqnisitione. . . . . . . ad predictorum hedificiorum. . . . . pro bedeficiis ipsis bactenns. . . etc. . . . . [Majori] de Plancatono secreto Messane, illa clausula addita nt de pecnnia. . . . . necessariam et ntilem pro ipsis faciendis debeat (*a*) exbibere.

In castris prope Mediolanum, 8 octobris.

Mandatum ad secretum Messanae de inquisitione facienda in quosdam bajulos Siciliae et quod stratigotus Messanae compositionem pro homicidio clandestino ad se pertinere non contendat.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 9 recto; in edit. Carcaniana, p. 244.)

Eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., secreto Messane, etc. Intellexit sereuitas nostra quod aliqui bajulorum uostrorum euntes per terras ipsas sine summeriis propriis, occasione sumpta de inveniendis custodibus animalium nostrorum, a fidelibus nostris mnltam pecuniam extorquere presumant, alias sibi gravamina et molestias irrogando. Quod cnm nostre displiceat majestati, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus super hys veritate diligentius inquisita, quos culpabiles inveneris capias per personas, actenta materia et qualitate delictorum majestati nostre per tuas licteras rescripturus. Et quia intelleximus quod stratigotus Messane compositionem C augustalium pro occiso clandestino ad se pertinere contendit, cum istud de novo sit nostris constitutionibus ordinatum, firmiter sibi inbibeas et injungas ut de bujusmodi se nullatenus intromictat. Ad cognitionem enim

(*a*) Sic in cod. Philipp. pro *duxerit*.

justitiarii nostri regionis illius amodo te scire volumus pertinere, juxta quod in nostris constitutionibus continetur.

Datum in castris prope Mediolanum, (VIII?) octobris, XIII indictionis.

Mandatum ad secretum Messanae ut a procuratoribus ecclesiarum vacantium debitam et plenam rationem recipiat. In castris prope Mediolanum, 8 octobris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 9 recto; in edit. Carcaniana, p. 244.)

Eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., ad eumdem secretum. Significatum est culmini nostro quod quidam procuratores ecclesiarum vacantium qui hactenus per M. Marchafabam predecessorem tuum ordinati fuerunt, ab earum procuratione ammoti non dederint adhuc de ipsarum procurationibus rationem, de quo curie nostre dampnum affertur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus procuratoribus ipsis ad tuam presentiam evocatis, debitam ab ipsis pro parte curie nostre et plenam recipias rationem, ut jus curie nostre in aliquo non ledatur et tuum exinde, etc.

Datum in castris prope Mediolanum, VIII octobris, XIII indictionis.

Mandatum ad justitiarium Principatus de facienda inquisitione in consanguineos quondam Matthaei Marcafabae qui multa de bonis ipsius asportarunt in curiae laesionem. In castris prope Mediolanum, 8 octobris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 9 recto-verso; in edit. Carcan., p. 244.)

Eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., T. de Montenigro justitiario Principatus, etc. Intellexit serenitas nostra quod Joannes Curialis, Johannes Castalomate et Marullus consanguinei olim Matthei Marchafabe secreti Messane in morte prefati Mar-

Digitized by Google

chafabe clam recedentes de Messana, multa de bonis ipsius secum asportarunt in nostre curie lesionem. Quare fidelitati tue precipimus ut super hoc per terram jurisdictionis tue diligenter inquirens, quicquid inde inveneris per licteras tuas culmini nostro significare procures. Recipiens ab ipsis, si culpabiles inventi fuerint, fidejussorum idoneam cautionem, ut curia nostra nequeat exinde dampnum aliquod sustinere, et tuum exinde, etc.

Datum in castris prope Mediolanum, VIII octobris, XIII indictionis.

In castris prope Mediolanum, 8 octobris.

Mandatum ad castellanum Summae super custodia arbusti demanii castri ejusdem.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 9 verso; in edit. Carcan., p. 244.)

Eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., castellano Summe, etc. Intellexit serenitas nostra quod arbustum demanii castri nostri Summe per procuratores nostros ipsarum partium tempore non colitur oportuno, propter quod curia nostra dampnum incurrit. Confidentes igitur de prudentia et legalitate tua de qua laudabile testimonium est perhibitum coram nobis, quod specialiter circa ordinationem et procurationem demaniorum nostrorum te exhibes indefessum, procurationem ipsius arbusti tibi duximus specialiter commictendam. Fidelitati tue mandamus quatenus arbustum ipsum ad utilitatem curie nostre sicut melius expedire videris faciens custodiri et diligenter temporibus suis coli, proventus et fructus ad opus castri nostri recipias et utaris eisdem, taliter in ipsius procuratione utilitatibus curie nostre studiosus actentens, ut valeas exinde commendari et propter hec et alia servitia que majestati nostre fideliter exhibere dignosceris, a culmine nostro digna premia consequaris.

Datum in castris prope Mediolanum, VIII octobris, XIII indictionis.

Eodem die de eodem mandato scripsit idem ad Angelum de Marra ut non molestet ipsum castellanum super arbusto et computet sibi proventus et fructus in expensis quas debet recipere a curia, ut jus curie non ledatur.

Digitized by Google

Mandatum ad secretum Messanae ut nuncii soldani Babyloniae honorifice recipiantur; quorum adventus sibi celeriter per cursores nuntietur.

In castris prope Mediolanum, 9 octobris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 9 verso; in edit. Carcan., p. 244.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., secreto Messane, etc. Intellexit serenitas nostra quod nuncii soldani Babylonie qui ad presentiam nostram mictuntur, sunt ad partes ipsas cito venturi. Volentes autem missos ipsos advenientes ob mittentis intuitum ut condecet honorare, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si contigerit nuncios ipsos in terris jurisdictionis tue comparere veniendo, eosdem honoranter recipias sicut honori nostro et mittentium illos videris expedire, et de pecunia curie nostre equos et alia necessaria competentia eis usque in Apuliam, ubi a justitiario regionis ipsius mandavimus recipi, studeas exhibere per manus alicujus fidelis nostri quem ad hoc videris preponendum; premictens statim quod ipsi applicuerint ad te, duos cursores, unum per mare et alterum per terram, ut per eorum alterum nobis singula nuntientur per speciales licteras tuas culmini nostro transmissas, per quas qualitatem et quantitatem nunciorum et exemptiones (a) majestati nostre missorum preter notitiam nunciorum indagatorum seriatim et distincte significare curabis.

Datum in castris prope Mediolanum, IX octobris, XIII indictionis.

Similes facte sunt ad Thomasium de Brundusio preter clausulam illam: dans pecuniam necessariam pro expensis et equos et alia necessaria usque in Apuliam, ubi a justitiario regionis ipsos recipi mandaverimus, per manus alicujus fidelis nostri quem ad hoc videris preponendum.

Datum (*ut supra*).

(a) Verisimiliter legendum *exeniorum*.

Digitized by Google

In castris prope Mediolanum, 9 octobris.

Mandatum ad justitiarium Terrae Laboris super reparatione castri Roccae Montis Draconis.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 9 verso; in edit. Carcan., p. 245.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Significavit excellentie nostre Riccardus de Roca castellanus Rocce Montis Draconis, hostiarius et fidelis noster, quod castrum ipsum plerisque sui partibus et specialiter ubi jampridem inceperat reparari reparatione indiget, quod nisi fiat, dampnum exinde possit non modicum provenire. Quare mandamus quatenus, si est ita, inquiras per quos homines idem castrum consuevit et debeat reparari, et ipsum reparari facias per eos quos teneri compereris ad reparationem ipsius; alioquin in eorum defectu, de pecunia curie nostre que est per manus tuas des usque ad octo uncias ut inceptum opus in eodem castro valeat percompleri.

Datum in castris prope Mediolanum, IX octobris, XIII indictionis.

In castris prope Mediolanum, 9 octobris.

Mandatum ad justitiarium terrae Idronti ut ad terras Melehudi et Petrollae omnes illos qui ad earum incolatum revocati fuerant se conferre compellat.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 9 verso; in edit. Carcan., p. 245.)

De mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit idem (*Laurentius*) :

Fredericus, etc., Andree de Aquaviva justitiario terre Idronti, etc.

Intelleximus quod terra Melehudi quam dudum precepimus habitari fere est ab habitatoribus derelicta; quidam ex eis etiam qui ad ejus incolatum fuerunt deputati se ad habitandum ibidem minime contulerunt occasione duntaxat quod justitiarius predecessor tuus corruptus precio in eodem negotio minus bene se gessit, cujus exemplo a baronibus convicinis a quibus fuerunt homines revocati, vel debuerant revocari, fraus in curie nostre prejudicium est commissa; cui simile per omnia contigit de Petrolla quam jusseramus tunc temporis habitari. Cum igitur terram ipsam Melehudi habitari velimus, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad ejus habitationem omne studium et curam efficacem apponas, inveniens omnes illos, qui ad ejus incolatum revocati fuerunt et illuc se conferre debuerunt tunc temporis, ac eos ad id omni qua convenit districtione compellas. Nichilominus de processu justitiarii predecessoris tui quem super negotio ipso et Petrolle accepimus vitiosum, inquisitionem facias per revocatos eosdem et per alios fide dignos ac id quod inveneris sub sigillo tuo fideliter ad presentiam nostram mictas.

Datum in castris prope Mediolanum, IX octobris, XIII indictionis.

Mandata varia de bonis eorum qui contra edictum suum in curia Romana morantur, recipiendis et ad opus curiae suae procurandis. In castris prope Mediolanum, 10 octobris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 10 recto; in edit. Carcaniana, p. 245.)

De imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea et R. de Trajecto scripsit notarius G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Rogerio de Amicis justitiario in Sicilia ultra flumen Salsum, etc. Generali dudum sub certa pena gratie nostre et publicatione bonorum omnium edicto mandavimus, ut quotquot de regno nostro Sicilie oriundi, tam clerici quam laici, in Romana curia morabantur, infra certum quem in hoc eis prefiximus terminum a predicta curia recedentes

in regnum moraturi redirent, utpote qui consulte providimus ne filios regni pacis quos nobis ex partu fidei claros peperit mater fidelitas, inficeret conversatio contagii, et mentes ex primis cunabulis ad grata nobis obsequia debitas incolatus nequitie vitiaret. Verum quia majestati nostre innotuit quod plures fidei quam nobis debent zelo commoniti juxta nostrum beneplacitum ad priora redierunt; nonnulli vero ex alienis corupti moribus, redire in lares pacis sicut mandavimus non curarunt, propter quod volumus ut tales nichil amodo communicent in regno fidelium, qui regnanti fidem debitam non servantes venire noluere vocati; fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus per totam jurisdictionem tuam diligenter inquiras et quotquot inveneris tam clericos quam laicos ex predictis, post datum a nobis terminum in Romana curia fuisse moratos nec in regnum sicut mandavimus rediisse, omnia bona eorum tam ecclesiastica quam patrimonialia et quecumque alia in juridictione tua inveneris possidere, ad opus curie nostre capias et Obberto Fallamonacho secreto Panormi procuranda assignes; significaturus nobis distincte nomina singulorum quos predicti mandati nostri contemptores inveneris extitisse nec non unde et quibus parentibus fuerint oriundi. Volumus preterea et mandamus ut omnes prebendas, beneficia et quecumque nunc clerici qui de partibus extra regnum oriundi sunt et extra regnum morantur, in jurisdictione tua possident, ad opus curie nostre capias et facias per predictum secretum Panormi cum diligentia procurari, cum nolimus quod sanguinem matrum filii sugant et de bonis que a nostris et per nos habent ecclesie et debentur filiis, venientes aliunde catuli nutriantur. Tu vero distincte nobis significare procures quid, quantum et ubi capiendum duxeris a predictis, redditum bonorum ipsorum quem nunc valere dignoscis et in quem annuum redditum promoveri valeant in futurum.

Datum in castris prope Mediolanum, X octobris, XIII indictionis.

Similes scripsit Guillelmo de Anglone justitiario citra flumen Salsum ut idem faciat in jurisdictione sua et assignet secreto Messane.

Similes scripsit Goffrido de Montefuscolo justitiario Calabrie, et quod assignet secreto Messane.

Digitized by Google

Similes scripsit Tholomeo de Castilione justitiario Vallis Grate et terre Jordane ut assignet secreto Messane.

Similes scripsit Thomasio filio Asmundi justitiario Basilicate, nt assignet Alexandro filio Henrici.

Similes scripsit Thomasio de Montenigro jnstitiario Principatus et terre Beneventane ut assignet Riccardo de Pulcaro.

Similes scripsit Riccardo de Montenigro jnstitiario terre Laboris ut assignet Ricardo de Pulcaro.

Similes scripsit Boamundo Pissono justitiario Aprutii, ut assignet Criscio Amalfitano camerario Aprutii.

Similes scripsit Riccardo de Montefnsculo justitiario Capitinate ut assignet Alexandro filio Henrici.

Similes scripsit Landulfo de Franco justitiario terre Bari ut assignet Alexandro filio Henrici.

Similes scripsit Andree de Aquaviva justitiario terre Idronti, nt assignet Alexandro filio Henrici.

Mandata varia sub encyclica forma de procurandis ecclesiis in regno Siciliae vacantibus per probos et fideles viros qui bona earum studiose procurare debeant.

In castris prope Mediolanum, 10 octobris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 10 verso; in edit. Carcan., p. 246.)

Scripsit G. de Cusentia de superiori mandato :

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho secreto Panormi. Licet regnum de manu Domini datum [sit] nobis, tunc vere in ejusdem largitoris pietatem exercemus cum loca divinis servitiis deputata et ecclesias quibus nomen Dei laudatur et colitur, devotione debita venerantes, piam de ipsarum regimine protectionem habemus, et tanquam statnti earum a Domino protectores diligenter intendimus et provide meditamur ne possint patrocinii neglectu collabi sub tanti adversarii conatu. Ad hec veridica

Digitized by Google

insinuatione perpendimus, et nonnunquam etiam vidimus ex effectu quod cum aliquam de ecclesiis regni nostri destitutam pastore vacare contigit, tanto neglectu pessundatur quod vel per incuriam omnino collabitur vel per manus diripientium penitus consumatur; quo fit ut dum non. . . . spolia etiam gremii sui filii fugiant et debita in ea officia Domino non exsolvant. Contingit etiam ex hoc nonnunquam ut qui postmodum ad ipsius prelationem vocatur, aut conubia talis vidue bonis omnibus viduate non velit aut pati ex tali conjugio perpetuo se mereat viduatum. Que omnia cum nostre satis displiceant majestati, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ecclesias Agrigenti, Montis Regalis, Cephaludi, que in jurisdictione tua existunt et si que alie cathedrales vel conventuales ecclesie vacant ibidem vel in antea vacare contingerit, pro parte curie nostre recipi facias procurandas, statuens in unaquaque ipsarum duos probos et fideles viros bajulos qui ecclesiam ipsam et omnia bona ipsius studiose et fideliter debeant procurare, faciendo ecclesie ipsi convenienter servire, domos et ecclesias reparari, si que fuerint necessario reparande ita videlicet quod si non repararentur, inde majus paterentur dispendium [et] imminerentur ruinam, vineas et jardina decenter excoli, laborantias exerceri, et alia omnia bona ecclesie cum accurata diligentia procurari; ita quod negligentia procurationis aliquatenus in procuratores ipsos notari non possit, sed tanta per eos adhibeatur diligentia procurandi, quanta opus est in eisdem et nostre exposcit beneplacitum majestatis; significantes nobis distincte per literas tuas quid et quantum proventus uniuscujusque ecclesie valeant annuatim.

Datum in castris prope Mediolanum, X octobris, XIII indictionis.

Similes scripsit secreto Messane de ecclesia Cathanie, Sancti Salvatoris de lingua Messane, Regii, Russani et Strongolis et aliis si que vacant vel vacare contingerit in juridictione sua.

Similes scripsit Riccardo de Pulcaro de ecclesia Alifie, Telesie, Sancti Salvatoris de Telesia, Caputaquensi, Aversana, Theanensi, Surrentina, Calenensi, Policastrensi, Venafrana, Sorana, Aquinati, Gajetana et aliis si que vacant vel vacare contingerit in juridictione sua.

Similes scripsit Criscio Amalfitano camerario Aprucii de ecclesia Thea-

Digitized by Google

tina, monasterio Sancti Clementis, monasterio Sancti Stephani de Rivo maris, ecclesia Pennensi et aliis, ut supra.

Similes scripsit Alexandro filio Henrici de ecclesia Ydrontina, Melfie, Lichie, Monopoli, Vennsie, monasterii Venusini, ecclesia Salpina, monasterio Sancti Viti, ecclesia Potentina, Vestensi, Ascolensi, Alesine et aliis, ut supra.

Mandatum ad justiciarium Terrae Laboris ut inquisitionem faciat super praesumptuosos excessus Cajaciani episcopi.

In castris prope Medielanum, 10 octobris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 11 recto; in edit. Carcan., p. 247.)

Facte sunt lictere de imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea. Scripsit Angelus de Capua :

Fredericus, etc., R. de Montenigro justitiario Terre Laboris et comitatus Molisii. Graves et enormes excessus I. Cajaciani episcopi nostrum nuper auditum propulsarunt, quod non sine tui culpa possumus preterire, quod idem datus in sensum reprobum nullam ad majestatem nostram habendo reverenciam vel respectum, quosdam homines et jura demanii nostri detinere presumit, sibi licitum stulte fore putando quod generaliter omnibus prohibetur; et quod gravius reputamus ut subjectos nostros opprimere et jura nostra possit licentiosius occupare, in emptione bajulationis civitatis ejusdem vassallos suos submictit participes, ut quod personaliter non est licitum facere, insolenter per alios exequatur, infestos clericos nutriendo tocius (*sic*) eis temeritatis prebet audaciam quod die noctuque nostrorum in civitate Cajacie pervertat statum pacificum subjectorum : quod tanto nostre displicere noveris majestati, quanto in absentia majestatis nostre non sine offensa nostri nominis presumitur attemptatum. Cum igitur insolentias hujusmodi et presumptuosos excessus nostram non deceat excellentiam tolerare, ne in scandalum nostrorum fidelium et in prejudicium juris nostri ceteris prebeatur exemplum, fidelitati tue districte precipiendo mandamus

Digitized by Google

quatenus super hys omnibus et singulis inquisitionem facias diligentem et omnibus que ipsum episcopum tam in hominibus, possessionibus et bonis aliis quam in ceteris juribus curie nostre temere ac illicite inveneris detinere, ad opus nostre curie integre et sine mora receptis, super aliis sibi objectis inquisitionem eamdem fideliter in scriptis redactam sub sigillo tuo ad curiam nostram studeas destinare.

Datum in castris prope Mediolanum, X octobris, XIII indictionis.

In castris prope Mediolanum, 10 octobris.

Mandata varia de facto salis et de satisfaciendo laboratoribus salinarum, de eunuchis et tribus domicellis in Apuliam missis, de pellipariis missis ad cameram, de colla et nervis emptis, de mercatoribus venientibus extra regnum, de sagittia et galeis armatis contra piratas, de foro apud Termulas faciendo, etc.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 11 recto; in edit. Carcaniana, p. 247.)

De mandato imperiali facto per notarium R. de Sugio scripsit Jacobus de Bantra licteras responsales in hunc modum :

Fredericus, etc., Thomasio de Brundusio, etc. Satis benigne recepimus licteras quas misisti, et ipsarum tenore diligenter actento transmissa capitula vidimus et tenorem intelleximus eorumdem. De sale autem quem ad statutum pretium non posse vendi significasti et ideo provideas melius forum fieri de eodem, sic duximus respondendum, quia licet de ipso magna copia habeatur, nolumus tamen ut pro viliori pretio vendi debeat ne id trahatur ad subseqnentiam in futurum, et sic passim verteretur in usum. Volumus autem ut pro satisfaciendo laboratoribus salinarum, si aliunde non potes eis satisfacere, de predicto sale vendi facias, sicut ad utilitatem nostram melius vendi poterit tuo studio mediante. Quod autem per te ordinatum est de eunuchis quos G. de Amato gaytus Panormi in Apuliam miserat, placet nobis; placet etiam quod expensas dari facis juxta

assisam curie tribus domicellis camere nostre, quas Joannes (a) de Amato castellanus Panormi de Atro (b) misit apud Melfiam moraturas, sicut fecisse te hactenus nuntiasti. Super eo vero quod misisse te asseris pelliparios et alios magistros ad cameram nostram Melfie et Canusii pro reparandis pennis et pannis et aliis rebus nostris ad expensas curie nostre, et quod magistro S. et aliis magistris laborantibus apud Canusium de mandato nostro emi facis de pecunia curie collam, nervos et alia que operibus que ipsi faciunt oportuna videntur et assignari eis, ne pro necessariorum defectu laborare non possent, et alia emi necessaria pro reparatione rerum nostrarum ipsius camere, tuum studium commendamus. A mercatoribus insuper venientibus extra regnum, res suas in fundicis deponentibus, ex quo ipsa in regno vendere nequeunt, ut scripsisti, et volunt extra regnum deferre, nichil plus quam jus pro domo debitum vidimus exigendum, dum id non in fraudem curie nostre procuretur. Preterea gratum est nobis quod necessaria marescallis quas significasti dari facis; de sagittia Sclavorum quam armari fecisti cum aliis galeis nostris contra piratas, te plurimum commendamus, et placet nobis quod pirate qui capti fuerant in eadem ad maritimam Melfie deputentur. Quod autem juxta quod tibi mandavimus non processisti ad capiendum terram ejus qui mortuus fuit in navi que passa fuit naufragium, ex quo legitimus successor apparuit, placet nobis. Super eo vero quod scripsisti nobis de facto Jaquinti et F. fratris ejus sic duximus respondendum, quod quia possessores erant bone fidei de tempore ante coronationem elapso, nulla est compensatio facienda; a tempore autem coronationis citra, volumus ut fiat compensatio de pensionibus quas de domibus nostri agri perceperunt vel percipi potuerunt, quia non dicuntur bone fidei possessores, ex quo juxta constitutionem non representaverunt curie nostre scriptum confirmationis quondam domine imperatricis matris nostre quod modo asserunt se habere. Ad hoc cum scriptum non receperimus factum de rebus inventis in scrineis quondam Logothete, quod asseris te misisse, | volumus ut illud diligenter factum nobis mictas, res omnes et quantitatem earum plene exprimens in Fol. 11 verso.

(a) Ap. Carcanium *Johanni*.
(b) Alibi de *Atrio*.

Digitized by Google

eodem. Super facto autem revocatorum terrarum ecclesiarum sic mictimus, quia placet nobis quod illi sint in domibus et locis propriis usque ad redditum nostrum ad partes ipsas, qui non. . . in statutis locis loca pro faciendis domibus receperunt. Preterea petitioni porrecte ex parte universitatis Termularum super foro faciendo qualibet die lune infra muros veteris civitatis, benigne ammictimus, et ecce quod modo apertas licteras serenitatis nostre mictimus et volumus ut promissas proinde ab eis quinquaginta uncias exigas et recipias festinanter rationem. De rebus illis quas interclusa cedula continebat nostre camere assignatis et nunciis F. ducis Austrie cum nuncio Cuminiani missis ad curiam nostram juxta mandatum nostrum, tibi mictimus apodixam.

Datum in castris prope Mediolanum, X octobris, XIII indictionis.

In castris prope Mediolanum, 13 octobris.

Mandatum ad justiciarium Aprutii contra illos qui iverunt ad Rainaldum ducem Spoleti et exenia transmiserunt eidem.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 11 verso; in edit. Carcan., p. 248.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua:

Fredericus, etc., Boamundo Pissono justitiario Aprutii, etc. Ad audientiam culminis nostri noveris pervenisse, quod Senebaldus archipresbiter Sancti Antimi de Balviano, dompnus Raynaldus Buccellus de Criptis de Saltu, Jacobus de Monaldo de Arpagnano, Angelectus Raymundi, Fornio de Classina, Johannes filius archipresbiteri Sancti Antonii de Classina et Peregrinus filius Johannis Riccardi de Classina, qui sunt de justitiariatu tuo, clam contulerunt se ad Raynaldum filium quondam ducis Spoleti loquuturos cum ipso, et exennia etiam sibi mictere presumpserunt nullum ad majestatem nostram habendo respectum. Quod cum majestati nostre satis digne displiceat, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus super hoc veritate inquisita diligenti studio et cautela, quoscumque temerarie

Digitized by Google

presnmptionis hujnsmodi inveneris commissores, laqneo facias sine mora suspendi, ut sit illis ad penam, ceteris ad terrorem.

Datum in castris prope Mediolannm, XIII octobris, XIII indictionis.

Mandatum ad Andream de Cicala pro munitionibus montis Casini et Roccae Janulae. In castris prope Mediolanum, 13 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 11 verso; in edit. Carcan., p. 249.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Fredericns, etc., Andree de Cicala capitaneo a Porta Roseti usque ad confininm regni, etc. Pervenit ad notitiam serenitatis nostre qnod mnnitiones montis Casini et Rocce Janule serventibus et aliis necessariis non sunt bene munite. Quod si verum est, majestati nostre noveris admodum displicere. Qno circa fidelitati tne precipiendo mandamns quatenus statim receptis hys licteris personaliter conferas te ad munitiones predictas, et ipsas necessariis servientibus qni sint de regno et quorum suspictio aliqua non habeatur, uxores et filios habentes in regno, et divites, sicut qualitatem expedire videris servientium, ac singulis aliis oportunis mnnire aliqnatenus non postponas, nt devotionis tne stndinm exinde commendare possimus. Nichilominns etiam omni studio elabores, ut in Rocca Jannle fiat blida nna ad majorem tnitionem munitionis ipsins. Super quo nnllam moram te protrahere volumus, vel negligentiam aliquam adhibere.

Datum in castris prope Mediolanum, XIII octobris, XIII indictionis.

Mandatum ad praelatos familiares, magistrum justiciarium, capitaneos et alios officiales regni de mittendis nominibus eorum In castris prope Mediolanum, 13 octobris.

Digitized by Google

quibus aliquod de servitiis et negotiis ad officium eorum spectantibus commiserunt.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 12 recto; in edit. Carcan., p. 249.)

Facte sunt lictere de imperiali mandato :

Fredericus, etc., J. Capuano archiepiscopo et P. Ravellensi episcopo familiaribus suis, etc. Mandamus et precipimus fidelitati vestre quatenus visis hys licteris diligenter et sollicite per scripta et quaterniones vestros inquirentes, ac fideliter in vestro animo revolventes inveniatis et distincte ac plene scribi faciatis omnium eorum nomina quibus ex quo in officio vobis commisso fuistis, commisistis aliquod de servitiis et negotiis ad officium vestrum spectantibus vel vobis commissis, et quod etiam unicuique eorum commisistis; studentes quod usque ad festum nativitatis Domini primo venturum tam illorum nomina quam commissa negotia fideliter in scriptis redacta ad nostram presentiam transmittatis, et caventes quod vel in mictendo mora non protrahatur ulterius, vel de hys que scribenda sunt nichil aliquatenus omictatur, quia si per alios quam per vos nobis aliquid innotescat, vereri procul dubio poteritis penam ex culpa.

Datum in castris prope Mediolanum, XIII octobris, XIII indictionis.

Similes lictere facte sunt Henrico de Morra (*a*) magistro justitiario, preter quam datus est sibi terminus mensis unius post reditum suum in regnum, quia presens erat in curia,

Similes Riccardo de Montefuscolo justitiario Capitinate.

Similes Hectori de Montefusculo quondam justitiario Aprutii.

Similes Riccardo de Loria quondam justitiario terre Bari.

Similes Philippo de Zunculo predecessori suo.

} Qui presentes erant in curia.

Similes Thomasio de Acto de Suessa olim magistro camerario Aprutii, ut familiaribus.

(*a*) Ap. Carcanium *de Marra;* minus recte.

Similes Criscio Amalfitano nunc camerario Aprutii.

Similes Tholomeo de Castelione olim justitiario Aprutii.

Similes non fuerunt scripte Boamundo Pissono nunc justitiario Aprutii, quia noviter est statutus.

Similes Guillelmo de Sancto Fraymundo olim justitiario Terre Laboris et comitatus Molisii, ut familiaribus.

Riccardo de Montenigro nunc justitiario Terre Laboris et comitatus Molisii non est scriptum, quia noviter est statutus.

Similes tamen scripte sunt ei de officio justitiariatus quem exercuit in Sicilia citra flumen Salsum.

Similes Angelo de Marra.

Similes Thomasio de Brundusio, cui etiam injunctum est ut scribat de officialibus et commissariis quondam Logothete, seclariis tam preteritis quam presentibus, et eis qui distribuerunt novam pecuniam per regnum.

Similes Piscopo Johanni olim camerario Capitinate et honoris montis Sancti Angeli.

Similes Thomasio de Montenigro nunc justitiario Principatus et terre Beneventane.

Similes Thomasio filio Osmundi nunc justitiario Basilicate.

Similes L. de Franco nunc justitiario terre Bari.

| Similes Andree de Aquaviva nunc justitiario terre Idrunti. Fol. 12 verso.

Similes Thomasio filio quondam Philippi filii Marmontis justitiario quondam ejusdem. . . . .

Similes Senatori de Archo olim justitiario vallis Gratis et terre Jordane.

Tholomeo de Castelione nunc justitiario ejusdem terre non est scriptum, quia noviter est statutus.

Similes Roberto Malerba olim justitiario Calabrie.

Goffrido de Montefuscolo nunc justitiario Calabrie non est scriptum, quia noviter est statutus.

Similes Johanni de Cioffo et notario Johanni de Leote, qui fuerunt quondam cum Mattheo Marchafaba secreto Messane, ut inquirant per quaterniones ejusdem secreti et significent, et eidem notario Johanni spe-

Digitized by Google

cialiter de commissariis temporis Mathei et Johannis de Romania, quos poterit recordari, et scriptum est Guillelmo de Anglone justitiario Sicilie citra flumen Salsum, ut statuto aliquo ad diligentem custodiam quaternionum dicti Matthei Marchafabe, faciat de ipsis copiam predictis Johanni de Cioffo et notario Johanni.

Similes eidem Guillelmo de Anglone de tempore suo.

Similes Rogerio de Amicis justitiario in Sicilia ultra flumen Salsum.

Similes Rogerio de Calvellis predecessori ejusdem.

Similes Severino de Calataphim olim magistro bajulationum Sicilie ultra flumen Salsum.

Similes notario Philippo olim gayto Panormi.

Similes Oberto Fallamonacho magistro portulano Sicilie ultra flumen Salsum et nunc secreto Panormi.

Similes Angelo Frisaro magistro portulano Sicilie citra flumen Salsum.

In castris prope Mediolanum, 14 octobris.

Litterae patentes et mandata varia super mutuis a mercatoribus Romanis ibidem nominatis imperiali camerae assignatis, et certo termino persolvendis.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 12 verso; in edit. Carcan., p. 250 et seqq.)

De imperiali mandato facto per magistrum Obbertum (a) *scripsit G. de Tocco licteras patentes in hac forma :*

Fridericus, etc. Notum facimus universis quod Gualterius de Cesalinis et Petrus Jurda mercatores Romani, fideles nostri, mutuaverunt nobis et assignaverunt camere nostre de Venetianis grossis libras XVI 1/1 et denarios V, pro unciis auri LXVII ad generale pondus regni, ad rationem videlicet de solidis V minus denario I per unciam, de quibus unciis convenimus et promisimus eis quod Major de Plancatone doane, etc.,

(a) Rectius *Albertum*. Vid. infra, passim.

Digitized by Google

fidelis noster, pro parte curie nostre de pecunia curie nostre que est per manus snas predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuncium vel procnratorem ipsorum, in medietate januarii proximo futuri hnjus XIII indictionis, sino defectu et difficultate ac alicnjus more majoris dispendio debeat quietare. Si vero qnod omnino nolumus, immo fieri expresse ac firmiter inhibemns, predictus solntionis terminus transiret aliqno forte casu inevitabili contingente, qno fieri aliter aliqnatenus non valeret, deinde in antea quamdin solutio differretnr, ad minus tamen quam possit unqnam differri, idem secretns solvere tenetur et debet eis pro dampnis in interesse sicnt eveniet, ad rationem de tribus unciis dandis per mensem de unciis centnm, et nichilominns integre et cnm omni celeritate solvere uncias supradictas. Ad hnjus antem, etc.

Datum in castris prope Mediolanum, XIV octobris, XIII indictionis.

Eodem die scripsit G. de Cusentia pro eodem :

Fredericus, etc., Majori de Plancatone, etc. Notnm facimus fidelitati tue quod Gualterius de Cesalinis et Petrus Jurda mercatores Romani, fideles nostri, mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras XVI 1/1 et denarios V pro unciis auri LXVII ad generale pondus regni, ad rationem de solidis V minns denario I, per unciam, de quibns convenimus et promisimns eis qnod tu pro parte curie | nostre de pecnnia curie nostre que est per manus tnas predictos mercatores vel alterum eorum sive certnm nnncium vel procuratorem ipsorum in medietate januarii proximo futuri hujus XIII indictionis, sine defectu et difficultate ac alicujns majoris more dispendio debeas quietare. Si vero quod omnino nolumus, immo fieri tibi expresse ac firmiter inhibemus, predictus solntionis terminus transiret aliquo forte casu inevitabili contingente quod fieri aliter aliquatenus non valeret, deinde in antea quamdin solutio differretnr, ad minus tamen quam possit unqnam differri, de singulis centum unciis tres uncias anri ad generale pondus regni per mensem tu eis solvere teneris et debes pro dampnis et interesse, et nichilominns integre et cum omni celeritate solvere uncias supradictas. Qnare mandamus quatenus sollicitndinem adhibendo, undecumqne et qnomodocumque melins poteris, quod adveniente termino supradicto

Fol. 13 recto.

predictis mercatoribus vel alteri eorum sive certo nuncio vel procuratori eorum predictas uncias auri LXVII ad generale pondus regni siue omni difficultate et majoris more dispendio de pecuuia curie nostre qne est per manus tuas exolvas et eos alacriter debeas expedire, ita quod ex celeri expeditione quam eis feceris in predictis, tam ipsi qnam alii si quaudo uecesse fuerit, iu hujusmodi beneplacitis nostris libentins se exponant, et si forte, quod omuiuo uostre displicet majestati, sicut superius dictum est, aliquo iuevitabili casu post supradictum terminum solutio disfertur, pro dampuis et iuteresse de singulis ceutum uuciis tres uncias auri ad generale pondus regni per mensem exolvas eisdem; provisurns tameu et curaturus acteute quod dampnum ipsum propter tui uegligeutiam uostra curia non iucurrat, sicut de gratia nostra coufidis et tibi dampnnm ipsum imputari formidas. Tu vero mercatoribus ipsis iutegre de predicta pecunia quietatis, pateutes licteras nostras, quas ipsis proiude fieri fecimus, recipias ab eisdem, facturus de solutioue ipsa aliud scriptum competeus ad cautelam curie nostre.

Datum [*ut supra*].

Eodem die similes patentes et clausas ad eumdem scripsit idem pro Algerutio et Augelo fratre ejus, et Petro Algerutio mercatoribus Romauis de libris Veuet. XXXVIIII et deuariis XXI pro uuciis auri CLVIIII ad geuerale pondus regui, eodem termiuo et forma solveudis.

Eodem die, similes patentes et clause scripte sunt ad eumdem pro Paulo Malagrumo, Stephano Philippo Tipaldo, Luca de Jenuar., Andrea de Jennar. et Romano Philippini, mercatoribus Romauis, de libris Veuet. L et solidis III, pro unciis auri CCIIII ad generale pondus regni, eodem termino et forma solvendis.

Eodem dic, similes pateutes et clause facte sunt ad eumdem pro Romauo Angeli, Stephano de Philippo, Tipaldo Philippiui, Stephano Philippi et Paulo Malagrumo et Andrea de Jennar. mercatoribus Romauis de Venet. libr. LIIII (*a*) et deuariis XVI pro uuciis auri CCL, ad geuerale pondus regni, eodem termiuo et forma solveudis.

(*a*) Quemdam in hoc numero suspicamur errorem, dum legendum videatur *LXII*.

Mandatum ad secretum Messanae ut ad curiam omnia quae per manus ejus transire contigerit fideliter significet, cum magna Matthaei Marcafabae praedecessoris ejus commendatione. In castris prope Mediolanum, 14 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 13 verso; in edit. Carcaniana, p. 251.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Petrastormina scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Majori de Plancatone secreto Messane, etc. Solet sepe contingere, maxime cum officialis aliquis in officio curie nostre de novo statuitur, ut aliqui a nobis vel quod est gratie velut justitie debitum exigant, vel processum precedentium officialium injuriosum super aliquibus eorum negotiis asserant, et unquam sperantes, propter ignorantiam novi officialis qui cum modo (*sic*) de nostris ipsarum partium negotiis quibus statuitur instructus non est, ea que prius non poterant facilius obtineant. Cum igitur velimus malitiis obviare ne jura nostre curie per subreptiones minui et fraudari contingat, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si quando tibi ad alicujus supplicationem commictimus exequenda, in quibus aliquatenus nostre curie jus tangatur, personaliter inquiras et scias plene jus ipsum, ac illud conservans et promovens per omnia tam de ipso quam de omnibus aliis negotiis que etiam sine mandato nostro per licteras tibi facto per manus tuas transire contingerint vel ad notitiam tuam pervenerint, per capitula et licteras tuas fideliter et distincte nos instruas, ut injuste conquerentibus secundum justitiam respondere possimus instructi et ceteris adinventiones malitie precludantur, te quoque merito commendemus; licet satis studiose ac plene M. Marchafaba predecessor tuus extitit executor, quia omnia nobis scribere non cessabat, et jura ac utilitates nostre curie taliter zelabatur ac si numquam de aliis cogitaret, cujus defectum in omnibus bonis actibus

ex quo decessit snpplere te volumus, ut curie nostre mors ejns nichil subtraxisse in hys te superstite videatur.

Datum in castris prope Mediolannm, XIV octobris, XIII indictionis.

In castris prope Mediolanum, 14 octobris.

Mandatum ad secretum Messanae pro parco Melacii et venationibus ut ponat pulverem contra lupos.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 13 verso, et in edit. Carcan., p. 251 et 252.)

Fredericus, etc., Majori de Plancatone secreto Messane, etc. Pervenit ad audientiam nostram quod in parco nostro Melatii vulpes et lupi sunt in maxima qnantitate et animalia parvula venationis ipsins destruunt, ita quod panca ex eis ibidem poterunt in brevi tempore remanere, nisi per aliquod remedium provideatur eisdem. Quare fidelitati tne precipiendo mandamns quatenus statim visis hys licteris de pulvere luporum studeas invenire et ita ordines, sicnt fieri consuevit et debet, quod lupi et vulpes destruantur omnino et animalia parvula multiplicentur uberius ac devastari non possint; studeas nichilominus et procures qnod omnes venationes in jurisdictiono tua site custodiantnr optime et de pulvere ipso contra lnpos ponas et poni facias ubi vidoris expedire.

Datum in castris prope Mediolanum, XIV octobris, XIII indictionis.

In castris prope Mediolanum, 15 octobris.

Mandata varia super aedificiis Cartolariae apud Urbem ad expensas curiae reficiendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 13 verso; in edit. Carcaniana, p. 252.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Digitized by Google

Fredericus, etc., magistro Johanni de Sancto Germano, etc. Cum velimus quod super edificiis Cartolarie (?) juxta formam pristinam procedatur, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus receptis hys licteris conferas te ad Urbem, et tam in calce quam in lapidibus et aliis necessariis facias apparatum, ut super edificiis ipsis sicut expedierit procedatur. Et ecce quod Riccardo de Pulcaro fideli nostro qui in locum Angeli de Marra subrogatus est, nostras licteras destinamus ut ad requisitionem tuam tibi de pecunia curie nostre que est per manus suas pro refectione edificiorum ipsorum debeat exhibere et a te recipiat exinde apodixam.

Datum in castris prope Mediolanum, XV octobris, XIII indictione.

Eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fridericus, etc., R. de Pulcaro, etc. Quia volumus quod in edificiis Cartolarie que sunt in Urbe juxta formam pristinam procedatur, quod magistro Johanni de Sancto Germano notario et fideli nostro nunc in regno moranti, de sua prudentia et legalitate confisi, duximus commictendum, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem ejusdem notarii fidelis nostri de pecunia curie nostre que est per manus tuas pro refectione edificiorum ipsorum necessariam pecuniam debeas exhibere, recipiens ab ipso de hys que sibi dederis apodixam.

Datum (*ut supra*).

Mandata pro Riccardo de Sancto Germano et Johanne fratre ejus contra duos clericos nominatos ibidem propter spretas defensas. In castris prope Mediolanum, 17 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 13 verso; in edit. Carcan., p. 252.)

De mandato imperiali facto per judicem T. de Suessa scripsit Jacobus de Bantra :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris (*a*). Veniens ad presentiam nostram magister R. de Sancto Germano fidelis

(*a*) Hæc supplentur e margine codicis.

Digitized by Google

noster pro se et magistro J. de Sancto Germano notario et fideli nostro fratre suo, exposuit coram nostra celsitudine quod Robbertus de Barone clericus de castro Sancti Georgii, spreta defensa sibi ab eodem magistro R. facta pro se et dicto fratre suo, et pena duodecim unciarum adjecta, temere intravit quamdam terram eorum et fructus exinde in eorum prejudicium asportavit. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus prius cognita et constita exinde veritate, si tibi constiterit de predictis, super contemptu ipsius defense et adjectione pene previa ratione procedas, ab ipso clerico pro parte curie nostre illam exigens si culpabilis apparebit.

Datum in castris prope Mediolanum, XVII octobris, XIII indictionis.

Similes eidem de defensa facta Gentili clerico de Sancto Helia et pena adjecta centum unciarum a Maria de Paladinis de Sancto Helia.

Utrasque licteras de defensa portavit magister Riccardus de Sancto Germano frater magistri Johannis de Sancto Germano imperialis notarii.

In castris prope Mediolanum, 17 octobris.

Mandatum ad Riccardum de Pulcaro super expensis notario Johanni de Sancto Germano exsolvendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 14 recto; in edit. Carcan., p. 252.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., R. de Pulcaro subrogato in locum Angeli de Marra, etc. Cum velimus quod magister Johannes de Sancto Germano, notarius et fidelis noster, apud Urbem pro nostris serviciis commoretur, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus donec idem notarius pro servitiis nostris ibidem moram traxerit, pro se, duobus scuteriis et tribus equis suis, de proventibus curie nostre qui sunt per manus tuas, juxta assisiam curie nostre, videlicet ana tredecim grana auri inter hominem et equum per

diem ad generale pondus regni, eidem exhibere procures et recipias ab ipso de omnibus que sibi dederis apodixam.

Datum in castris prope Mediolanum, XVII octubris, XIII indictionis.

Mandatum ad Thomasium de Brundusio pro expensis Siwino venatori et sociis ejus exsolvendis.

In castris prope Mediolanum, 19 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 14 recto, et in edit. Carcan., p. 253.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Thomasio de Brundusio, etc. Magister Siwinus venator et fidelis noster pro parte sua et venatorum sociorum suorum qui ibi sunt, nobis exposuit cum querela quod pro expensis sibi statutis post te non possit totiens per Apuliam laborare. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ita ordines et disponas, quod vel in Capitinata vel Melfia statute ipsis expense tam sibi quam sociis prebeantur, et non cogantur propterea ulterius fatigari. Nichilominus eidem Siwino pro se et dictis venatoribus sociis ejus competentia vestimenta, et sibi unum roncinum debeas exhibere pro Hemtio de Nidecli venatore.

Datum in castris prope Mediolanum, XVIIII octobris, XIII indictionis.

Mandatum ad justitiarium Terrae Laboris pro castro Boiani reparando et diruendis domibus extra castrum.

In castris prope Mediolanum, 19 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 14 recto; in edit. Carcaniana, p. 253.)

Fredericus, etc., R. de Montenigro justitiario Terre Laboris et comitatus Molisii, etc. Intelleximus quod quedam domus constructe sunt in monte Bojani hactenus extra castrum, super quo movet nos non indigne miratio,

si tamdiu hoc debuerit negligi vel potuerit aliqua ratione permicti. Audivimus etiam ex insinuatione castellani ejusdem castri quod castrum ipsum in plerisque sui partibus adeo minatur ruinam, quod nisi subveniatur eidem, dampnum exinde poterit non modicum provenire. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si est ita, dictas domos extra castrum constructas statim dirui facias et habitatores qui in eis sunt descendere inde compellas. Inquiras preterea per homines contrate vel loci ejusdem per quos castrum ipsum consuevit et debeat reparari, et ipsum reparari facias sicut expedit per eos quos teneri compereris ad reparationem ipsius, ut de castro ipso inconveniens non contingat.

Datum in castris prope Mediolanum, XVIIII octobris, XIII indictionis.

In castris prope Mediolanum, 19 octobris.

Mandata varia pro solvendis beneficiis quibusdam Romanis, specialiter pro assignandis feudo et beneficio Oddoni et Manueli Frangipane civibus Romanis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 14 recto; in edit Carcan., p. 253.)

De imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit Angelus de Capua :

Fredericus, etc., magistro Johanni de Sancto Germano notario suo. Cum beneficia dudum quibusdam civibus Romanis fidelibus nostris singulis annis ab excellentia nostra concessa eisdem solvi velimus, de quibus per Gualterium de Cicala fidelem nostrum sibi satisfieri excellentia nostra mandavit, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de pecunia curie nostre que est per manus Riccardi de Pulcaro, cui super hoc nostras licteras destinamus, recipere studeas [et] supradictis Romanis quibus satisfactum non est de predictis beneficiis per Gualterium supradictum pro anno presenti satisfacere non postponas, certioratus tamen prius per eundem G. quibus per eum beneficia ipsa soluta sint et quibus etiam exolvenda et de cujuslibet quantitate.

Datum in castris prope Mediolanum, XVIIII octobris, XIII indictionis.

Item scripsit :

Fredericus, etc., Riccardo de Pulcaro, etc. Cum beneficia dudum quibusdam civibus Romanis fidelibus nostris singulis annis ab excellentia nostra concessa eisdem solvi velimus, de quibus per Gualterium de Cicala fidelem nostrum satisfieri sibi excellentia nostra mandavit, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem magistri Johannis de Sancto Germano notarii et fidelis nostri de pecunia curie nostre que est per manus tuas tantum eidem notario assignare procures, quod predictis Romanis quibus satisfactum non est de predictis beneficiis per Gualterium supradictum pro anno presenti, satisfieri possit per notarium antedictum.

[Datum ut supra].

Item scripsit predictus Angelus prefato Gualterio de Cicala ut certificet predictum magistrum Johannem de Sancto Germano quibus Romanis solvit beneficia ipsa et quibus sint exolvenda et de cujuslibet quantitate.

Scripsit idem Angelus :

| Fredericus, etc., magistro Johanni de Sancto Germano, etc. Mandamus et precipimus tibi quatenus. . . Andreas. . . feudum Stephani de Raynerio (*a*) a nobis habeat, nondum assignatum est per Gualterium de Cicala Oddoni Frecapane civi Romano fideli nostro, prout sibi per alias nostras licteras dedimus in mandatis, tu ipsum dicto Oddoni facias assignari, recipiens ab eodem Oddone pro parte nostra juxta consuetudinem fidelitatis debite juramentum, si ipsum non constiterit Gualterium suscepisse. Fol. 14 verso.

[Datum ut supra.]

De eodem mandato scripsit idem Angelus :

Fredericus, etc., Andree de Cicala, etc. Pro parte Manuelis Frecapane nepotis Petri Sarraceni, civis Romani, fidelis nostri, porrecta culmini nostro petitio continebat quod cum olim dilectis familiaribus nostris in regno per nostras licteras dederimus in mandatis ut in ecclesiis vacantibus regni nostri

(*a*) In codice Philipps. simpliciter *Raynerii ;* in margine codicis Neapolitani : *Feudum quod habuit quondam Andreas Stephani de Raynerio,* unde mutilus restituitur locus.

Digitized by Google

tantum beneficium largiretur eidem quod singulis annis valeret uncias quadraginta, idem Mannel nondum assecutus est beneficium in dictis ecclesiis quod valeat uncias supradictas; de quo si verum est cogimur admirari. Cum igitur predictum M. nolimus munificentie nostre gratia defrandari, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si est ita, non obstante aliquo mandato nostro super ipsis ecclesiis vacantibus de conferendo alteri beneficio facto, si quid deest de predictis unciis quadraginta concessis eidem M. in ecclesiis vacantibus regni nostri, tu de ipsis ecclesiis sibi supplere procures; ita quod ipso M. munus nostre munificentie consequente, nos studium tuum proinde commendemus.

[Datum ut supra.]

In castris apud Mediolanum, 21 octobris.

Mandatum ad Riccardum de Pulcaro ut vice Angeli de Marra praedecessoris ejus quosdam mercatores Romanos de pecunia mutuata tam de sorte quam de interesse quietare debeat.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 14 verso; in edit. Carcan., p. 254.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia :

Fridericus, etc., Riccardo de Pulcaro, etc. Notum facimus fidelitati tue quod Gualterius de Cesalinis, Petrus Jurda et Johannes Lucido mercatores romani, fideles nostri, in castris prope Castilionem, VI die septembris primi preteriti hujus XIII indictionis, mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras XVIII, pro unciis auri LXXII ad generale pondus regni, ad rationem de solidis V per unciam, de quibus unciis promisimus eis VI die mensis decembris primo futuri hujus XIII indictionis, ipsos facere quietare in regno, secundum formam patentium licterarum nostrarum quas inde eis fieri fecimus, in quibus etiam continetur distincte quid in antea habere debent pro interesse si forte predictus solutionis terminus differretur; et mandavimus

per licteras nostras Angelo de Marra predecessori tuo ut predictos mercatores de pecunia ipsa secundum formam licterarum nostrarum patentium et earum quas sibi misimus, in predicto termino quietaret. Verum quia medio tempore predictum Augelum de Marra ab officio quod habebat contingit amoveri, propter quod volumus mercatores predictos per te qui substitutus es illi de predicto mutuo quietari; fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, si mercatores ipsi predictas licteras nostras tam patentes quam alias quas misimus Angelo pretaxato, tibi assignaverint, tu ipsas recipiens, ipsos in predicto termino secundum formam licterarum ipsarum de predicta pecunia debeas quietare, tam de sorte quam de interesse, si forte, quod omnino nolumus, post terminum ipsum solutio differretur. Tu tamen provideas diligenter ne terminus transeat propter tui negligentiam quod dampnum inde curia nostra incurrat, et receptis predictis licteris, nichilominus de solutione ipsa facias aliud scriptum competens ad cautelam curie nostre.

Datum in castris prope Mediolanum, XXI octobris, XIII indictionis.

Gregorius, papa, Ludovico regi Francorum scribit quibus causis Fridericum dictum imperatorem excommunicatum denuntiaverit, hortaturque ut benigne Prenestinum episcopum Apostolicae Sedis legatum ad partes Franciae transmissum recipiat. Anagniae, 21 octobris.

(Inedit. in archivo Franc. praecipuo, *Trésor des chartes*, cart. J. 352, n° 1, ex originali unde pendet plumbea bulla.)

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio . . . illustri regi Francie salutem et apostolicam benedictionem. Dei filius cujus imperiis totis orbis obsequitur, cujus beneplacitis celestis exercitus agmina famulantur, secundum divisiones linguarum et gentium in signum divine potentie diversa regna constituit, diversa populorum regimina in ministerium mandatorum celestium ordinavit, inter que, sicut

tribus Juda inter ceteros filios patriarche ad specialis benedictionis dona suscipitur, sic regnum Francie pre ceteris terrarum populis a Domino prerogativa honoris et gratie insignitur. Nam velut prefata tribus regni prefigurativa predicti undique fugabat hostium cuneos, terrebat et conterebat undique ac suis subjugabat pedibus per circuitum inimicos, non aliter idem regnum pro exaltatione catholice fidei dominica prelia dimicans et in orientis et occidentis partibus pro defensione ecclesiastice libertatis Ecclesie hostes expugnans, sub vexillo clare memorie predecessorum tuorum quandoque Terram Sanctam superna dispositione de manibus paganorum eripuit, quandoque Constantinopolitanum imperium ad obedientiam Ecclesie Romane reducens, dictorum predecessorum studio Ecclesiam ipsam a multis periculis liberavit, pravitatem hereticam que in partibus Albigensium fere fidem extirpaverat christianam, totis viribus expugnare non destitit donec ea quasi penitus confutata fidem ipsam ad pristini status solium revocavit. Sicut prefata tribus velud relique nunquam a cultu dominico declinasse legitur, sed idolatras et ceteros infideles multis expugnasse preliis perhibetur, sic et in eodem regno quod a devotione Dei et Ecclesie nullo casu avelli potuit, nunquam libertas ecclesiastica periit, ullo unquam tempore vigorem proprium christiana fides amisit; quin imo pro earum conservatione reges et homines dicti regni sanguinem proprium fundere et se periculis multis exponere minime dubitarunt. Ad quorum probationem inclite recordationis Caroli et multorum regum progenitorum tuorum gesta colligere possumus; sed tamen ne habito ad infinita descensu a longe exempla veterum colligamus, recolende memorie L. pater tuus non pro ampliatione regni sui sed fidei dominio in dictis partibus Albigensium cum multitudine nobilium, militum et aliorum fidelium eligens preliari, sub sudore militie dominice exutus corpore celo spiritum reddidit, et posteris suis similia faciendi sub quodam tacito testamento preceptum indicens, ad regnum quod Deus preparavit se diligentibus cum eisdem fidelibus quos Dominus in triumphali victoria ad coronam vocavit martirii, cursu laudabili properavit. Ex quibus evidenti ratione perpendimus quod regnum predictum benedictum a Domino redemptore nostro quasi specialem divinarum

Digitized by Google

voluntatum executorem eligens et ipsum sibi sicut faretram circa femur accingens, ex ipsa sepius sagittas electas extrait et eas in tuitionem ecclesiastice libertatis et fidei, in contritionem impiorum et defensionem justitie in arcu brachii potentis emittit. Propter quod predecessores nostri romani pontifices a progenie in progenies tam laudabilia dictorum progenitorum opera recensentes ad ipsos continuum in necessitatibus suis habuere recursum, illique credentes quod non petentium sed causa Dei potius agebatur, petitum nunquam negavere subsidium, quin potius nonnunquam non postulatum Ecclesie oportunitatibus in manu forti indulsere succursum; ex quo et nos scientes quod proprie servat propago vitis originem, quod idem sucus ramos vivificat et radicem et non credentes omnino ut eisdem progenitoribus quibus parificaris honore dominii, patiaris te contrarium moribus et inferiorem virtutum actibus inveniri, quinimo sperantes quod gratia bonitatis que ipsis erat innata in tua sit derivata persona, ad te multa confidentia ducti recurrimus ut sicut tenemur serenitati tue plagas longe duriores et diriores quam in crucis patibulo inflicte fuerunt regi omnium seculorum, quas in corpore Christi multis blasphemiis et aliis modis quasi obducta cicatrice F. dictus imperator jam renovat et cruentat, aperire possimus : qui ministerio proditoris velamen amplexatus ut Dominum crucifissoribus tradere posset habentis, uti minime erubescens, se divinis misteriis que ante sententiam in se latam quasi paganus penitus abhorrebat, ut sub pallio pietatis facilius Christum in Ecclesia sua de novo crucifigere valeat, in sue proditionis augmentum immiscere presumit, sicque secum omnes quos potest in via proditionis attrahens ad excusandas excusationes in peccatis litteras quasdam de promptuario fallaciarum suarum emittit; ex quibus cum earum principium a veritatis via penitus deviet, finis cum medio falsitati omnino concordet, nichil in mentis discrete credulitatem assumitur nisi quid mendaciorum compositorum artium suarum ingenio fortius confutetur. Propter quod consultius attendentes quod hec vulnera non debebamus tam pernicioso occultare silentio, ipsum super predictis et multis aliis sceleribus sepe sepius coram venerabilibus prelatis ecclesiarum apostolicis scriptis et solemnibus nun-

Digitized by Google

tiis monitum et ad emendationem longis retroactis temporibus expectatum, spe nobis de ipsius correctione subtracta, de consilio fratrum nostrorum post frivolas responsiones suas excommunicationis vinculo duximus innodandum, quia etsi in occupatione bonorum Ecclesie tolerari aliquatenus non deberet, multo fortius super excidio fidei nostra vel cujuscunque circa eum deberet patientia penitus reprobari. Hinc est quod nos Christi qui pro salute hominis descendens e celis ad predicandum evangelium in universum mundum transmisit apostolos, exemplo compulsi, ad te precipuum, te carissimum Ecclesie filium, te speciale subsidium, te refugium singulare, venerabilem fratrem nostrum episcopum Penestrinum virum approbate bonitatis et sanctitatis experte, magnum Ecclesie Dei membrum, officio sibi legationis commisso pro defensione fidei pro qua laborare tenetur quilibet qui christiana professione censetur, dirigimus et per eum in tante necessitatis articulo tui brachii auxilium invocamus. Cum enim pugnare pro eripienda Terra Sancta de manibus paganorum sit perpetue vite meritorium, multo majoris meriti esse creditur si eorum qui exterminium fidei in qua salus totius mundi consistit et Ecclesie machinantur generalis excidium, impietas expugnetur. Speramus autem et pro firmo tenemus quod Jhesu Christo qui pro redemptione tua servi formam accipiens proprium sanguinem crudeli perforatus lancea fundere et in cruce mortis voluit subire tormentum, qui diebus istis a dicto F. eum asserente in utero Virginis minime descendisse, crudeliter in se et membris suis ac multipliciter impugnatur, curabis tanquam atleta dominicus potenter assistere, et honorem Christi cui nulla debes vel potes ratione deesse et Ecclesie sponse sue, bonum statum fidei et omnium fidelium totis viribus conservare studebis. Igitur prudenter attendens quod id tempus ad hoc est ab eterno conditore dispositum ut nunc publice notitie suorum revelet animos amicorum, dicti F. qui eumdem episcopum, immo Christum et Ecclesiam suos capitales asserit inimicos, detractionibus et mendaciis tua in nullo moveatur constantia puritatis, quin immo eumdem legatum vel potius Christum in ipso cujus legatione fungitur et pro cujus tantum fide laborat, prompta benignitate suscipiens et ei honore, sicut regiam magnitudinem decet, impenso, fre-

Digitized by Google

quenter infra tui pectoris archana revolvens quatenus dictis progenitoribus tuis ex obseqnio Ecclesie prestito laudis titulus et honoris accrevit, dictorum progenitorum excitatus exemplo, Apostolice Sedi, immo Deo et toti populo christiano illud in hoc articnlo consilium et auxilinm studeas impertiri propter quod in celesti palatio perpetue merearis diademate glorie coronari.

Datum Anagnie, XII kalendas novembris, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Mandatum ad justitiarium Aprutii ut inquisitionem faciat super omnibus quae continentur in cedula contra Gentilem de Grandinato porrecta.

In castris prope Mediolanum, 22 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 15 recto; in edit. Carcan., p. 254.)

Mandante domino imperatore per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit notarius Rogerius de Salerno :

Fredericus, etc., justitiario Aprutii, etc. Cedulam continentem quosdam excessus contra Gentilem de Grandinato culmini nostro porectam per Rogerium de Pollntro tibi mictimns licteris presentibus interclnsam, cujus cednle per omnia similem in nostra camera jussimns conservari; et quia de hys omnibns que continentur ibidem per te plene scire volumus veritatem, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenns ipsins cedule diligenter inspecto tenore, super omnibus que continet inquisitionem facias diligentem, qnam fideliter in scriptis redactam sub sigillo tuo ad curiam nostram studeas celeriter destinare.

Datum in castris prope Mediolannm, XXII octobris, XIII indictionis.

Quas licteras recepit sigillatas idem magister Rogerins de Salerno.

Digitized by Google

In castris prope Mediolanum, 22 octobris.

Responsales ad castellanum Castri Maris de Vulturno quod Andreas de Cicala servientes et solidos pro custodiendo eodem castro providere debeat.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 15 recto; in edit. Carcan., p. 254.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Aymoni de Lauro castellano Castri Maris de Vulturno, etc. Licteras devotionis tue benigne recepimus et que continebant intelleximus diligenter. Verum quia per eas significasti nobis te recepisse castrum nostrum predictum custodiendum ad honorem et fidelitatem nostram, et nichil pro victu vel munitione castri necessarium recepisse ab eo qui castrum ipsum hactenus custodivit, ecce quod scribimus Andree de Cicala a porta Roseti, etc., fideli nostro, ut quantitatem servientium quam custodie castri viderit oportunam tibi statuat et de solidis et companagio pro eisdem tibi studeat providere, secundum quod fit uni ex aliis castris nostris.

Datum in castris prope Mediolanum, XXII octobris, XIII indictionis.

Item predicto Andree de Cicala, etc., ut eidem castellano statuat pro custodia castri ipsius servientes et vidandas, quas ad ipsam custodiam viderit expedire, prestiturus eidem ex tunc pro solidis, companagio et munitione castri que viderit oportuna.

In castris prope Mediolanum, 23 octobris.

Mandatum ad justitiarium Terrae Laboris ut Fundanum episcopum de regno expellat, omnibus ejus bonis infiscatis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 15 recto; in edit. Carcaniana, p. 255.)

Digitized by Google

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Cum Fundanum episcopum propter ingratitudinem et indevotionem suam, et quem merito suspectum habemus, in regno nostro morari nolimus, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus receptis hys literis ipsum de regno expellas, bonis suis omnibus infiscatis, que per Riccardum de Pulcaro fidelem nostrum facias cum diligentia procurari, sicut per eum alias vacantes ecclesias jurisdictionis sue mandavimus procurandas; super premissis illud studium habiturus ut diligentiam tuam ex opere commendemus.

Datum in castris prope Mediolanum, XXIII octobris, XIII indictionis.

Henricus, rex Sardiniae et imperii in Italia legatus, universitati civitatis Esii totum et integrum comitatum Esinum cum omnibus ejus pertinentiis concedit et confirmat, promittitque quod compositio inter imperium et Ecclesiam non interveniet, nisi praesens privilegium Ecclesia ratum habuerit. In castris juxta flumen Mozonis, octobri.

(Edid. BALDASSINI, *Storia di Jesi,* appendice n° X, p. XVI, quibusdam praetermissis ad elucidandum sensum minus necessariis.)

Henricus, Dei et imperiali gratia rex Sardinie et Gallure et sacri imperii totius Italie legatus, domini imperatoris filius. Per presens scriptum notum facimus quod nos, etc., que universitas civitatis Esii, etc., liberalitati, ex imperiali nobis auctoritate commissa damus, concedimus et confirmamus domino sindico et nuntio civitatis Esine recipienti pro parte totius universitatis ejus, in perpetuum, totum et integrum comitatum Esinum cum castris, villis, castellanis, villanis intus et foris habitantibus, et villas Riparum, montis Turrium, Murrum, Albarellum, montem Sancti Viti et totum et integrum districtum olim a communi Senogallie ipsi

Digitized by Google

civitati et universitati Esine datum cum omnibus actibus, manualibus silve Castagnole, cum suis pertinentiis, silvis, terris cultis et incultis et jurisdictionibus plenis et integris omnium supradictorum, ut in eis et de eis dictum commune Esinum facere, etc. Volumus, etc., ad majorem dignitatem civitatis Esii confirmare quod commune Esinum plene et libere faciat suum regimen intus in civitate et extra et per comitatum per loca predicta et ubicumque habet cives vel capellanos suos, etc. Concedimus insuper et habere promittimus quod si aliquo tempore compositio inter imperium et Ecclesiam intervenerit, videlicet quod Marchia restituatur Ecclesie, dominus imperator Marchiam prefatam nulla ratione restituet nisi prius Ecclesia presens privilegium universitati Esine a nobis indultum ratum et firmum perpetuo habere promittat. Et ut hec omnia in perpetuum firma et illibata permaneant, presens scriptum, etc.

Datum in castris juxta flumen Moxonis de comitatu Auximano, anno M. CC. XXXIX, menso octobris.

[Ante castra pontis Placentiae, 29 octobris.]

Fridericus, Romanorum imperator, regi Angliae sororio suo scribit valde mirans quod sententiam in se a papa latam non solum in regno suo publicari permiserit, sed etiam pecuniam contra se ministrari; unde nuntium mittit, cum certior esse velit a quibus debeat expectare consilium et a quibus sit cavendum.

(Edit. ap. Matt. Paris., *Histor. maj. Anglor.*, p. 356-357, et ap. Rymer, *Foedera et Convent.*, t. I, p. 134, notis chronologicis omissis quae tamen ex epistola sequenti supplentur.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, illustri regi Anglorum salutem et sincere dilectionis affectum. Cum inter reges orbis et principes affinitas interdum et matrimonium contrahitur, tanto magis inter eos affectio debet vel unio potius suboriri quanto majores aliis et in altioribus positi speculis dignitatum, virtutum inferioribus debent exempla porrigere, quantoque per unanimes

voluntates ipsorum pax et concordia firmior crescit in populis, honores servantur in alterutrum, suorumque roborantur in posterum jura regnorum. Et cum hujus fructum ex affinitate nostra nobis et vobis crediderimus hactenus proventurum, presertim cum obligationem cognationis nostre firmaverint sacra sequentium pignora filiorum, totum intentioni nostre contrarium, quod dolentes et inviti referimus, experimur; dum preter id quod illatam nobis per romanum pontificem manifestam injuriam, quam nobis pre ceteris terre principibus prorsus intolerabilem credebamus, conniventibus oculis pertransistis, iniquam ipsius contra nos et plenam odio carnali sententiam permittendo vobis audientibus et scientibus non sine multa nostri injuria et imperii verecundia et jactura per regnum vestrum undique publicari, nunc prout certo comperimus eidem capitali inimico nostro fatue obediendo, honorem nostrum et sanguinem sitienti, de ecclesiis regni vestri vestra ac predecessorum vestrorum quos reputari nostros nostra compellit affinitas, pia largitione ditatis, ad impugnationem nostram pecuniaria sinitis subsidia, tallias et collectas ministrari. Attendat igitur industria regia callidis non circumventa consiliis si vos deceat et vobis expediat sororium et fratrem aut saltem amicum seu postremo quemquam regem aut principem cui non indixeritis prelium, sicut est regni juris et moris, pecunie vestre viribus impugnari. Et quid refert auro et argento vel armis per vos vel patientibus vobis hostis nostri presidia muniantur? Presertim cum ab experto sciamus quod majoris auxilii manum contra nos pape porrigere non possetis quam si de regno vestro permittatis pecuniam ministrari, de qua Mediolanensibus et aliis proditoribus nostris stipendiarios milites pollicetur, per quam devotos et fideles nostros a fidelitate nostra seducere nititur, adeoque quod aliquorum debilium fidem in evidentem infamiam et non minus in perpetuum eorum exitium, est hujus pretii venalitate mercatus. Pro Deo, frater carissime, non primum istud a vobis incipiat vel contra nos saltem quod gratis reges a regibus impugnentur, nec sic cervicem regiam papalis dominii jugum premat ut in offensam evangelici dogmatis et nature, proximum, sororium et amicum, imo fratrem, vos in tantum delectet offendere, maxime cum in instanti negotio non magis nostra

Digitized by Google

quam vestra et aliorum regum et principum, si sane diligenterque attenderitis, per consequens res agatur. Quocirca serenitatem regiam presentium tenore affectuose requirimus ac rogamus quatenus industriam ac potentiam vestram talibus ex quibus tantum obstaculum formidamus, sicut amorem et honorem nostrum diligitis, tam strenue quam viriliter opponatis, non permittentes de redditibus, talliis, collectis aut aliquibus aliis obventionibus regni vestri pecuniam aliquam ad romanam curiam deportari. Nec istud vos decet aut expedit conniventia qualibet aut dissimulatione pertransire, sicut vos non velletis quod contra vos a nobis et nostris qualiacumque petita vel petenda suffragia daremus aliquibus vel modo quolibet dari pateremur. Alioqui nedum simili, sed justiori per vos instruamur exemplo, ut iis qui nobis attinent et quibus vinculo veteris dilectionis astringimur, hucusque negata contra vos et regnum vestrum largiremur, dum vos papa in prosecutione justitie nostre favorabiles invenerit qui vobis in nullo penitus attinet, nisi quod gloriatur, quod non sine multa verecundia dicimus, in vobis habere domini ligii potestatem. Super premissis autem singulis et super aliis omnibus servitiis nostris in ipsis partibus procurandis, ecce mictimus vobis H. Chalbaot (*a*), militem et fidelem nostrum, latorem presentium, dilectionem vestram rogantes attentius quatenus ea que vobis ex parte nostra dixerit sicut persone nostre indubitanter dilectio vestra credat et adimpleat cum effectu, ac per ipsum precise ac determinate respondeat quicquid de predictis omnibus providerit et ordinaverit faciendum. Volumus enim in instantibus negotiis esse certi a quibus debeamus expectare consilium et a quibus sit cavendum (1).

(*a*) Nomen ut arbitramur mutilum, dum apud Rymerum legatur *H. de Eambota* et in epistola sequenti *de Cambota*. Quae sit justa lectio nescimus.

---

(1) Cui epistolae adjicit Matth. Parisiensis : « Et quia verbum domini imperatoris positum fuit in ore ipsius nuntii dicti H. Chalbaot, in magna parte mutilata est praesens amicabilis epistola et multa sunt sub taciturnitate praetermissa. Rex vero respondit rescribendo quod voluntati papae non est ausus contradicere, sed mirabatur supra modum quod soror sua imperatrix non adhuc coronam in locis et civitatibus solennibus in imperio magnifice portavit. »

Digitized by Google

Fridericus, Romanorum imperator, universis nobilibus regni Angliae querelam mittit quod sententiam in se inique latam per totum Angliae regnum publicari et pecuniam ad curiam Romanam deportari passi fuerint, monens se ab ipsis talia ulterius sustinere non posse. Ante castra pontis Placentiae, 29 octobris.

(Edit. ap. Rymer, *Foedera et convent.*, tom. I, p. 134, ad ann. 1238, sed perperam, dum inepte legerit *indictione XI.*)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, comitibus, baronibus et universis nobilibus regni Anglie dilectis sibi salutem et omne bonum. Si diligenter karissimi fratris et sororii nostri regis illustris domini vestri serenitas et industria regia prout deceret et deberet attenderet, et vos apud quos nobilitas, industria, exercitium militare et animi robur hucusque resedit, inter quos etiam semper extitit fida fides, qui omni jure videlicet et natura regi vestro et domino dare velitis consilium salutare, ipsi domino vestro dixissetis et adhuc ad litteram dixeritis quale quantum et quam grande sit matrimonii et affinitatis vinculum quod inter regem Anglie et romanum principem est contractum, et qualiter illud voluntas Dei excelsi firmavit per sequentia pignora filiorum et quos fructus ex eo per consequens credatur inter regnum et imperium proventuros; tam ipse quam vos daretis operam toto posse qualiter uterque nostrum diligenter alterum indempnem conservaret et inimicus homo ab affectu alterius alterum reducere et avertere non valeret. Sed nescimus quomodo, cujus instinctu, cujus utilitatis, quin potius dampni, frater et sororius noster et vos omnes et singuli, quod dolentes et inviti referimus, tam apertam malitiam, tam enorme flagitium, tam immane scelus, tam evidentem injuriam illatam romano principi per romanum antistitem, que non solum imperatorem et

imperium tangunt nec solum reges et principes, verum etiam omnes et singulos universe terre nobiles et magnates, conniventibus oculis toleratis; equanimiter patientes iniquam et carnali odio plenam sententiam Gregorii romani pontificis in nos latam contra fratrum consilia, contra Deum et omnem justitiam, in favorem hereticorum Mediolanensium et suorum complicum, quorum ipse factus est defensor et publicus consiliarius et contra nos et imperium nostrum precipuus receptator, in oculis regis vestri et vestris per totum regnum Anglie publicari, que diffamationem nostri nominis continet et honoris. Et utinam ista sufficerent! sed quod pejus est et majestatem nostram tangens acrius, regis thesaurum, clericorum bona et ecclesiarum per tallias, collectas et alias extorsiones multiplices ad impugnationem nostram permittitis in regno fieri, ad curiam romanam deportari, et qui eratis olim liberi sicut ceteri christiani, nunc autem per nimiam tolerantiam facti estis servi. Ha Deus! sustineret hec hodie si viveret Henricus senior rex Anglie? Et recolende memorie rex Ricardus et alii paterentur ne istud? Non utique, quia nec minora hiis equanimiter tolerabant. Animadvertite ergo viri illustres et videte, si frater et sororius noster et vos talia ex quibus tantum obstaculum formidamus, fieri sustinetis, quale debetis in posterum a nobis expectare presidium et premia reportare; sed ut apertius liqueat de intentionis nostre proposito, non alia quam hostis ab hoste et inimicus ab inimico reportat. Universitatem igitur vestram affectuose requirimus et rogamus quod super tantis et talibus periculis tam apud regem quam apud nosmetipsos sic strenue ac animose ac provide vos exercere studeatis et gerere ut si a rege regni Anglicani et a vobis non speremus in negotio instanti presidia, saltem non oporteat nos pericula formidare; quod pro certo scitote de vobis nullatenus ateremur. Ceterum quia jam super predictis et aliis servitiis nostris in partibus vestris procurandis Hugonem de Cambota, militem nostrum et fidelem nuncium, latorem presentium, ad eumdem regem et sororium nostrum et ad vos providimus destinandum, per quem de ipsius regis et vestra responsione esse possimus certi ut sciamus a quibus debeamus expectare consilium et auxilium et a quibus etiam sit cavendum, dominationem vestram monemus attentius qua-

Digitized by Google

tinus ea qne ex parte nostri culminis vobis referet sicut nobis vestra credat affectio.

Data in castris ante castra pontis Placentie, quarto kalendas novembris, XIII indictione (a).

Fridericus, Romanorum imperator, cuidam significat se post depopulationem districtus Mediolanensis in civitatem Cumanam noviter ad fidelitatem reversam capitaneum misisse et ante pontem Placentiae castra defixisse, infra paucos dies urbem expugnandam nuntians.

[In castris ante pontem Placentiae, octobri exeunte.]

(Inedit. ex cod. Bibl. Cesar. Paris., *fonds S. Germ.-Harlay*, 455, pars II, n° XLVII, sine titulo.)

Ut nostrorum felicium series continuata successuum desideria tua non lateat, fidelitati tne dnximns intimandum quod dudum a depopulatione Bononie redeuntes, dnm membris circumquaque contritis quassare caput perfidie Mediolanensis civitatis irrevocabili proposito firmaremus, congregatis fidelibus nostris Cremonensibns et . . . ceterisqne usque ad radicem montium Provincie constitutis, strenua militia Germanornm et aliorum, etc., ita quod similis exercitus a longis retro temporibus non est visus, districtnm Mediolanensem feliciter intravimus et potenter, et licet hostium pravitas nostrum adventum presciens ad fodienda quedam valla qnibus iter nostrum impedire credebat ante diutins exivisset, statim tamen pro factis ex instanti pontibus trans flumen Lambri transivimus versus eos; qui de fuga potius quam virium presidio confidentes, de loco recesserunt predicto et castra sua inter sepes et foveas defixerunt ante januas civitatis, castra, villas et quecumque habuerant ea parte qua nobis processus erat flammis et gladiis nostri exercitus relinquentes, dum

(a) In omnibus Rymeri editionibus *IX indictione*, male.

Digitized by Google

votis suis satis haberent si inter vallorum anfractus et loca palustria quibus se pro muris muniverant, possent ultionis nostre gladium nunc saltem a suis cervicibus revocare, natura locorum ad eos iter fieri non sinente. Ipsis igitur sic inclusis nec audentibus a foveis quibus latebant caput saltem erigere, vastationis gladius et nostri flamma judicii universa desiderabilia eorum in oculis suis circumquaque vagantes in desolationem perpetuam combuxerunt usque ad menia civitatis, et infidelis populus qui dudum gloriabatur terram districtus sui non susceptibilem cavillarum nec fas esset alicui armis attingere fines suos, opprobrium suum viderunt in januis, nec etiam sustinere poterant castra nostra sequentium convicia garcionum. Non defuit etiam ex alia parte infortunium eis, dum civitas Cumana quam dudum oppressam tenuerant ad nos conversa totaliter, prestito cum omni devotione nobis et imperio fidelitatis juramento ac recepta cum omni reverentia potestate quem de curia nostra duximus transmittendum (1), subitis invasit aggressibus partem illam, et preter innumerabilem copiam animalium et aliorum bonorum que portaverunt, multa castra et villas summiserunt incendiis, in aliis bonis ipsorum gladiis non parcentes. Et ecce misimus illuc capitaneum (2). . . . . . . loco nostri cum decenti militum comitiva, et omnia castra et munitiones Cumane civitatis que nunquam Mediolanenses aliquo tempore, quantacumque inter eos pace habita, potuerunt habere, nostris assignaverunt beneplacitis et mandatis. Nos itaque hiis omnibus feliciter actis, ne Placentia iniquitatis filia tantarum oppressionum malis remaneret immunis, ante pontem Placentie feliciter defiximus castrà nostra ut antequam tempus castrametantibus aptum penitus affluat, in tam precipuo membro suo Mediolanensium caput et tam speciale membrum in capite feriamus. Ad cujus destructionem potenter insistimus, et sic tam in terrestribus quam in navalibus ingeniis ipsam intendimus expugnare quod infra paucos dies aut ruina quassabit aut flamme judicio summittetur.

---

(1) *Guillelmus de Lauro*, ut monet Cantu in sua *Cumensi historia*.

(2) Scilicet Bertholdum marchionem de Foenburg (Hohenburg), de quo in documentis infra relatis amplior mox aderit mentio.

Digitized by Google

Patentes litterae et mandatum pro Paulo et Petro de Leone mercatoribus Romanis de unciis auri CXCVIII in camera assignatis et in futurum mensem januarii exsolvendis. Ante pontem Placentiae, 31 octobris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 15 verso; in edit. Carcan., p. 255.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia licteras patentes in hunc modum :

Fredericus, etc. Notum facimus universis quod Paulus de Leone et Petrus de Leone fratres, mercatores romani, fideles nostri, mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras XLVIII, solidos XIII et denarios VI pro unciis auri CXCVIII ad generale pondus regni, ad rationem de solidis V minus denario I per unciam, de quibus promisimus et convenimus eis ut Marinus de Valle, Angelus de Marra et judex Eufranus custodes erarii nostri Salvatoris ad mare fideles nostri de pecunia ejusdem erarii nostri que est per manus suas pro parte curie nostre predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuncium vel procuratorem ipsorum per totum mensem januarii proximo futuri hujus XIII indictionis sine defectu et difficultate debeant quietare; et si forte aliquo casu predictus solutionis terminus transiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur de singulis C unciis tres uncias auri ad generale pondus regni per mensem predicti custodes erarii solvere eis tenentur et debent de predicta pecunia nostra pro dampnis et interesse, et nichilominus integre et cum omni celeritate solvere uncias supradictas. Ad hujus autem rei memoriam et predictorum mercatorum cautelam, presentes licteras eis fieri, et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in castris ante pontem Placentie, ultimo octobris (*a*), XIII indictionis.

(*a*) Sic in titulo; at in textu *XXVIIII*.

Eodem die de superiori mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., Marino de Valle, Angelo de Marra et Eufrano de Porta custodibus erarii Salvatoris ad mare, etc. Notum facimus fidelitati vestre quod Paulus de Leone et Petrus de Leone fratres mercatores romani, fideles nostri, mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras XLVIII solidos XIII et denarios VI pro unciis auri CXCVIII ad generale pondus regni ad rationem de solidis V minus denario I per unciam, de quibus unciis promisimus et convenimus eis ut vos de pecunia erarii nostri que est per manus vestras pro parte curie nostre, per totum mensem jannarii proximo futuri hujus XIII indictionis, sine defectu quolibet quietetis, et si forte quod omnino nolumus aliquo casu predictus solutionis terminus transiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur, de singulis C unciis tres uncias auri ad generale pondus regni per mensem eis pro dampnis et interesse solvere debeatis, et nichilominus integre et cum omni celeritate solvere uncias supradictas. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus adveniente termino supradicto predictas CXCVIII uncias auri ad generale pondus regni mercatoribus ipsis vel alteri eorum, vel certo nuncio aut procuratori eorum de pecunia erarii nostri que est per manus vestras pro parte curie nostre sine majoris more dispendio persolvatis, et si forte ut predictum est aliquo casu ipsius solutionis terminus transiret, deinde in antea quamdiu differretur solutio, de singulis C unciis tres uncias auri ad generale pondus regni per mensem, pro dampnis et interesse, de eadem pecunia curie nostre solvatis eisdem, provisuri tamen ut predicto termino quietentur ne per moram curia nostra dispendium usurarum incurrat. Vos autem soluta ipsa pecunia, patentes licteras nostras quas eis de ipso mutuo fecimus, recipiatis ab eis; facturi etiam aliud scriptum competens de solutione ipsa ad curie nostre cautelam, et si forte vos omnes presentes non eritis, nichilominus quicumque vestrum tunc presens fuerit nostrum beneplacitum exequatur.

Datum (*ut supra*).

Digitized by Google

Mandatum ad Henricum Abbatem pro pecunia ad Henricum Turrium et Gallure regem deferenda. Apud pontem Placentiae, 1° novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 16 recto; in edit. Carcan., p. 256.)

De imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., Henrico Abbati, etc. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de pecunia curie nostre per te cum galeis nostris noviter de regno delata, quinque millia unciarum auri Symoni de Urxone civi Capue latori presentium fideli nostro assignari procures et recipias ab ipso exinde apodixam; predictam autem pecuniam ad generale pondus regni sibi exhibere curabis, Henrico dilecto filio nostro regi Turrium et Gallure pro nostris servitiis deferendam.

Datum in castris apud pontem Placentie, primo novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Criscium Amalfitanum de litteris pro curiae servitiis incontinenti transmittendis. Apud pontem Placentiae, 1° novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 16 recto; in edit. Carcan., p. 256.)

De imperiali mandato scripsit P. de Capua :

Fridericus, etc., Criscio Amalfitano, etc. Quia mictimus quasdam licteras nostras (*a*) quibusdam fidelibus nostris in Terram Laboris pro nostris serviciis exercendis, quas tibi dabit Philippus de Zunculo fidelis noster, fidelitati tue precipimus quatenus lictoras ipsas ad eos quibus mictuntur incontinenti transmictas.

(*a*) Quae fuerunt de provisoribus castrorum, ut monet marginalis codicis nota.

Digitized by Google

Datum iu castris apud pontem Placentie, primo uovembris, XIII iudictionis.

Apud pontem Placentiae, 1° novembris.

* Mandatum ad secretum Messanae pro Americo de Monteforte et caeteris crucesignatis honorifice in regno recipiendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 16 recto; in edit. Carcan., p. 256.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrnm de Vinea scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., secreto Messaue, etc. Intellexit sereuitas uostra quod comes Americus de Mouteforti cum quibusdam uobilibus et crucesignatis applicnit in regnum volentibus trausfretare ad servitium Jesu Christi. Quos cum iu terra uostra houorari velimus, Philippum de Zuuculo, uuucium et fidelem uostrum, illuc duximus destiuaudum; fidelitati tue precipimus quateuus quicquid idem Philippus tibi ex parte uostra dixerit indubitanter credas, et procedas juxta ordiuatiouem suam sicut iu mandatis recepit a uobis, ut devotiouem tuam, etc.

Datum iu castris apud poutem Placentie, primo novembris, XIII iudictionis.

Similes facte sunt per omuia ad Roggerium de Amicis justitiarium Sicilie citra flumen Salsum.

Similes facte sunt per omuia ad Guillelmum de Anglone justitiarium Sicilie ultra flumen Salsum.

Apud pontem Placentiae, 2 novembris

Mandatum ad Criscium Amalfitanum pro construendis molendinis in fluminibus Lelle et Senelle.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 16 recto; in edit. Carcan., p. 256.)

Digitized by Google

Mandante domino imperatore per magistrum Riccardum scripsit notarius Rogerius de Salerno :

Fredericus, etc., Criscio Amalfitano camerario Aprutii, etc. Accedens ad presenciam nostram Rogerius de Collutro exposuit coram nobis, quod in flumine Lelle (a) et Senelle que vicina sunt Penne de Voce (b) possunt construi molendina ad commodum curie nostre et non modicam utilitatem hominum terre ipsius. Cum igitur velimus comodum curie nostre et utilitatem nostrorum fidelium procurari, fidelitati tue mandamus quatenus si est ita quod in fluminibus ipsis molendina commode fieri possint ad commodum curie nostre et utilitatem hominum predictorum, tu molendina ibidem ubi tibi melius et commodius ad commodum et utilitatem curie nostre videbitur redundare, construas et edificari facias qualia et quanta cognoveris nostris commoditatibus expedire, de pecunia curie nostre que est per manus tuas.

Datum in castris apud pontem Placentie, II novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad justitiarium vallis Gratis et terrae Jordanae super camerariis qui marescallis curiae necessaria ministrare non curarunt. Ante pontem Placentiae, 4 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 16 verso; in edit. Carcan., p. 256.)

De imperiali mandato facto per R. de Trentenaria scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Tholomeo justitiario vallis Grate et terre Jordane. Nostre nuper innotuit majestati quod obeunte quondam Mattheo Marchafaba secreto Messane, fideli nostro, camerarii vallis Grate et terre Jordane qui tunc temporis erant in marescalis nostris ipsarum partium, secundum quod ordinaverat dictus quondam secretus, ministrare necessaria non curarunt,

(a) In cod. Phillipps. *Lebe.*

(b) Ibidem *de Vite.*

Digitized by Google

propter quod marescalle ipse nostre tam stallonum quam aliorum equorum magnam passe sunt lesionem, et nisi qui statuti [sunt] super marescallis ipsis fideles nostri ad servitia nostra debitam curam habentes de suo proprio subvenerint, marescalle ipse irreparabile dampnum propter camerariorum ipsorum negligentiam incurrissent. Quare fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus, receptis his licteris, super premissis inquisitionem facias diligentem tam per statutos super marescallis ipsis, quam per alios horum consocios fide dignos, et si inveneris predictos camerarios, prout statuerat dictus quondam secretus, in dandis oportunis omnibus pro marescallis ipsis fecisse defectum, ipsos capias de personis, et facias cum diligentia custodiri; super premissis tamen cum ea diligentia processurus quod tuum in his studium commendemus.

Datum in castris ante pontem Placentie, IV novembris, XIII indictionis.

Similes scripsit ad G. de Montefuscolo justitiarium Calabrie pro camerariis Calabrie.

Eodem die de superiori mandato scripsit idem:

Fredericus, etc., Majori de Plancatone secreto Messane. Significaverunt culmini nostro statuti super marescallis nostris Calabrie, quod obeunte quondam Mattheo Marchafaba secreto Messane, secundum quod ipse ordinaverat, necessaria pro marescallis ipsis tam pro stallonibus quam pro aliis equis nequiverunt habere propter negligentiam camerariorum ipsarum partium qui tunc erant, propter quod ipsi ad servitia nostra debitam curam habentes, de suo in marescalis ipsis expensas fecerunt ne pro necessariorum defectu marescalle ipse incurrerent lesionem. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, si tibi constiterit ita esse, ea que tibi constiterint statutos predictos secundum ordinationem predicti quondam secreti recipere debuisse pro marescallis ipsis nec a nostra curia recepisse ab eo tempore quo ipsa necessaria non receperunt, sed expenderunt de suo, ipsis de proventibus curie nostre facias exhiberi; in antea autem sic in dandis omnibus oportunis pro marescallis ipsis intendas ut nullus defectus existere valeat in eisdem. De predictis autem camerariis qui predictum fecerunt defectum, ecce scribimus justitiariis

Digitized by Google

ipsarum partium ut diligenter inquirant et si invenerint ipsos in marescallis nostris fecisse defectum, ipsos capiant de personis.

Datum (*ut supra*).

Mandatum ad Alexandrum, filium Henrici, pro Nicolao de Calochuro custode domorum imperialium Salpe et Trium Sanctorum. Ante pontem Placentiae, 4 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 16 verso; in edit. Carcan., p. 257.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Camera scripsit L. de Brundusio :

Fredericus, etc., Alexandro filio Henrici, etc. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus Nicolao de Calochuro custodi domorum nostrarum Salpe et Trium Sanctorum fideli nostro expensas, sicut dudum recipiebat a Thomasio de Brundusio predecessore tuo, de proventibus curie nostre qui sunt per manus tuas, amodo in antea debeas exhibere et pro avibus nostris quas in predictis locis eum custodire tibi constiterit, recepturus de his que sibi dederis apodixam.

Datum in castris ante pontem Placentie, IV novembris, XIII indictionis.

Litterae patentes et mandatum pro mille centum et triginta unciis auri de victualibus curiae duobus mercatoribus Provincialibus assignandis. Ante pontem Placentiae, 4 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 17 recto; in edit. Carcan., p. 257.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia licteras patentes :

Fredericus, etc. Notum facimus universis quod Gusbertus de Turano et

Bernardus de Lyes (a) mercatores Provinciales vendiderunt et assignaverunt in camera nostra unam magnam scutellam de onichio et alias plures johyas, de quarum venditione habere debuerunt a curia nostra in summa uncias mille ducentum et trigenta, ad generale pondus regni, de quibus unciis, quia centum uncias auri de nostra camera receperunt, de reliquis mille centum trigenta unciis promisimus eis et convenimus ut Angelus Frisarius magister portulanus Sicilie citra flumen Salsum fidelis noster de pecunia victualium curie nostre que est per manus suas debeat quietare; et si de pecunia ipsa vel de parte ejus aliqua voluerint de frumento curie nostre recipere, idem Angelus de victualibus curie nostre que habet assignet eisdem ad illam rationem qua mercatoribus aliis victualia curie nostre venduntur per eum. Ad cujus rei memoriam et predictorum mercatorum cautelam, presentes licteras fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in castris ante pontem Placentie, IV novembris, XIII indictionis.

Item scripsit :

Fredericus, etc., Angelo Frisario, etc. Notum facimus fidelitati tue quod Gusbertus de Turano et Bernardus de Lyes mercatores Provinciales pro una magna scutella de onichio et aliis johys quas vendiderunt nobis et assignaverunt in camera nostra, debuerunt habere uncias mille ducentum et trigenta ad generale pondus regni, de quibus quia centum uncias auri de nostra camera receperunt, alias mille centum trigenta uncias volumus de pecunia victualium curie nostre que est per manus tuas, solvi eisdem; fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de pecunia victualium curie nostre que est per manus tuas, predictis mercatoribus uncias mille centum et trigenta ad generale pondus regni assignes, et si de predicta quantitate pecunie vel de parte ipsius aliqua voluerint de frumento curie nostre recipere, tu eis de frumento curie nostre assignes ad illam rationem qua mercatoribus aliis victualia curie nostre per te venduntur. De solutione autem ipsa fieri facias competens scriptum ad cautelam curie nostre, et licteras nostras patentes quas ipsis de pecunia

(a) In codice Phillipps. *Lyei.*

Digitized by Google

ipsa fecimus, recipias ab eisdem. Si vero frumentum noluerint, tu eos de predicta quantitate pecunie sine difficultate et mora debeas expedire.

Datum (*ut supra*).

Die sabbati V mensis novembris proximi, Papienses videntes flumen Padi nimium crescere . . . naves quas traxerant infra pontem Placentiae destruere ceperunt et bricolam . . . Et die dominico proximo summo mane imperator movit sua castra posuitque ea super costam Orii, remanendo de exercitu suo propter importunitatem temporis et crescentis Padi, quia per quinque dies non cessavit pluere, multa carra et vegetes. . . . Et die lunae sequenti, imperator cum miliciis suis equitavit Laudam, in qua fecit parlamentum cum suis principibus et viris prudentibus suae partis. *Chronic. de reb. in Ital. gest.*, p. 181. 6 et 7 novembris.

Mandata ad justitiarios Aprutii et Terrae Laboris ad inveniendos homines qui sciant occidere lupos et vulpes cum pulvere. Apud Laudam, 6 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 17 verso; in edit. Carcan., p. 258.)

De mandato imperiali scripsit Rogerius de Petrasturmina justitiario Aprutii, ut querat et inveniat in partibus jurisdictionis sue duos homines qui sciant occidere lupos cum pulvere et mictat ad Riccardum de Montenigro justitiarium Terre Laboris, ut statuat eos in waldo patrie ad occidendum ibi lupos et vulpes.

Datum aput Laudam post reditum a ponte Placentie, VI novembris (1), XIII indictionis.

(1) Si fidem integram auctori anonymo quem supra citavimus adhibeamus, rectius ibi *VII novembris* legendum esse credimus.

Digitized by Google

Item scripsit Riccardo de Monteuigro, ut homines ipsos cum ad eum pervenerint statuat in waldo patrie, et donec ibi moram traxerint det eis expensas, et caveat ne venentur alias feras; quas licteras portavit Nicolaus de Calochnro (a).

Apud Laudam, 8 novembris.

Mandatum ad justitiarium Aprutii quod faciat inquisitionem de fructibus perceptis per Raynaldum et Blasium de Transaquis de tenimento quondam Petri Transmundi.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 17 verso; in edit. Carcan., p. 258.)

De mandato imperiali facto per Rogerium de Petrasturmina scripsit Guillelmus de Tocco :

Fredericus, etc., B. Pissono justitiario Aprutii, etc. Scripsisse dudum recolimus Tholomeo de Castellione tunc justiciario Aprucii predecessori tuo ut quia Raynaldus et Blasius de Transaquis fratres privati fuerunt per sententiam curie nostre honore baronie quam pretendebant sibi specialiter in tenimento quondam Petri Transmundi, sibi sicut dicebant a nostra majestate concesso, quia privilegium concessionis nostre ostendere nequiverunt, et restabat ferenda sententia contra eos super fructibus et proventibus de ipsa baronia perceptis a tempore quo dictum tenimentum in baronia tenere ceperunt, nec tamen fieri poterat quousque de quantitate fructuum et proventuum ipsorum fieret curie nostre debita certitudo, idem tunc justiciarius quantitatem ipsorum fructuum et proventuum receptorum per eos toto predicto tempore diligenter inquireret et ad nostram curiam destinaret, prefigens nichilominus peremtorium terminum eisdem Raynaldo et Blasio quo comparerent in curia nostra sententiam audituri; qui sicut de evidentia facti apparuit, mandati nostri quasi surdus auditor et commodum nostre curie negligenter omictens predicta facere non curavit. Cum igitur defectum illius tuo cre-

(a) In codice Phillipps. *Calothuro.*

Digitized by Google

damus studio reparari, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenns inquisitionem diligentem et plenam facias de qnantitate frnctuum et proventuum perceptorum per predictos Raynaldum et Blasium toto tempore supradicto, et ipsam diligenter factam sub sigillo tno ad curiam nostram mictas, prefigens nichilominus eisdem terminum perentorium competentem, qno in curia nostra compareant, super premissis fructibus sententiam anditnri, et de termino ipso curiam nostram reddas tuis licteris certiorem; sic super predictis omnibus diligenter et sollicite processurus nt more predecessoris tni ex defectu notam negligentie non incurras, sed laudem ex effectu operis merearis.

Datum apud Laudam, VIIII (*a*) novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad camerarium Aprutii ut feudum quondam Johannis Sarraceni et omnes fructus a Raynaldo et Massaro de Transaquis indebite percepti curiae restituantur. Apud Laudam, 8 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 17 verso; in edit. Carcan., p. 258.)

Item :

Fredericns, etc., Crescio Amalfitano camerario Aprntii. Scripsisse dudum tibi recolimns et mandasse, ut quia per sententiam curie nostre Raynaldus et Massarns do Transaqnis fnerunt condempnati procuratori curie nostre pro parte nostra ad restitutionem pheudi quondam Johannis Sarraceni et bonornm qne fuernnt antecessorum ipsius Raynaldi in baronia, que omnia legitime constant ad nostram curiam pertinere (1), revocares ad opns nostrum, recepturns nichilominus a predictis R. et M. frnctus omnes et proventus perceptos de dicto pheudo Johannis Sarraceni a tempore mote litis, scilicet ab VIII novembris, XII indictionis, et quidquid

(*a*) Sic in impresso; legendum vero *VIII*.

(1) Sententiam ipsam nunc in *Regesto* memoratam, ad suum locum supra edidimus, p. 313.

inde faceres nostre curie tuis licteris aperires. Tu vero mandatum nostrum efficere neglexisti, sicut ex tua taciturnitate colligitur, quia de predictis nichil nostre curie rescripsisti. Cum igitur te in servitio nostro statuendum duxerimus, ut nostra commoda non omictas, immo ea debeas in omni sollicitudine procurare, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si in exequendo mandatum nostrum predictum fuisti sollicitus, licet in rescribendo remissus, significes nobis licteris tuis quicquid inde feceris seriatim. Si vero fuit utrumque per te negligenter omissum, sic defectum preteritum redimas per curam futuram, ut curia nostra dampnum per tuam negligentiam non incurrat, quod in caput tuum retorqueri non immerito formidares, et nomine curie nostre quid inde feceris curie nostre studeas reserare.

Datum (*ut supra*).

Apud Laudam, 8 novembris.

Mandatum ad Riccardum de Pulcaro pro Bartholomaeo, Ligorio, Bonaventura, Sycunsora et Guerrera, filiis quondam Petri de Ebulo legitimatis, in pacifica possessione bonorum suorum manutenendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 18 verso; in edit. Carcan., p. 260.)

De imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Riccardo de Pulcaro, etc. Bartholomeus, Ligorius, Bonaventura, Sycunsora (*a*), et Guerrera filii quondam Petri de Ebulo, cives Neapolitani, fideles nostri, conquesti sunt coram nobis quod cum dictus Petrus pater eorum solutus genuerit eos ex Marocta muliere soluta quam postmodum in uxorem sibi legitimam copulavit, et ob hoc ex beneficio legis ab Anastasio divo augusto predecessore nostro edite in bonis paternis et maternis tamquam legitimi filii successissent, magister Petrus de Ebulo, Orlandus, Dyonisius et Carolus fratres, patrueles fratres eorum,

(*a*) Alibi *Sinnisora*.

Digitized by Google

molestant et turbant eos super pacifica possessione bonorum ipsorum; propter quod predicte legis favore beneficii non contenti, celsitudini nostre humiliter snpplicarunt ut ipsis de plenitudine potestatis nostre legitimationis beneficinm impertiri de nostra gratia dignaremur, offerentes proinde in recognitionem gratie nostre legitimationis ejusdem vicesimam partem de proventibns bonorum ipsorum nostre curie solvere annnatim. Nos autem ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati ipsos legitimandos duximns de plenitudine potestatis et gratie nostre, prout in patentibus licteris nostris quas sibi de legitimatione ipsa fieri fecimus apertius continetur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus qnatenus a predictis Bartholomeo, Ligorio, Bonaventura, Sycnnsora et Guerrera vicesimam partem de proventibus predictorum bonorum studeas ad opns curie nostre annis singulis integre percipere et babere, faciens ad cautelam curie nostre de quantitate bonorum ipsorum fieri duo publica scripta similia, que distincte contineant locum, qnantitatem, redditum et valorem bonorum ipsorum : unum dimictendum eisdem et aliud ad nostram cameram transmictendum. Tu vero prenominatos Bartholomeum, Ligorium, Bonaventuram, Sycunsoram et Guerreram fideles nostros super pacifica possessione bonorum ipsorum manuteneas et defendas, nec permictas eos a predictis magistro Petro de Ebulo, Orlando, Dyonisio et Carolo occasione predicta in ipsis indebite molestari.

Datum apud Laudam, VIII novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Thomasium de Brundusio pro seminanda avena in Capitanata. Apud Laudam, 8 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 18 verso; in edit. Carcan., p. 260.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Camera scripsit R. de Salerno :

Fredericus, etc., Thomasio de Brundusio, etc. Intelleximus, quod

Digitized by Google

miramur, quod curatuli nostri de Capitinata non seminaverunt totam avenam quam curia nostra habet ibidem. Quare fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus quatenus receptis his licteris injungas eisdem curatulis ut totam residuam avenam seminent loco et tempore oportuno. Datum apud Laudam, VIII novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 8 novembris.

Mandatum ad justitiarium Terrae Bari ut foresta Monopolis et nemora ipsarum partium venationibus apta in defensa ponantur.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 18 verso; in edit. Carcan., p. 260, 261.)

Item scripsit R. de Salerno:

Fredericus, etc., Landulfo [de] Franco justitiario Terre Bari. Pervenit nuper ad audientiam nostram, quod nemora Monopolis que tempore regis Guillelmi memorie recolende defensa fuerunt et abpta sunt venationibus nostris, homines ipsarum partium intrant et venantur ibidem, et incidunt pro uniuscujusque arbitrio voluntatis. Quod si verum est, ammirantes fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, si est ita, facias poni in defensa nemora ipsa, que tempore dicti regis in defensa inveneris exstitisse, nec permictas in eis aliquem incidere vel venari, sicut hactenus audivimus attemptatum. Precipimus insuper tibi, quatenus alia etiam nemora et loca ipsarum partium, que R. de Montefuscolo justitiarius Capitinate, fidelis noster, tibi dicet fore congrua pro venationibus et solaciis nostris, similiter ponere debeas in defensa, et ea facias diligenti studio custodiri, loca ipsa nobis per tuas licteras rescripturus.

Datum apud Laudam, VIII novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 8 novembris.

Mandatum ad Andream de Cicala de statuendo idoneo castellano apud Monticellum.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 18 verso; in edit. Carcan., p. 261.)

Digitized by Google

De mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Andree de Cicala capitaneo, etc. Solita benignitate recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit, super his que misisti de Johanne Muritio, quem castellanum statuendum apud Monticellum nostra celsitudo providerat, taliter respondentes, quod si infirmus est, et haberi non potest in ipso nostro servitio statuendus, sicut scripsisti, alium fidelem et idoneum castellanum statuas ad custodiam dicti castri, nomen ipsius nostre curie rescripturus.

Datum apud Laudam, VIII novembris, XIII indictionis.

Mandata ad notarium Matthaeum de Ripa Sulmonis et ad justitiarium Aprucii quod acta judiciorum quae quondam coram H. de Montefuscolo agitata sunt, transcribantur et causae singulae ordine debito terminentur. Apud Laudam, 9 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 19 recto; in edit. Carcan., p. 261.)

Mandante domino imperatore per judicem Petrum de Vinea scripsit notarius R. de Salerno :

Fredericus, etc., notario Mattheo de Ripa Sulmonis. Fidelitati tue mandamus quatenus receptis his licteris conferas te aput Calvum et requiras episcopum Calvensem ut assignet tibi quaterniones curie nostre, quos H. de Montefuscolo olim justitiarius Aprucii aput eum deposuisse se dicit, et in quibus videlicet continentur acta judiciorum que tempore justitiariatus sui actitata sunt coram eo, et receptis ipsis quaternionibus transcribas ex eis omnia acta sententiarum que in eisdem inveneris contineri fideliter et distincte, ac ea assignes Boamundo Pissono justitiario Aprutii, ut per eum inceptis litibus coram nominato H. finis debitus imponatur. Nos enim damus per nostras licteras in mandatis eidem B. justiciario, ut transcriptum actuum ipsorum a te recipiat et causas singulas, prout spectat ad officium suum, discutiat et determinet ad debitam instantiam

causantium coram se; tu vero, transcriptis actis ipsis, quaterniones prefatos restituas episcopo memorato.

Datum apud Laudam, IX novembris, XIII indictionis.

Eodem die de superiori mandato scripsit idem notarius :

Fredericus, etc., Boamundo Pissono justitiario Aprutii. Quia volumus quod inceptis litibus coram H. de Montefusculo olim justitiario Aprutii predecessore tuo finis debitus imponatur, mandavimus notario Mattheo de Ripa Sulmonis per licteras nostras, ut aput Calvum se conferat, et requirat a Calvensi episcopo quaterniones in quibus continentur acta judiciorum que agitata fuerunt dudum coram eodem H., quos quaterniones idem H. penes eumdem episcopum deposuisse se dicit, et transcribat ex eis omnia acta judiciorum ipsorum fideliter et distincte et tibi debeat transcriptum ipsum fideliter assignare. Quapropter fidelitati tue mandamus quatenus transcriptum ipsum ab eodem notario Mattheo recipias et causantibus instantibus aput te causas singulas eo ordine et processu quo debes et jura requirunt, prout ad officium tuum spectat, studeas terminare. Jura autem curie nostre que in eisdem inveneris contineri, tu ipse sicut expedit honori et nostro commodo exequaris.

Datum (*ut supra*).

Apud Laudam, 10 novembris.

Mandatum ad Alexandrum, filium Henrici, pro dandis expensis et vestibus garciis et ancillis quae sunt Luceriae.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 19 recto; in edit. Carcan., p. 261.)

De imperiali mandato facto per dominum Johannem Morum scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Alexandro, filio Henrici, etc. Mandamus et precipimus fidelitati tue quatenus ad requisitionem archadii Lucerie et Benbuscheuky de Luceria servorum nostrorum pro garciis (*a*) nostris que sunt Lucerie

(*a*) In cod. Phillipps. *gavaris* seu *gararis*, minus recte.

Digitized by Google

unicuique earum videlicet, tunicam de mostarolo (1), duas camisias, et duos faceolos (2) de panno lineo; ancillis autem camere nostre que ibidem sunt pro unaquaqne juppam unam de mayuto (a), duas camisias, et duos faceolos de panno lineo, facias exhiberi, de proventibus curie nostre qui sunt per manns tuas, ac eisdem omnibus per manus dicti Benbuscheuky expensas exhibeas, prout a Thomasio de Brundusio recipere consueverunt a tempore videlicet qno non habnernnt et in antea, juxta assisiam curie nostre.

Datum apud Laudam, X novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Alexandrum, filium Henrici, pro dandis vestibus et expensis Bartholomaeo custodi camerae Melfiae et Canusii et pueris qui sunt in eadem camera. Apud Laudam, 10 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 19 recto; in edit. Carcan., p. 262.)

Item eidem:

Fredericus, etc. Mandamus et precipimns fidelitati tue quatenus Bartholomeo custodi camere nostre Melfie et Canusii pro se ad requisitionem ipsius tunicam et guarnachiam de mostarolo infurratam agninis, et capam de florentino (3), ac pueris qni sunt in eadem camera unicuique eorum scilicet tunicam de vergato (4) et capam de albasio (5), ac dicto Bar-

(a) In cod. Phillipps. *mayruto;* quid vox significet nescimus.

(1) Idem forsitan quod alibi dicitur *mostayla*. An mustela seu mustellinae pelles, nostris olim *moustoille* vel *mustille* pro mustela, *belette?* Quo sensu de tunica pellibus infurrata sub hac voce agi libentius crediderim.

(2) Verisimiliter pro *fasciolas*, scilicet tegumenta cruribus aptanda. Cf. *Cang. glossar.* ad verbum.

(3) Diminutivum videtur a *floreto*, gallice *fleuret*, panni species ex filo serico crassiori contexta.

(4) Sic pro *virgato*, italice *vergato*, pannus virgis varia serie et colore porrectis distinctus.

(5) Italice *albagio*, panni lanei species.

Digitized by Google

tholomeo et cuilibet puerorum ipsorum duas bracas, duas camisias et par unum ocrearum, ac ipsi B. pro se, uno roncino, et aliis pueris supradictis pro personis eorum tantum expensas necessarias juxta assisam curie nostre, et prout a Thomasio de Brundusio dudum recipere consueverant a tempore quo non habuerunt et de cetero, de proventibus curie nostre qui sunt per manus tuas debeas exhibere ad requisitionem ejusdem.

Datum (*ut supra*).

Aquis, 10 novembris.

Raymundus Berengarius, Provinciae comes, Jacobo Penestrinensi episcopo Apostolicae Sedis legato promittit se quadraginta milites et decem balistarios cum equitaturis ad servitium domini papae et Ecclesiae contra Fredericum imperatorem ducturum seu missurum in Italiam, sedatis discordiis inter ipsum et Tolosanum comitem.

(Edit. ap. DE VIC et VAISSETE, *Hist. génér. de Langued.*, t. VI, preuves, p. 418, édit. du Mege, ex MSS. *de Brienne*, n° 84.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Anno nativitatis ejusdem M. CC. XXXIX, pontificatus domini Gregorii pape IX anno XIII, indictione XII (1), IV idus novembris, in presentia mei Philippi scrinarii et testium subscriptorum, nobilis vir R. Berengarius comes et marchio Provincie et comes Forqualquerii non vi coactus, etc., promisit venerabili patri domino J[acobo] Penestrinensi episcopo Apostolice Sedis legato (2) recipienti vice et nomine domini pape et Romane Ecclesie, quod ipse ibit ad servitium Ecclesie cum XL militibus et X balistariis propriis expensis

---

(1) Indictione pontificali utitur notarius.

(2) « Mense octobris (1239) Prenestinus episcopus legatus a papa ad principes mittitur Occidentis, qui in specie peregrini cum uno tantum socio per terram usque Januam vadit et inde navigio transfretavit. » RICC. DE S. GERM., *Chronic.*, ad ann. 1239.

ad mandatum summi pontificis vel Ecclesie Romane Lombardiam seu Italiam vel regnum Apulie, quorum militum quilibet habebit V equitaturas ad minus et quilibet balistariorum IV, sedatis discordiis inter ipsum ex una parte et comitem Tolosanum ex altera, pro se et terris quas possidet, inter quas intelligimus Marsiliam et Venessinum. Si vero Avinionenses cum comite Berardo vel alio, loco ejus, nuntio Frederici dicti imperatoris tantum (*sic*) moverent et guerram, quod videretur periculosum exire terram suam, non teneatur ire in propria persona, sed mittet predicto modo XX milites et X balistarios. Quod si civitati Avinionensi sive nuntio imperatoris moveret guerram, mittet XL milites et X balisterios, ut supra dictum est, et si commode poterit, ibit cum eis et erunt una vice tantum sex mensibus in expeditione, quando ibit ipse in propria persona vel quando mittet, non computato tempore quo ibunt et redibunt. Et est sciendum quod sive dictus comes vadat in propria persona sive mittat, ut predictum est, habebit tres menses computandos a die quo fuerit requisitus a domino papa vel Ecclesia ad parandum se, infra quos arripient iter et bona fide persequentur (1).

Actum Aquis, presentibus iis testibus, videlicet magistro Hoeno archipresbitero Bononiensi, magistro Teduldo dicto Vicecomite, magistro Paulo de Sancto Helia et magistro Cardone capellanis venerabilis patris J. (*a*) Prenestinensis episcopi supradicti; teste Romeo Ramlo predicti comitis Provincie, etc.

Mandatum ad judicem Philippum de Aversa quod Aymerico de Bassano quinquaginta uncias auri de pecunia curiae persolvat. Apud Laudam, 13 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 19 verso; In edit. Carcan., p. 262.)

(*a*) In impresso male *S*.

(1) Adest in regesto Gregorii IX, ann. XIII, epistola data Laterani, quarto idus januarii (10 januar. 1240), qua episcopo Prenestino mandat ut Arelatensi archiepiscopo et comiti Provinciae qui pontifici adversus Fredericum imperatorem subvenerunt, ipse de pecunia suae legationis provideat. Memorat. ap. Raynald., *Annal. Eccles.*, ad ann. 1240, § XX.

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., judici Philippo de Aversa, etc. Mandasse dudum recolimus Landulfo de Franco justitiario Terre Bari fideli nostro ut Aymerico de Bassano fideli nostro quem ad presentiam nostram venire mandavimus, uncias auri L de pecunia curie nostre que erat per manus suas exhibere deberet. Verum quia, sicut idem Aymericus nobis significavit, uncias ipsas habere non potuit ab eodem et nos volumus pecuniam ipsam dari sibi ut ad curiam nostram debeat se conferre, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, ubi tibi constiterit predictas uncias a memorato justitiario solutas sicut mandavimus non fuisse, tu de pecunia curie nostre que est per manus tuas L uncias auri predicto Aymerico persolvas, precipiens ei ut munitus equis et armis ad curiam nostram se conferat sine mora.

Datum apud Laudam, XIII novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 14 novembris.

Litterae responsales ad Philippum Achillonem, ordinationem commendantes quam super facto marescallae Siciliae et venationum adhibuit, monendo eum ut in Marchiam Anconitanam si potuerit se conferat.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 19 verso; in edit. Carcan., p. 262.)

De imperiali mandato facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Philippo Achilloni, etc. Benigne recepimus, etc. Quod autem significasti te dudum ad nostram presentiam desideranter accedere, placuisset nobis adventus tuus et te delectabiliter vidissemus; displicuit tamen nobis quod te infirmitatis repetitio redire coegit. De ordinatione autem quam in marescalla nostra Sicilie tue provisioni commissa te fecisse scripsisti, tam de divisione jumentorum, quam de equis et stal-

Digitized by Google

lonis per pilaturam cujuslibet designatis, quam etiam de XX jumentis electis et statutis ut comedant ordeum, quod lac fortius prebeant pullis suis, gratum per omnia ducimus et tuam diligentiam commendamus; mandantes fidelitati tue quatenus super facto marescalle predicte omnem diligentiam facias adhiberi, quod ex ea nobis tales equi perveniant quales nobis placere cognoscis, et in quibus tuum possimus studium commendare. Gratum etiam fuit nobis quod significasti de venationibus nostris que cum omni diligentia conservantur, et in quibus habundat animalium multitudo. Scire te preterea volumus quod, depopulatione Mediolani quocumque transivimus usque ad menia civitatis peracta magnifice in perpetuam confusionem rebellium, et aliis omnibus imperii negotiis in Lombardia pro nostra voluntate dispositis, usque in Marchiam Anchonitanam feliciter in proximo procedemus, et tunc si bene tibi erit, ad nostram presentiam poteris te conferre.

Datum apud Laudam, XIV novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad justiciarium Principatus et Terrae Beneventanae ut amoto judice Matthaeo Curiali, viro illitterato et mercatore, alius vir probus et fidelis in civitate Salerni substituatur. Apud Laudam, 14 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 19 verso; in edit. Carcan., p. 262.)

De mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., T. de Montenigro justitiario Principatus et Terre Beneventane, etc. Enormis insinuatio majestatis nostre nuper pulsavit auditum que tuam desidiam violenter accusat et nostram jure potest conscientiam commovere : videlicet quod edicti nostri novissimi super creatione annalium judicum fructus non servatur in civitate nostra Salerni, Mattheum Curialem virum inlicteratum mercatorem et alias ad officium judicatus prorsus inutilem in judicem eligi permisisti; cum in tante populo civitatis, que licteratos potissime nutrire consuevit, saltim licteratus alius potuisset

ut credimus iuveuiri ad judicatus officium exercendum. Quod tanto nostre displicere noveris majestati, quanto et civitatis ipsius ex hoc posset incommodum procurari, et mandatum nostrum ut decuit ex hoc non extitit observatum. Cum igitur jura nostrorum fidelium nolimus a mercatore Fol. 20 recto. aliquo, | qui manus consueverunt habere veloces ad lucrum, alicujus pretii venalitate mercari, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si res ita se habet, predicto M. ab officio judicatus ipsius ut decet ammoto, aliquem probum virum fidelem, licteris sufficienter instructum, in locum suum non differas subrogare, qui fidelibus nostris jura reddere valeat et utilitatem nostre rei publice non ommictat incautus.

Datum apud Laudam, XIV novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 14 novembris.

Mandatum ad Riccardum de Pulcaro pro emendis centum pannillis ad cameram mittendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 20 recto; in edit. Carcan., p. 263.)

Mandante domino imperatore per Johannem Morum scripsit notarius R. de Salerno :

Fredericus, etc., Riccardo de Pulcaro, etc. Fidelitati tue mandamus quatenus receptis hys licteris emas pannillos centum de pecunia curie nostre que est per manus tuas, et ipsos ad cameram nostram mictas.

Datum apud Laudam, XIV novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 14 novembris.

Mandatum ad justiciarium Terrae Laboris ut balium filiarum Robberti de Pesclo Lanczano ad opus curiae recipiat, faciens in expensis puellarum moderate provideri.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 20 recto; in edit. Carcan., p. 263.)

Mandante domino imperatore per judicem Taddeum scripsit notarius R. de Salerno :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Innotuit nuper excellentie nostre quod cum dudum decesserit Robbertus de Pesclo Lanczano duabus filiabus suis in capillo relictis, Teodinus quondam pater ipsius Robberti balium pupillarum ipsarum recepit nostra curia ignorante, ac postmodum obeunte ipso Theodino Guillelmus filius ejus balium ipsum procurandum suscepit inrequisita nostra curia et nostra licentia non obtenta, et balium ipsum exercet contra regni consuetudinem in nostre curie detrimentum. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus inquiras super premissis diligentius veritatem, et si rem inveneris ita esse, balium ipsum ad opus nostre curie recipias et exerceas diligenter, faciens de proventibus bonorum puellarum ipsarum eisdem in expensis prout tibi moderate visum fuerit et commodum provideri, actencius provisurus ne in justiciariatu tuo similia per alios intententur in nostre curie lesionem.

Datum apud Landam, XIV novembris, XIII indictionis.

Licteras istas portavit Robbertus filius Oliverii miles de Campobasso.

Litterae et mandata varia de reformatione studii generalis apud Neapolim, et quibus ad scolas easdem accedere liceat. Apud Landam, 14 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 20 recto; in edit. Carcan., p. 263, 264.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., magistris et scolaribus Neapolis. Conceptum dudum serenitatis nostre propositum circa Neapolitani studii debitum incrementum oblivisci non patitur votum nostrum, quin ipsum tanquam manuum nostrarum structuram memorabilem posteris et generaliter omnibus fructuosam prosequutione laudabili prosequamur et firmamento stabili quo-

Digitized by Google

libet eventu firmemus, ex quo non tantum subjectorum nostrorum propenso consilio profectum multifarie vidimus procurari dum in regno nostro liberalium artium vigerent studia, quam fame et posteritati nostre dignius fore consultum. Et ut exhuberante gratia ad omne firmamentum ipsius excellentia nostra evidenter ostenderet, non solum in urbe nostra Neapolis tam amenissima et formosa, cui terra et mare deserviunt, ipsius sedem locavimus et cultum indiximus generalem, quam etiam magnis immunitatibus decorare magistros et omnem cetum scolarium nostra munificentia non ommisit. Cumque nuper nos in Italia circa depopulationes Fol. 20 verso. nostrorum rebellium magnifice moraremur in castris, | nuncios vestros magistrum G. de Antiochia et T. de Cremona fideles nostros ad nostram presentiam destinatos (a) benigne recepimus et petitiones vestras in sinu clementie nostre elementer admisimus; et inter tot occupationum genera quibus nostra munificentia trahebatur, non inspecta presentis temporis qualitate, tamquam studii et virtutum quarumlibet zelatores, ad ordinationem et cultum Neapolitani studii direximus aciem mentis nostre, et quantum honori nostro, qualitati temporis et indempnitati vestre vidimus ad presens posse consulere, libenter in petitionibus vestris duximus annuendum. Statuimus igitur et presenti jussione decernimus ut omnibus fidelibus nostris regnicolis regnorum nostrorum Jerusalem et Sicilie ad nominatum studium licitus sit accessus et mora. Ultramontanos etiam infra presentem gratiam nostram volumus contineri, ut eis liceat predictas scholas appetere et ibidem studendo morari. Italicos etiam infra presens mandatum de terris que nobis et imperio famulantur volumus comprehendi; Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, Alexandrinis, Bononiensibus, Faventinis, Ravennatibus ac Trevesinis nostris et imperii rebellibus exceptis omnino, quibus omnem nostre majestatis gratiam denegamus. Ad Tuscos autem, Marchesanos, omnes de ducatu Spoleti et etiam Campaninos presentem immunitatis nostre gratiam extendi decernimus, volentes studiorum Neapolis limina visitare, de terris illis scilicet que H. karissimo filio nostro regi Turrium et Gallure misso de latere nostro generaliter legato in Italiam fideliter adheserunt, aliis qui restiterunt eidem

(a) In impresso *destinares*, male.

Digitized by Google

et pape snbsunt dominio et qnoqnomodo sequuntur eumdem factorem schismatis et erroris presenti gratia denegata. Vos igitnr sic presentem munificentie nostre gratiam ad majestatis nostre personam, honorem et fidelitatem nostram respectnm habentes debitum, animo fideli recipite. Civibns etiam Neapolis fidelibns nostris decentius et modestins solito convivatis, ut et vobis cedat ad commodnm et profectum voti quod geritis, et nos tam de fide vestra erga nostram excellentiam, quam etiam de processu ac incremento studii per effectnm operis et exhibitionem devotionis et fidei merito gandeamus.

Datnm apud Laudam, XIV novembris, XIII indictionis.

Item eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., Andree de Cicala, etc. Cnm scolas in urbe nostra Neapolis dndum indixerimns generales ac propter presentis temporis qualitatem easdem dissolvi mandaverimus, ne tamen opus mannum nostrarum landabile penitus deperiret, ad snpplicationes magistrorum et scolarinm Neapolis nec minus pro commodo nostrorum fidelium celsitudo nostra providit ad presens ut omnibus fidelibus nostris regnornm nostrorum Jerusalem et Sicilie ad scolas predictas licitus sit accessns et mora. Ultramontanos etiam et Italicos de terris que nobis et imperio famulantur presenti gratia nostra gaudere volnmns studendi gratia Neapolim venientes, Mediolanensibns, Brixiensibns, Placentinis, Alexandrinis, Bononiensibus, Faventinis, Ravennatibns ac Trevesinis nostris et imperii rebellibus exceptis omnino, quibns omnem nostram gratiam denegamus. Tnscis autem, Marchesanis et omnibus de ducatu Spoleti et etiam Campaninis de terris illis que H. filio nostro regi Turrium et Gallure, etc., fideliter adheserunt, hoc etiam licere volumns volentibus studiorum Neapolis limina visitare; illis omnibus qui eidem infideliter restiterunt et papam qnoquomodo seqnuntnr factorem schismatis et erroris presenti gratia denegata. | Quare Fol. 21 recto. fidelitati tue precipiendo mandamns quatenus juxta provisionem et mandatum nostrum predictum studiosus et sollicitus existens, scolares ad prefatum stndinm venientes et ad honorem et fidelitatem nostram morantes ibidem contra immunitates et privilegia nostra ipsis dudum indnlta in regno, non permictas ab officialibus nostris in aliquo temere et contra

Digitized by Google

justitiam impediri, nec ipsorum turbari quietem, presertim super exactione pedagiorum eorum que ad victum et necessitatem scolarium specialiter spectare noscuntur.

Datum [*ut supra*].

Item de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., clero, baronibus, militibus, bajulis, judicibus et universo populo Neapolis, etc. Cum in urbe nostra Neapolis in libra justitie singulis juste pensatis, liberalium artium sedem indiximus et culturam, non minus generalem utilitatem vestram quam honorem nostrum actendentes ex eo, nec velimus quod importunitas presentis temporis universalem ipsius quietem impediat vel perturbet, certis nationibus causa studendi Neapolim venientibus clementie nostre gratiam effudimus, sicut in licteris missis magistris et scolaribus Neapolis plenius continetur. Volentes igitur vos scolares benivolos reddere, et illos vobis in omnibus gratiosos, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus gratum habentes quod magnificentia nostra non sine commodo et honore auctoritatis vestre decrevit, quod vos sibi ad honorem et fidelitatem nostram taliter conformetis ut non minus moribus vestris et habitatione congaudeant, quam scolastica disciplina et vobis ipsi sint utiles et vos illis potissime gratiosi.

Datum [*ut supra*].

Item de eodem mandato scripsit R. de Salerno :

Fredericus, etc., Bartholomeo Pignatello de Brundusio, etc. Gratum ducit excellentia nostra si quando ex indigenis regni nostri aliquem in conspectu nostro in Neapolitano studio quod de provisione nostra fundavimus, in profexione alicujus scientie tam specialiter audivimus profecisse, ut dignus ad regimen censeatur. Admictentes igitur laudabile testimonium de scientia tua perhibitum coram nobis, quod in decretalibus ita profeceris ut alios possis efficaciter edocere, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus in profexione ipsa scientie decretalium de cetero regere studeas, et diligenter ac fideliter doceas auditores ad honorem et fidelitatem nostram; illam tue doctrine ac studii efficaciam ostensurus, ut laudis meritum [ad] te proveniat ab effectu.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Mandatum ad justitiarium Aprutii ut diligenter inquirat de bonis quae fuerunt quondam Alexandri Randifii et quae nunc detinet Thomasius de Baczano non sine quadam suppressae veritatis suspicione. Apud Laudam, 14 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 21 recto; in edit. Carcan., p. 265.)

De imperiali mandato facto per magistrum Rogerium de Petrasturmina scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., B. Pissouo justitiario Aprutii. Dudum ab obsidione Brixie redeuntibus nobis, et mense novembris XII indictionis morantibus aput Parmam, Thomasius de Baczano nobis instantissime supplicavit ut vassallos, possessiones et bona, que fuerunt quondam Alexandri Randifii consanguinei sni, sita iu terra Bannensi, ad enm jure paterno rationabiliter pertinentia, cum omnibus rationibus et pertinentiis ad ipsa bona spectantibus, que omnia sunt octava pars unius feudi militis, sibi et suis heredibus imperpetuum, intuitu servitiorum et fidei sue, de nostra gratia dare et concedere dignaremur. Nosque tum quia de fidelitate sua tempore papalis discordie et ante ac post pro uobis habita, de servitiis etiam nobis tunc temporis prius et post exhibitis testimonium fuit exhibitum, tum quia bona predicta esse octavam partem unius feudi militis asserebat, et sibi jure paterno rationabiliter pertinere, snis snpplicationibus duximus annuendum. Verum quia predicta omnia per alios nuper in dubium revocantur, idem etiam Thomasius tunc temporis et anno presenti plures super eisdem bonis obtinuerit licteras, et specialiter ut ea que ad eadem bona spectant per inquisitionem et juxta sacrarum constitutionum nostrarum tenorem deberent ad jus et proprietatem eorum per justitiarium Aprutii revocari justitia mediante, nec non et alias licteras ut detentores eorum per judicii strepitum ad justitiam cogerentur, ac idem T. postmodum non nisi licteris inquisitionis usus fuerit que per subornatas personas

facta fuisse dicitur, et ideo non ab eo qui eam ex mandato nostro fecit exeqntioni mandata, sed occasione quod prius ab officio amotus fuerit quam ipsam exequi potuerit, ad curiam nostram missa, ut quicquid postmodum in commissione nostra super processu inqnisitionis ejusdem factum fuerit, inqnisitionis actores non tangat, et eidem impetrari (*sic*) robur et jus amplius afferatur, nobisque per veri suppressionem et suggestionem falsi non sine prejudicio quodammodo possit illudi. Cum velimus per te de predictis quantocius esse certi, si videlicet tunc temporis prius et post nobis fidelis extiterit, fideliter nobis in partibus ipsis servierit, bona predicta sint octava pars unius feudi militis, et sibi rationabiliter paterno jure pertineant, nec non que sint ipsa bona, que sicut intelleximus in hominibus et possessionibus utilibus curia nostra tenebat, et ubi, quanti sint redditus et valoris, quod etiam servitium ex eis omnibus nostre curie debeatur, quod etiam alii detinent de predictis, et ubi, similiter quanti sint servitii, redditus et valoris; fidelitati tue mandamus quatenus diligenter et fideliter super omnibus inquirere studeas veritatem, et eam sub sigillo tuo ad cameram nostram mictas.

Datum apud Laudam, XIV novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 14 novembris.

Litterae patentes et clausae pro diversis mutuis unciarum auri diversis mercatoribus in medietate futuri mensis februarii exsolvendis, ea conditione ut si solutio differatur, tres unciae de singulis centum unciis per mensem pro damnis et interesse exhibeantur.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 21 verso, 23 recto; in edit. Carcaniana, p. 265-267.)

De mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc. Notum facimus universis quod Jacobus Ficcaficar., Johannes Ficcaficar., Petrus Ficcaficar. et Philippus frater ejus mercatores romani,

fideles nostri mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras septuaginta septem solidos III et denarios decem pro unciis auri CCCXIIII ad generale pondus regni, ad rationem de solidis V minus denario uno per unciam. De quibus promisimus et convenimus eis ut M. de Valle, A. de Marra et Eufrano de Porta, custodes erarii nostri Salvatoris ad Mare, pro parte curie nostre de pecunia ejusdem erarii nostri que est per manus eorum, predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuntium vel procuratorem eorum in medietate mensis februarii primo futuri hujus XIII indictionis sine difficultate, defectu et majoris more dispendio debeant quietare. Si vero, quod omnino nolumus, aliquo casu predictus solutionis terminus pertransiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur, de singulis C unciis tres uncias auri ad generale pondus regni per mensem predicti custodes erarii de eadem pecunia curie nostre eis solvere teneantur et debeant pro dampnis et interesse, et nichilominus integre et cum omni celeritate solvere uncias supradictas. Ad hujus, etc.

Datum apud Laudam, VIIII (*a*) novembris, XIII indictionis.

Item :

Fredericus, etc., custodibus erarii Salvatoris ad Mare. Notum facimus fidelitati vestre quod Jacobus Ficcaficar., Johannes Ficcaficar., Petrus Ficcaficar. et Philippus frater ejus, mercatores romani, fideles nostri, mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de venetianis grossis libras LXXVII solidos III et denarios X pro unciis auri CCCXIIII ad generale pondus regni, ad rationem de solidis V minus denario I per unciam; de quibus promisimus et convenimus eis ut vos pro parte curie nostre de pecunia erarii nostri que est per manus vestras predictos mercatores vel alterum eorum sive certum nuntium, vel procuratorem eorum in medietate mensis februarii primo futuri hujus XIII indictionis sine difficultate, defectu et majoris more dispendio quietetis. Si vero, quod omnino nolumus, aliquo casu predictus solutionis terminus pertransiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur, de singulis C unciis tres uncias auri ad generale pon-

(*a*) Sic; legendum vero *XIIII*. Diei notatio deest in cod. Phillipps.

Digitized by Google

dus regni per mensem vos de pecunia predicte curie nostre eis solvere debeatis et teneamini pro dampnis et interesse, et nichilominus integre et cum omni celeritate solvere uncias supradictas. Quare fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus adveniente termino supradicto, predictas CCCXIIII uncias ad generale pondus regni mercatoribus ipsis, vel alteri eorum, seu certo nuntio, vel procuratori eorum de pecunia erarii nostri que est per manus vestras pro parte curie nostre sine majoris more dispendio persolvatis, et si forte, ut predictum est, aliquo casu ipsius solutionis terminus transiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur, de singulis C unciis tres uncias auri ad generale pondus regni per mensem pro dampnis et interesse de eadem pecunia curie nostre solvatis eisdem, provisuri tamen ut predicto termino quietentur ne per moram curia nostra dispendium usurarum incurrat. Vos autem soluta ipsa pecunia, patentes licteras nostras quas eis de ipso mutuo fieri fecimus recipiatis ab eis, facturi etiam inde aliud scriptum competens de solutione ipsa ad curie nostre cautelam, et si forte vos omnes presentes non eritis, nichilominus quicumque vestrum tunc presens fuerit, nostrum beneplacitum exequatur.

Datum [*ut supra*].

Item. Similes patentes lictere et clause ad predictos custodes erarii facte sunt pro Romano Muto, Johanne Lucido, Paulo de Gregorio, et Jacobo Muto mercatoribus romanis de libris venetianorum grossorum XXVI et denariorum XIIII pro unciis auri C et sex ad generale pondus regni.

Item. Similes patentes et clause pro Johanne de Raynerio, Jacobo filio ejus et Paulo de Cesareo fratre ejus mercatoribus romanis ad eosdem custodes de libris venetianorum grossorum XXXII minus denariis decem pro unciis auri CXXX ad generale pondus regni.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Nycolao Donaddeo, Petro Mancino et Petro Donaddeo mercatoribus Romanis de libris venetianorum grossorum XXVII solidis VI minus denariis III pro unciis auri CXI ad generale pondus.

Item ad eosdem. Similes patentes et clause pro Sim. Johanne de Sasso, et Sasso mercatoribus romanis de libris venetianorum grossorum XXXXII

Digitized by Google

solidis X et denariis VII pro unciis auri CLXXIII ad generale pondus.

| Item. Similes lictere patentes et clause ad eosdem pro Nycolao de Andrea, Jacobo, filio ejus, Petro Leonis et Gregorio Mancino mercatoribus romanis de libris venetianorum grossorum XXXVIIII solidis IIII denariis III pro unciis auri CLVIIII et media ad generale pondus. Fol. 23 recto.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Paulo de Androcto de libris venetianorum grossorum XXV solidis II et denariis IIII, pro unciis CIIII ad idem pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Petro Bartholomei Alberici et Philippo fratre suo de libris venetianorum grossorum XXVIIII et media, pro unciis CXX ad idem pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem, pro Leonardo Nycolai de Alberico et Stephano filio Philippi de Alberico, de libris venetianorum grossorum XXIIII solidis XI et denariis VIII pro unciis C ad idem pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Johanne de Sancto Angelo, pro libris venetianorum grossorum LXX solidis VI et denariis II pro unciis CCLXXXVI ad idem pondus.

Item. Similes tam apertas quam clausas scripsit Jacobus de Bantra de predicto mandato pro Urbano Caranzone de libris venetianorum grossorum quadraginta et octo minus denariis quindecim pro unciis auri centum nonaginta quinque ad idem pondus.

Item. Similes tam apertas quam clausas scripsit idem pro Stephano de Cesareo, Petro Johannis de Alcarutio et Mattheo Petri de Antonio de libris venetianorum grossorum septuaginta octo, solidis decem et denariis duobus, pro unciis auri CCLXXVIII et tarenis XX ad idem pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Petro de Crescentio de venetianorum grossorum libris XVI solidis XI et denariis XI pro unciis LXVII et media ad idem pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Stephano de Gregorio de Cio de libris venetianorum grossorum XVIIII solidis VIII et denariis V pro unciis LXXVIIII.

Item. Similes tam apertas quam clausas scripsit Jacobus de Bantra de

Digitized by Google

predicto mandato pro Laurentio Petri de Raynerio de libris venetianorum grossorum XLIII et denariis V pro unciis auri centum septuaginta quinque ad generale pondus regni.

Item. Similes patentes lictere et clause ad eosdem pro Petro Boczo, Petrucio nepote, et Boczo fratre, mercatoribus romanis, de libris venetianorum grossorum XXXIIII solidis VIII et denariis IIII, pro unciis auri CXL ad generale pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Angelo Ruffino mercatore romano de libris venetianorum grossorum XVIIII solidis XIII et denariis IIII pro unciis auri LXXX ad generale pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem, pro Nycolao Marchisano, Leonardo de Centio, et Jacobo de Illa, mercatoribus romanis, de libris venetianorum grossorum XLI solidis XV et denariis X pro unciis auri CLXX ad generale pondus.

Item. Similes patentes et clause ad eosdem pro Jacobo de Petro Sinibal. mercatore Romano de libris venetianorum grossorum XXXII minus denariis X pro unciis auri CXXX.

Summa totius predicti mutui est unciarum IIM CCLXX (1).

Apud Laudam, 17 novembris.

Litterae responsales ad justiciarium Siciliae ultra flumen Salsum super diligentia quam adhibuit in exigenda generali collecta et subventione ab ecclesiis, regratiando quod crucesignatos apud Trapanum hiemantes honorifice tractari fecerit.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 23 recto; in edit. Carcaniana, p. 267. In fol. 22 verso nihil scriptum.)

---

(1) Hanc summam minus justam facilius animadverteris si numeros vicissim computes, dum summa unciarum MMDCIV, neglectis viginti qui supersunt tarenis, ex additione conflatur. Praeterea si uncias CCCXIV in primis litteris patentibus expressas superaddideris, usque ad MMDCCCCXVIII summa mutui tota ascendet. Unde hunc codicis originalis locum inepte fuisse transcriptum valde suspicamur.

Digitized by Google

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Roggerio de Amicis justitiario in Sicilia ultra flumen Salsum. Benignitate solita recepimus, etc. Quod autem significasti te super imponenda et exigenda collecta per partes jurisdictionis tue, sicut dudum tibi mandavimus per Ricardum filium Malgerii fidelem nostrum, modum et formam missam tibi a nostra curia diligenter servasse, taxatis singulis pro qualitate eorum, habita extimatione congrua ad omnium facultates, ita quod pauperes non senserunt gravamina et divites mensura debita persolverunt, nulli eorum gratia in talibus observata, processum tuum et procedendi cautelam super hujusmodi commendamus. De residuo autem collecte ipsius tam quod habere te dicis quam quod colligendum est, de pecunia etiam officii justitiariatus tui volumus et mandamus ut undecumque et quandocumque habere poteris, ad erarium nostrum quod in Salvatore ad Mare apud Neapolim (1) ordinandum duximus, debeas destinare, Marino de Valle, Angelo de Marra et Eufranoni de Porta ejusdem erarii custodibus assignandam. Super quo habere te volumus omnem curam, cum pro arduis et expressis servitiis nostris pecunia sit nostre curie plurimum oportuna. Commendamus preterea diligentiam tuam quam super imponenda et colligenda subventione ab ecclesiis et aliis clericis jurisdictionis tue te habuisse scripsisti, inquisitionem congruam faciens de facultatibus singulorum. Quod autem ad quantitatem injunctam subventionis ipsius te asseris pervenire non posse, eo quod plures de ecclesiis jurisdictionis tue vacant, mandamus ut secundum quod melius et amplius habere poteris de eadem, omne in hoc studium adhibendo, recolligas sine mora et ad predictum erarium nostrum mictas. De ecclesiis autem vacantibus per alias licteras nostras tibi mandasse recolimus ut statutis in unaquaque probis et fidelibus viris laicis, eas per Obertum Fallamonachum secretum Panormi, fidelem nostrum, facias cum diligentia procurari et sic quod ad bonorum promotionem eorum vacatio

(1) Haec adest in impresso marginalis nota : « Erarium in castro Salvatoris ad Mare quod hodie vocatur Castrum Ovi. »

Digitized by Google

ipsarum defectui amodo non existet. Quod autem significasti de navibus peregrinorum que Trapanum pervenerunt et quod etiam fecisti de eis postquam illuc pro incongruitate temporis redierunt, acceptum ducimus et tuam in hoc diligentiam commendamus, gratum gerentes de copia rerum quam in ipsis partibus invenerunt, de ministratione justitie et servitiis que sibi fecisti impendi ob nostre reverentiam majestatis. Placuit etiam majestati nostre quamplurimum quod comiti Montisfortis dilecto amico nostro in partes ipsas cum suis navibus applicanti honorem et servitium contulisti, et ubicumque pervenit in terris nostris extitit honoranter receptus. Gratum preterea ducimus et acceptum de diligenti sollicitudine, quam ad honorem nostrum et tranquillum statum ipsarum partium geris et quod fertilitas habundat ibidem, super quibus et aliis universis servitiis nostris, etc. De predictis autem peregrinis in partibus jurisdictionis tue yemantibus volumus et mandamus ut tam predictum comitem quam alios nobiles qui sunt ibi secundum quod dixerit tibi Philippus de Zunculo, fidelis noster, quem ad hoc in partes ipsas duximus destinandum, facias honorari.

Datum apud Laudam, XVII novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 17 novembris.

Litterae responsales ad justiciarium Siciliae ultra flumen Salsum de mandris locandis, de Saracenis ad cabellas exsolvendas coercendis, de castellanis amovendis, de casalibus construendis, de statuendo loco ubi incidantur aratra, de castris Trapani, Marsalae et aliis, de moderatis expensis pro nunciis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 23 verso; in edit. Carcan., p. 268.)

De imperiali mandato scripsit G. de Cusentia responsales :

Fridericus, etc., Roggerio de Amicis, etc. Benignitate consueta recepimus licteras tuas, etc. Quod autem significasti te juxta celsitudinis nostre mandatum super locandis mandris ovium curie nostre ad certam

Digitized by Google

quantitatem pecunie, cum proinde curia nostra majus commodum sortiatur, curam et diligentiam debitam prebuisse et mandras ipsas probis et fidelibus viris ad profectum nostre curie locavisse, gratum est culmini nostro, et tuam super hoc sollicitudinem commendamus. De Sarracenis autem qui dudum oves ipsas in extalium habuerunt et cum de cabellis ipsis teneantur curie nostre solvere magnam pecunie quantitatem, plures eorum invenis non solvendo, de quibus quid fieri debeat nostrum beneplacitum postulasti; volumus et mandamus ut bonis eorum pro debito nostro captis, si demum solvendo non fuerint, capias de personis, et eos per opera maran[orum] curie nostre facias applicari, adeo in ipsis operibus coercendos, ut in exemplo eorum ceteri doceantur non debere a curia nostra cabellas recipere quas solvere sine difficultate non possint. De nutrimine ovium anni presentis de quo donec ad fructum perveniat congrua non potest locatio fieri, ut scripsisti, cum tempus fuerit oportunum curie nostre ex eo commodum procuretur. Audivimus preterea nomina castellanorum, qui per partes jurisdictionis tue castra nostra custodiunt, quos omnes credimus nostros esse fideles. Si quem tamen videres minus ydoneum et esse merito amovendum, significare debeas Guerrerio de Franco fideli nostro quem in partibus ipsis provisorem castrorum duximus ordinandum, qui cum consilio tuo et aliorum nostrorum fidelium si amovendus fuerit amovebit. Quod autem significasti te intellexisse quod cum dudum serenitas nostra mandaverit R. de Calvello quondam justitiario ipsarum partium, predecessori tuo, ut apud Burgimill ad opus nostrum tantum habitatio fieret super fontem magnum qui ibi est, et inter Saccam et Agrigentum in flumine Sancti Stephani prope mare per miliarium casale fieret ex hominibus Arcudachii et Andranii, et etiam inter Agrigentum et Licatam apud Cunianum casale aliud fieret, cum et ad nostra solatia et ad curie nostre commoda pervenire deberent, de eis per predictum quondam justitiarium nichil extitit ordinatum; volumus et mandamus ut ea fieri facias in locis ipsis, sicut melius videris debere nostro culmini complacere. Quod vero significasti fideles nostros ipsarum partium habere penuriam aratrorum propter loca defensarum nostrarum in quibus non audent incidere, propter quod bonum esse scripsisti ut certus locus aliquis sta-

Digitized by Google

tueretur eis pro incidendis aratris, ex quo nulla defensis nostris lesio inferretur, placuisset nobis et mandavissemus hoc fieri, si distincte locum ipsum et nominatim nostro culmini nunciasses; sed quia in hoc obscure scripsisti, significes nobis in quo loco sine lesione defensarum nostrarum permissio incidendi fieri poterit, et nos postmodum tibi nostrum beneplacitum rescribemus. Preterea quia in castris nostris Trapani, Marsale, Mazare et Xacce nolumus quod de curia nostra fiant expense, castra ipsa recommendes aliquibus fidelibus nostris de terris ipsis, qui tantum custodiant ne domus devastentur eorum.

Datum apud Laudam, XVII novembris, XIII indictionis.

De superiori mandato scripsit idem eidem responsales :

Fredericus, etc., Roggerio de Amicis justitiario in Sicilia ultra flumen Salsum. Benigne recepimus licteras tuas quas nobis misisti et eas intelleximus diligenter. Quod autem significasti oportere te frequenter nuncios ad curiam nostram dirigere, pro necessariis servitiis nostris que necesse habes nostro culmini nunciare, et proinde nunciis ipsis tibi convenit expensas necessarias exhibere, super quibus nostrum requisivisti mandatum, placet nobis et volumus ut necessarie et moderate expense quas fecisti hactenus et in antea te contingerit facere pro nunciis quos necessario misisti vel missurus es ad curiam nostram pro necessariis servitiis nostris, in tuis debeant rationibus computari.

Datum (*ut supra*).

Apud Laudam, 17 novembris.

Litterae responsales ad secretum Panormi quod nihil immutetur de jure super victualibus extra regnum portandis a mercatoribus exigendo, cum id ad gloriam regnantis necnon ad utilitatem curiae proveniat. Mandata varia de navibus reparandis et de pecunia pro mutuo mercatoribus romanis exsolvenda.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 24 recto; in edit. Carcan., p. 269.)

Digitized by Google

De imperiali mandato scripsit G. de Cusentia responsales :

Fredericus, etc., Oberto Fallamonacho secreto Panormi, etc. Consueta benignitate recepimus licteras, etc. De eo tamen quod significasti quod occasione mandati nostri missi nuper super facto emptionis frumenti a mercatore extra regnum portandi, pro eo quod tertiam tantum partem ad opus curie nostre mandavimus recipi, nostra utilitas minoretur et aliis omnibus commodum proveniat, utpote quod pro tam minori pretio universi amodo negociacionem victualium exercebunt, et ipsis in suas utilitates tractantibus nostra tamen curia consueta non poterit exinde reportare; fidelitati tue duximus respondendum quod cum ex dignitate regiminis quod mandamus in terris, non tam nostris quam nostrorum fidelium velimus utilitatibus providere, cum nostra intersit locupletes habere subjectos et eo magis nostram rem publicam augeamus, quo sub nostrorum felicitate temporum nostrorum bona fidelium in melius promoventur, cum sit regnantium gloria tuta et affluens conditio subjectorum, statutum quod in premissis fieri mandavimus, nolumus immutari; presertim cum ad omnem locupletationem nostrorum fidelium intendentes, et eis volentes gratiam super gratia facere, predictam tertiam partem quam de venditione frumenti pro curia nostra mandavimus recipi, postmodum deduci statueremus in quintum. Sic enim universi fideles nostri ditescent et nobis inde gloria non etiam sine utilitate proveniet; super quibus, prout lictere nostre tibi misse te docuerint, volumus ut procedas. De frumento autem quod per te Nicoloso filio Ansaldi de Nigro fidelis nostri mandavimus assignandum, licet sicut scripsisti in majori quantitate valeat quam ipsum a curia nostra emit; volumus et mandamus ut ipsum expedire debeas juxta priorum nostrarum continentiam licterarum. In dampnum enim curie nostre non cedit, si prout convenit curia nostra eisdem nostris fidelibus elargitur. Quod autem scripsisti te pro nostris servitiis nonnullorum incurrere odium et ideo obloqutiones quamplurium non vitare, nolumus te de aliquorum detractionibus formidare, dummodo servitiorum nostrorum opera te commendent, cum non ad sermones, sed ad effectus operum nostra prospiciat celsitudo. Ubi enim singulorum actus sub nostre mansuetudinis equitate metimur, quorumlibet

suggestorum sussurria nullatenus admictantur. Tu tamen in omnibus servitiis nostris, etc.

Datum apud Laudam, XVII novembris, XIII indictionis.

Item eodem die scripsit eidem responsales:

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho, etc. Solita benignitate, etc. Quod autem significasti quod una de duabus navibus curie nostre quas tibi mandavimus assignari, que dicitur Majorana, Messanam advenit, sed in pluribus indiget necessario reparari, et guarnimentis oportunis muniri, utpote quod habet carinam putridam, arborem fractam, temones et antennas inutiles, velas et anchoras quasi nullas, ad cujus reparationem et munitionem oportet magnam pecunie quantitatem expendi, placet nobis et volumus ut navem ipsam quibus indiget, facias reparari. Utilius enim vidimus ut in reparatione ipsius pecunia que necessaria fuerit expendatur quam ut expense majores que facte fuerunt in ea penitus amictantur si inutilis remaneret; tu tamen et in ea et in aliis omnibus servitiis curie nostre que per manus tuas fiunt, expensas quantumcumque poteris modereris. De molendinis curie nostre locandis ad victualia, ut scripsisti, quod significasti gaitum Panormi facere noluisse, tuum est amodo et de hys et aliis servitiis que ad officium secretie pertinent nostre curie commoda procurare. Super jure vero recipiendo ad opus curie nostre de victualibus extrahendis, facias prout tibi per alias nostras licteras destinamus. De pecunia autem solvenda Petro de Bonfilio et sociis mercatoribus romanis pro mutuo quod camere nostre fecerunt, prout tibi mandavimus, volumus ut nostrum beneplacitum exequaris, et de victualibus exolvendis Ansaldo de Mare et Nicoloso de Nigro, sicut per alias licteras nostras tibi mandavimus, volumus ut nostrum beneplacitum exequaris. Non enim debes aut potes defectum pecunie allegare, cum te secretum Panormi duximus statuendum, in hys et aliis nostris servitiis, etc. Procures autem et provideas diligenter ut tam de navi predicta quam de alia navi quam tibi mandavimus assignandam, curie nostre utilitas proveniat, faciens ipsas reparari ne possint inutiles remanere.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Mandata varia super diversis Siciliae castris tantum in ambitu murorum et voltis reparandis, dum caeteris expensis supersedeatur ad praesens, pro eo quod pecuniae copia pro arduis imperii negotiis sit plurimum opportuna.

Apud Laudam, 17 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 24 verso; in edit. Carcan., p. 270.)

De mandato imperiali facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., Riccardo de Lentino preposito edificiornm, etc. Fidelitatis tne licteras plura capitula continentes quas nostro culmini destinasti, benigne recepimus, quornm omnium serie plenins intellecta tam super processu castri nostri Augnste, quem satis tue lictere distinguebant, quam super opere vivarii constrncti in aqna Sancti Cosme, castrorum nostrorum Syracusie, Calathageronis et Melacii, diligentiam tnam et studium commendamns. Super eo autem quod ipse tue lictere contiuebant qnod apud Cathaniam te personaliter coutulisti, visurus situm in quo castrum commodius deberet construi, designares et videres etiam apparatum ad structuram ejusdem et locum etiam habiliorem pro petreria invenires ibidem, sollicitudinem tuam excellentia nostra commendat; de eo vero quod de mnris lnto confectis in castro nostro Lentiui versus Castellnm Novnm fecisti melius reformari de incisis cantonibus, tribns turribus constructis in eo, utpote nobis placide commendabilis presentaris. Ad id vero quod nostre majestati scripsisti quod a mense junii preterito XII indictionis tam pro munitione castrorum Syracnsie et Lentini, quam etiam pro Serracenis et servis nostris necessarium frumentum, ordeum, vinum, caseum, companagium, scarpas et indumenta a secreto vel ejns officialibus habere minime potuisti; serenitas nostra tibi plene respondet quod cum illud nobis displaceat, ecce damus secreto nostro Messane per nostras licteras in mandatis ut singula necessaria supradicta, quemadmo-

Digitized by Google

dum hacteuus dari consueverunt, ad requisitionem tuam debeat exhibere. Et quoniam pro multis negotiis que nobis incumbunt ad presens, pecunia est nobis admodum oportuna, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ambitu murorum castrorum nostrorum ubique completo ut defensionem decentem videantur habere, ceteris hedificiis nostris supersedeatur ad presens. Quod si alique volte essent in eis aut aliqua officina que nisi cohoperirentur possent destrui vel deteriorari, eas quatenus commode substineri poterit, commode volumus cohoperiri et aptari, ne propter pluviam destruantur, ommissis ut dictum est aliis edificiorum expensis. Super quo secreto Messane fideli nostro nostras licteras destinamus, ut tibi pro hys necessaria studeat exhibere. Tu vero super hoc sollicitus et actentus, ipsum ut expedit requirere non postponas. Demum de sollicitudine et labore quem assumpsisti super inveniendis ayris hayronum et locis ubi degunt, te duximus commendandum, quod excellentia nostra satis delectat audire, nec minus presentialiter videre peroptat. Pro opere vero Cathanie attractum et quecumque necessaria facias preparari, ut, etc.

Datum apud Laudam, XVII novembris, XIII indictionis.

Item eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fol. 25 recto. | Fredericus, etc., Guillelmo de Anglone justitiario in Sicilia, etc. Benigne recepit serenitas nostra devotionis tue licteras diversa de servitiis nostris continentes capitula, quas nostro culmini destinasti. Quod autem servitiorum nostrorum studiosus et diligens circa exequtionem mandatorum nostrorum et commodum curie nostre frequenter intendis et edificia nostra et alia nostris solatiis deputata sollicite perscrutaris, tuam industriam commendamus, gratum etiam reputantes illud quod de castro nostro Auguste et opere vivarii, et aliorum castrorum nostrorum quorum processum satis distincte tue lictere continebant, majestati nostre nunciare curasti. Et quia pro multis et arduis negotiis imperii pecunie copia est nobis ad presens plurimum oportuna, volumus et mandamus ut ambitu tantum murorum castrorum nostrorum ubique completo quod munitionem decentem videantur habere, et cohopertis voltis et officinis que propter pluviam destrui vel deteriorari possent, ceteris edificiis et ex-

Digitized by Google

pensis supersedeatur ad presens; super quo magistro R. de Lentino dirigimus scripta nostra et damus secreto Messane fideli nostro per nostras licteras in mandatis ut sibi necessaria pro ipso faciendo de proventibus curie nostre et sicut hactenus debeat exhibere. De Serracenis vero et servis castrorum nostrorum Syracuse et Lentini qui non habent necessaria ut scripsisti, eidem secreto rescribimus nostre beneplacitum voluntatis. Quod autem circa inveniendas areas hayronum te scripsisti sollicitum et actentum, culmini nostro placet, et te, etc.

Datum [*ut supra*].

Item eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., Majori de Plancatone secreto Messane, etc. Cum celsitudo nostra duxerit providendum ut omnibus edificiis nostris et castris supersederi debeat in presenti, ambitu tantum murorum castrorum nostrorum novorum completo, ut defensionem videantur habere, cohopertis voltis et officinis ipsorum que propter pluviam destrui possent, quatenus potest commode substineri, et super eo magistro R. de Lentino licteras nostras miserimus et mandata, et velimus etiam quod ad requisitionem ejusdem magistri R. pro munitione palatiorum nostrorum Syracusie et Lentini, Sarracenis et servis nostris ibidem existentibus necessarium frumentum, ordeum, vinum, caseus, companagium, scarpe et indumenta sicut hactenus debeant ministrari; fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem prefati magistri R. tam pro cohoperiendis voltis et officinis edificiorum nostrorum si expedierit, quam pro munitione ipsorum palatiorum Syracusie et Lentini, nec non pro Serracenis et servis sicut dictum est superius, de proventibus curie nostre, qui sunt per manus tuas, et sicut hactenus dari consueverunt, necessaria studeas exhibere, et recipias ab ipso exinde apodixam, circa exequutionem servitiorum nostrorum, etc.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Apud Laudam, 17 novembris.

Mandata de dirutis arboribus propter ventorum impetum in imperiali nemore juxta Schifatum et de lignis apud Neapolim vendendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 25 verso; in edit. Carcan., p. 272.)

De mandato imperiali facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., Perrino Lombardo castellano Schifati, etc. Benigne recepit majestas nostra licteras quas misisti, studium tuum quod habes super custodia nemoris nostri tibi commissa plurimum commendantes. Quod autem significasti nobis de dampno arborum propter ventorum impetum et aeris tempestatem, et etiam de animalibus occisis propterea in nemore supradicto, licet culmini nostro displicuerit, quod tamen divino judicio factum est, ipsa humanitas non incusat, sed tollerat patienter. Quod autem de lignis arborum dirutarum fieri debeat, Riccardo de Pulcaro fideli nostro per nostras licteras destinamus, cautus existens tamen ne occasione ipsa alie arbores incidantur. Tu vero circa servitia nostra, etc.

Datum apud Laudam, XVII novembris, XIII indictionis.

Item eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., Riccardo de Pulcaro, etc. Significante nobis Perrino Lombardo castellano Schifati, fideli nostro, nostra serenitas intellexit quod pridem propter ventorum impetum et aeris tempestatem, multe arbores dirute sunt in nostro nemore Silve Male, quarum ligna si vendantur Neapoli, emolumentum aliquod in compensationem dampnorum exinde curia nostra consequeretur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus commodum curie nostre, sicut melius et decentius videris, exinde facere non postponas, ut tuum, etc.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Mandata varia de pecunia exhibenda Nicolao de Cicala et lapide marmoreo eidem assignando pro constructione castri Capuae. Apud Laudam, 17 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 25 verso; In edit. Carcan., p. 272.)

De imperiali mandato scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., Nicolao de Cicala, etc. Devotionis tue licteras quas nostro culmini destinasti, benignitate recepimus consueta, studium tuum quod habes in nostris servitiis commendantes. Quod autem excellentie nostre significare curasti quod arcus turrium nostrarum completi sunt ex parte suburbii, culmini nostro placet; et ecce quod pro faciendo astraco turrium ipsarum, ne propter pluviam devastari possent, per manus S. de Romoaldo recollectoris pecunie nostre pecuniam necessariam tibi precipimus ministrari si de pecunia collecte ad opus ipsum specialiter deputate non habes; super quo ipsum S., si expedierit, requiri facies et licteras quas sibi provide mictimus assignari castellano Capue, ut petitum lapidem marmoreum tibi pro ipso opere faciat assignari.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

Eodem die de eodem mandato scripsit idem ad castellanum Capue, ut assignet lapidem marmoreum Nicolao pro opere turrium Capue.

Item eodem die de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., Stephano de Romoaldo, etc. Significavit culmini nostro Nicolaus de Cicala fidelis noster se de pecunia collecte ad opus turrium nostrarum que fiunt Capue deputate pro laborando in ipso opere non habere. Cum igitur velimus quod pro faciendo astraco turrium nostrarum ne per pluviam devastari possent, sibi necessaria pecunia tribuatur, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem ejusdem Nicolai fidelis nostri de pecunia curie nostre, tibi ad recolligendum commissa, pro faciendis astracis ipsis studeas exhibere et recipias exinde apodixam.

Datum [*ut supra*].

Apud Laudam, 17 novembris.

Mandatum ad castellanum castri Maccletumonis ut castrum ipsi commissum fideliter custodiat.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 26 recto; in edit. Carcan., p. 272.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Bartholomeo de Castellione, etc. Benigne recepimns licteras quas tua nobis devotio destinavit, et quod continebant intellectu pleno collegimns, tibi super hys taliter respondentes, quod quia recepisti castrum Maccletumonis cnstodiendum ad honorem et fidelitatem nostram quod H. de Morra magne curie nostre magister justitiarius fidelis noster tibi custodiendum ad opns nostri culminis assignavit, excellentie nostre placet. Fidelitati itaqne tne precipiendo mandamus quatenns castrum ipsnm studiose custodias, ita nt merito de diligenti custodia commenderis.

Datum apnd Laudam, XVII novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 17 novembris.

Mandatum ad justitiarium Principatus ut exequatur quid ipsi scripserint judices magnae curiae.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 26 recto; in edit. Carcan., p. 272.)

Item :

Fredericus, etc., Thomasio de Montenigro jnstitiario Principatus, etc. Mandamus fidelitati tne qnatenns que scribent tibi judices magne cnrie fideles nostri snper informatione sententie late per te contra Bartholomeum et Henricum de Aymerico, exequi et adimplere procures.

Datum apnd Laudam, XVII novembris, XIII indictionis.

Digitized by Google

Mandatum ad justitiarium Basilicatae ut quemlibet militem sub poena destitutionis feudi sui ad servitium militare compellat, monens quod procuratori demanii vetitum fuerit ne super castanetis Sancti Severini eumdem justitiarium molestet. Apud Laudam, 18 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 26 recto; in edit. Carcan., p. 272.)

De mandato imperiali scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Thomasio filio Osmundi justitiario Basilicate, etc. Benigne recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit et que continebant intelleximus diligenter, digne redarguentes processum tui, quod in precipiendo militibus justitiariatus tui quod equis et armis parati existerent, juxta quod servitium a quolibet ipsorum debitum requirebat, formam mandati nostri tibi impositi non servasti, statuens quod de tribus seu quatuor phendis miles unus munitus equis et armis ad nostrum servitium pararetur. Istud enim mandatum nostrum ad te missum non innuit, nec ex eo talis assumi debuit intellectus. Mandamus igitur fidelitati tue quatenus universis militibus justitiariatus tui firmiter ex parte nostra precipias, et sub pena terre quam tenet, ut quilibet paret se de equis et armis, secundum qualitatem servitii debiti de terra quam tenet; ita quod ad mandatum nostrum quilibet sit paratus. Si vero aliquem ipsorum ad presens mandatum nostrum complendum negligentem inveneris vel remissum, de terra quam tenet eum destituere non postponas, super hoc taliter processurus ut in te non reprehendatur defectus, sed diligentia commendetur. Preterea scribimus Jacobo judicis Leonis de Capua, procuratori demanii nostri in Principatu, ut super castaneetis que tenes in pheudo Sancti Severini te occasione revocationis non molestet, quousque in custodia filii nostri deputatus ire non potes, propositurus in sui presentia jura tua.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 18 novembris.

Mandata varia ad justitiarium vallis Gratis et terrae Jordanae de inquisitione facienda contra Roggerium de Cusentia et Johannem Bussum de Paterno, de exigendis CC augustalibus ab hominibus Brahallae pro homicidio clandestino, de unciis auri a Thomasio de Martorano ad curiam deportandis sive ad aerarium mittendis, de ratione Senatori de Archis quondam justitiario ab officialibus reddenda.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 26 recto; in edit. Carcan., p. 273.)

De imperiali mandato facto per magistrum Taddeum de Suessa scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Tholomeo de Castellione justitiario vallis Grate et terre Jordane, etc. Porrectam culmini nostro cedulam continentem delationes contra Roggerium Spataf. de Cusentia et ohannem Bussum de Paterno, tibi mictimus interclusam presentibus intuendam, cujus similem per omnia jussimus in nostra camera conservari. Super quibus omnibus quia per te inquiri et scire volumus veritatem, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ipsius cedule diligenter inspecto tenore super singulis que continet, diligentem et cautam facias inquisitionem, quam fideliter in scriptis redactam, sub sigillo tuo ad curiam nostram mictas, provisurus actente ut si in hys que cedula continet predicti Roggerius et Johannes culpabiles fuerint inventi, recepta ab eis ydonea cautione de representando se curie nostre, ipsos ad presentiam nostram mictas, ad comparendum eis peremptorium competentem terminum prefixurus, quem nobis tuis licteris declarabis.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

De superiori mandato scripsit R. de Salerno :

Fol. 26 verso. | Fredericus, etc., justitiario vallis Grate et terre Jordane, etc. Querelam Nicolai de Bussano [et] judicis Roggerii de Malveto recepit nostra

Digitized by Google

curia continentem quod cum dudum tempore quo Senator de Archis justitiariatus officium in ipsis partibus exercebat, duo homines interfecti fuerunt in partibus Brahalle nec inveniri potuerunt homicide, et [cum] idem Senator tunc justitiarius micteret eos apud Brahallam, ut ab hominibus terre ipsius ducentum augustales exigeret juxta nostrarum constitutionum tenorem, pro morte illorum, ad opus curie nostre, homines Brahalle insiluerunt in eos, ipsos vocibus et clamoribus multis hostiliter persequentes, et nisi quod fuge subsidium invenerunt, sicut asserunt, interfecissent eosdem, propter quod augustales ipsos recolligere minime potuerunt, in dampnum nostre curie et injuriam manifestam. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus inquiras super premissis diligentius veritatem, et si rem inveneris ita esse sicut superius continetur, augustales ipsos ad opus nostre curie studeas integre exigere et habere, ac deinde homines terre predicte quos tibi constiterit talia perpetrasse, taliter punias justitia mediante quod et ipsi ea se commisisse peniteant, et alii nostre felicitatis temporibus similia non actentent.

Datum [*ut supra*].

Item scripsit :

Fredericus, etc., justitiario vallis Grate et terre Jordane, etc. Constitutus in presentia nostra Senator de Archis fidelis noster exposuit coram nobis, quod cum dudum, eo exercente justitiariatus officium in partibus ipsis, commiserit Thomasio de Marturano, anno scilicet primo preterito XII indictionis, collectam recolligere a prelatis et clericis terre Jordane et quamdam aliam quantitatem pecunie de officio justitiariatus in eadem terra, cujus summa collecte et quantitatis pecunie ascendebat sicut asserit ultra MD uncias, et ipsas recollegit, non nisi XXXVI uncias eidem Senatori assignavit ex ipsis et reliquas sibi detinet, et idem assignare distulit usque modo. Verum quia curie nostre ad presens est pecunia oportuna, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, si est ita, injungas eidem Thomasio ut cum tota ipsa pecunia ad presentiam nostram se conferat ita sapienter et caute, ut de ipsa pecunia dampnum aliquod intervenire non possit. Quod si forte ad nos secure non valet accedere, precipias ei ut totam ipsam pecuniam assignet Jacobo de Sanctis custodi

Digitized by Google

particulari erarii nostri in partibus ipsis, per eum ad erarium nostrum Salvatoris ad Mare mictendam; ad quod faciendum si eum ad mandatum tuum inveneris negligentem aliquatenus seu remissum, qua convenit districtione compellas.

Datum [*ut supra*].

Item de superiori mandato scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., justitiario vallis Grate et terre Jordane. Constitutus in presentia nostra Senator de Archis, fidelis noster, exposuit coram nobis, quod ad vocationem nostram factam eidem quod ad presentiam nostram accederet, adeo se festinanter ad veniendum accinsit, quod officiales sui quibus temporibus justitiariatus sui servitia nostra per partes ipsas commisit, sibi de officiis que exercuerunt per eum rationem debitam ponere nequiverunt, per quarum rationum receptionem et residua que curie nostre debentur distincte scirentur et ratio ejusdem Senatoris obscura non esset. Quocirca fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus vocatis coram te qui propter hoc fuerint evocandi, cogas eos sicut justum fuerit ut eidem Senatori de officiis et commissionibus quas exercuerunt per eum, ponant integram et debitam rationem; ita tamen actente procures quod pecunia si quam officiales ipsi inventi fuerint de officiis ipsis debere, per eumdem senatorem vel in manu Jacobi de Santis custodis particularis erarii nostri de partibus ipsis, integre et sine dilatione qualibet assignetur.

Datum [*ut supra*].

Apud Laudam, 18 novembris.

Litterae responsales ad archiepiscopum Messanae, congaudentes de futura ejus in patriarcham Ierosolymitanum promotione.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 27 recto; in edit. Carcan., p. 274.)

De mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P. de Capua :

Fridericus, etc., archiepiscopo Messane. Devotionis tue nuncium et lit-

Digitized by Google

teras quas per eum nostro culmini destinasti benignitate recepimus consueta et tam ea que ipse lictere continebant quam ea que nobis pro parte tua idem nuntius tuus nobis proposuit viva voce, intelleximus diligenter, zelum devotionis tue quem (a) ad majestatem nostram (b) colligendo per eam. Super eo autem quod intellexisse te dixisti quod in patriarcham Ierosolymitanum debebas assumi, tanto si fieret illud, gratum nostra serenitas reputaret quanto et de te specialiter confidimus ex preteritorum obsequiorum tuorum laudabili conjectura, et locum tanti honoris etiam probitate morum adimpleres et fide. Cum igitur (c) de circumspectione tua digne speremus et fide, de promotione et honore tuo non immerito excellentia nostra gauderet; super quo tibi favorem nostrum ut convenit et gratiam pollicemur.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad justitiarium Siciliae ultra flumen Salsum de puniendis sacerdotibus et monacho qui maledicta et homicidium commiserunt. Apud Laudam, 18 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 27 recto; in edit. Carcan., p. 274.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Rogerio de Amicis justitiario in Sicilia, etc. Benigne recepimus licteras devotionis tue, et plene intelleximus que ipsarum series continebat, et consideratis hys que scripsisti de duobus sacerdotibus accusatis coram te de maledicto ac de monacho, qui simul cum alio monacho et duobus laycis priorem Sancti Petri de Campogrosso dicitur occidisse, quod ex presumptionibus pluribus et ex confessione layci per

(a) In impresso *quo*, male.
(b) Deest verbum *geris* vel hujusmodi.
(c) In impresso *gratia*, male.

Digitized by Google

tormenta extorta invenisse te asseris, cum nolimus quod hujusmodi crimina transeant impunita, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus sacerdotes ipsos et monachum qui Dei timore et religione quam portendunt omissis, commictere talia presumpserunt, mancipatos carceri diligenter facias custodiri, ut culpam suam pena judice fateantur et macerentur squalore carceris, qui caracteris et religionis abusi privilegio sumpta de impunitate confidentia apparuerunt scelestorum criminum commissores.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 18 novembris.

Litterae responsales ad Bartholomaeum de Anticulo, eum commendantes quod papalem exercitum in fugam converterit et Henrico de Cellis castra sibi commissa assignari fecerit, monentes quid agere debeat cum dominis Petrae Imperatoris et Civitellae de Mazoclis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 27 verso; in edit. Carcaniana, p. 275.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Sugio scripsit Jacobus de Bantra licteras responsales :

Fredericus, etc., Bartholomeo de Anticulo, etc. Receptis tue devotionis licteris tam hilariter quam benigne et intellecto tenore plenius earumdem, insinuatus per te rumor occurrit nostris desideriis satis gratus, videlicet quod papalis exercitus de diversis partibus congregatus et missus ad expugnandum terram tuam et aggredientibus eum viris armatis qui tecum erant, gressibus recesserat fugitivis, nonnullis vulneratis graviter et occisis, minutis etiam succisis trabucchis et machinis quas portarant; super quo grates Deo referimus qui causam innocentie nostre prospiciens et iniquum Romani motum antistitis deprimit et ubique protegit nos et nostros. Gratum etiam gerimus quod Tholomeus de Castellione ad requisitionem tuam Henricum de Cellis et alios fideles nostros in succursum

Digitized by Google

tuum miserit et devotionem suam exinde commendamus. Preterea tue devotionis ardorem quem erga celsitudinem nostram geris pleno favore prosequimur. Super eo vero quod afflictus infirmitate continua, ut misisti, mori credens, quod plurimum nos gravaret, nominato Henrico de Cellis fideli nostro castra tua assignari fecisti nostro nomine conservanda, zelum dilectionis tue quem erga nos habere te novimus favorabiliter commendamus. Laudantes nichilominus studium et sollicitudinem tuam quam in hys procurandis que commodum et honorem nostrum respiciunt, adhibes incessanter. De facto insuper fortellitie Petre Imperatoris sic duximus respondendum quia placet nobis quod dominus illius custodiat ipsam ad honorem nostri culminis ut promictit. Nos enim cum de processu suo certi erimus, .aciemus sibi in expensis congruis provideri. Placet insuper nobis quod cum dominis Civitelle de Mazoclis tractatum habeas et ordines si poteris cum eisdem, ut sicut offerunt nostris servitiis se exponant, et des eis bona verba. Nos enim ut veniemus ad partes ipsas et de (a) exinde ordinabimus quod honori nostro expedire videbimus et ipsorum etiam commodum respiciet et profectum.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

Mandata varia de solidis servientibus castrorum Gifoni et Turris Majoris exsolvendis et de necessariis expensis pro personis ad custodiam filiae Alberici de Romano deputatis, necnon pro domicellis in castro Avellini habitantibus. Apud Laudam, 18 novembris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 27 verso; in edit. Carcan., p. 275.)

De imperiali mandato scripsit Jacobus de Bantra :

Fredericus, etc., G. de Sancto Laurentio de Suessa provisori castrorum Terre Laboris, Principatus et terre Beneventane, etc. Fidelitati tue

(a) Locus, ut videtur, mutilus.

mandamus quatenus in custodia castri Gifoni tot servientes statuas vel personas quod computatis illis qui nunc sunt ibi numero sint viginti, recipiens a Stephano de Romoaldo statuto recollectore pecunie nostre ipsarum partium pro solidis et companagio eorum pecuniam oportunam. Volumus etiam et mandamus ut in custodia castri Turris Majoris triginta servientes statuas, omnibus computatis et computatis illis etiam qui nunc sunt ibi, recipiens a recollectore predicto pecuniam pro solidis et companagio eorumdem; et quia castellanus ejusdem castri quosdam servientes per duos menses ut dicitur retinuit pro custodia ipsius ultra illos qui ibi fuerant constituti, nec recepit solidos ut intelleximus pro eisdem, mandamus ut inquisita veritate, si rem inveneris ita esse, solidos eis solvas pro mensibus supradictis.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

Item de superiori mandato :

Fredericus, etc., Stephano de Romoaldo recollectori pecunie per justitiariatum Terre Laboris et Principatus. Fidelitati tue mandamus quatenus ad requisitionem Jacobi Capice vel ejus nuntii eunucho (*a*) et aliis personis que deputate sunt ad morandum cum filia Alberici de Romano proditoris nostri, expensas necessarias juxta ipsius Jacobi ordinationem tribuas, et pro servientibus quos G. de Sancto Laurentio provisor castrorum ipsarum partium ordinaverit in custodia castri Gifoni et Turris Majoris, sicut tibi mandavimus, de pecunia curie nostre que est per manus tuas solidos et companagium debeas exhibere juxta statutum curie nostre. Domicellis etiam nostris que sunt in castro Avellini, juxta requisitionem et ordinationem ejusdem Jacobi, pro vestimentis earum emendis, pecuniam necessariam sine difficultate persolvas, recipiens de omnibus que dederis apodixam ab eo cui pecuniam solveris pro eisdem.

Datum apud Laudam, XVIII novembris, XIII indictionis.

(*a*) In codice Phillipps. *Simicho*, minus recte.

Digitized by Google

Litterae responsales ad Jacobum Capicem de expensis exhibendis pro custodia filiae Alberici de Romano et pro domicellis in castro Avellini habitantibus, praeterea de expensis ipsius Jacobi et de solidis servientibus castri Turris Majoris exsolvendis. Apud Laudam, 21 novembris.

(*Regest. imper. Fred. II*, fol. 28 recto; in edit. Carcan., p. 276. Has litteras, licet in codice post mandatum sequens reponantur, nunc juxta rerum seriem aptius exhibendas censemus.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Sugio scripsit Jacobus de Bantra licteras responsales in hunc modum :

Fredericus, etc., Jacobo Capice, etc. Satis benigne recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit et earum tenorem intelleximus diligenter et tue fidelitatis ardorem quem erga celsitudinem nostram novimus te habere, favorabiliter commendamus. Laudamus insuper studium tuum super eo quod decenter recepisti filiam Alberici de Romano proditoris nostri et quod neptem tuam et aliam consanguineam tuam morari facis cum ea, statuto pro earum custodia Ber. (*a*) eunucho, sicut tue lictere continebant; et ecce quod S. de Romaldo civi Bari recollectori pecunie curie Terre Laboris et Principatus damus nostris licteris in mandatis ut tam ipsi eunucho quam aliis existentibus cum eadem expensas debeat exhibere. Mandamus etiam Guillelmo de Sancto Laurentio de Suessa provisori castrorum earumdem partium ut ad custodiam castri Gifoni viginti personas statuat, computatis in eis hys qui nunc morantur ibidem. Placet etiam nobis quod domicellas que erant in eodem castro ad castrum Avellini misisti, moraturas ibidem. Pro dandis autem tibi expensis pro duobus mensibus madio et junio proximo preteritis, ut misisti, damus per licteras in mandatis Alexandro filio Henrici ut illas tibi debeat exhibere, et quod in antea det tibi ipsas sicut hactenus recipere consuevisti.

(*a*) In cod. Phillipps. *Berardo*.

Digitized by Google

Pro vestimentis etiam ipsarum domicellarum recollectori scribimus supradicto ut ad requisitionem tuam ea ipsis debeat exhibere. Pro custodia insuper Turris Majoris supradicto provisori mandamus ut hys qui nunc sunt ipsius castri custodie deputati tot servientes addat quod sint inter omnes, computatis qui nunc ibi sunt, triginta, et pro narrato tempore solvat soldum et companagium illis quos castellanus pro majori custodia castri et captivorum qui ibi sunt, retinuit usque modo.

Datum apud Laudam, XXI novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 21 novembris.

Mandatum ad Henricum Abbatem pro quinque millibus unciarum assignandis Roberto de Castellione qui in Marchiam mittitur.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 27 verso; in edit. Carcan., p. 275.)

De imperiali mandato facto per magistrum P. de Vinea scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Henrico Abbati consuli Tunnisi, etc. Ecce quod Robbertum de Castellione fidelem nostrum, tanquam previum nostri celeris adventus, versus Marchiam ad Henricum illustrem regem Turrium et Gallure, etc., pro nostris servitiis destinamus. Fidelitati tue precipimus quatenus de pecunia curie nostre quam habes usque ad quinque millia unciarum, statim visis hys licteris, pro eisdem nostris servitiis [ei] debeas assignare, recepturus ab eodem exinde apodixam.

Datum apud Laudam, XXI novembris, XIII indictionis.

Apud Laudam, 21 novembris.

Litterae responsales ad Paulinum de Malta de camelis et leopardis justitiario Capitanatae et leoparderiis Luceriae assignatis,

de exeniis ad curiam missis, de victualibus curiae in Barbaria vendendis ut leopardi et pulli equini de pecunia recipienda emantur.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 28 recto; in edit. Carcan., p. 276.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Paulino de Malta, etc. Licteras toas, etc. Quod autem, sicut per easdem licteras intimasti, ad erarium nostrum Melfie quamdam summam pecunie transmisisti de proventibus curie nostre qui sunt per manus tuas, et camelos octo ad opus curie nostre justitiario Capitinate, ac duos leopardos fecisti leoparderiis uostris Lucerie morantibus assignari, placet nobis et tuam sollicitudinem commeudamus. De joettis (1) autem quas nobis pro parte toa tuus nuntius presentavit, gratificatur tibi nostre gratia majestatis, dum ostendis te de nobis debitam et quam de fideli speramus memoriam retinere. Mandamus igitur quod in servitiis nostris te gerere studeas fideliter et prudenter, et deinceps pecuniam curie uostre custodibus generalis erarii nostri quod est in castro Salvatoris ad Mare juxta Neapolim mictere studeas et facias assignari. Camelos autem quorum duo sunt masculi et una femina quos aput Maltam retinere te dicis pro filiis procreandis, facias custodiri; de victualibus curie nostre tibi mandantes ut munitis castris et aliis nostris servitiis inde faciendis, ut expedit, ordinatis, id quod supererit mictas iu Barbariam ad vendendum et de recepta ex eo pecunia, leopardos et pullos equinos de Barcha bene alliniatos facias emi ad opus uostrum, eosque ad presentiam uostram mictas.

Datum apud Laudam, XXI uovembris, XIII indictionis.

Gregorii IX summi pontificis epistolae ad Albertum archidia- Laterani, 23 novembris.

(1) Legitur tamen in margine : « *De XXXIII augustalibus missis in exenium.* » Unde non credendum quod de jocalibus hic agatur.

conum Patavinum et Philippum de Assisio de rebus in Alamannia gestis, praecipue ne dux Austriae cum imperatore reconciliationem agat.

(Edider. Aventin., *Excerpt. Alb. Boh.*, ap. Œfele, t. I, p. 790; — Höfler, in *Literarischen verein von Stuttgart*, t. XVI, p. 9.)

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis magistris Alberto archidiacono Patavino et Philippo [Assisinati] nuntio nostro in Alamannia moranti salutem et apostolicam benedictionem. Miratur fratrem venerabilem E. archiepiscopum Salzburgensem, cum Romanae ecclesiae honorem observare juramento sit adstrictus, ducem Austriae reconciliare Friderico imperatori perseverare. Jubet illis eum admoneant, desistat, aut excommunicent.

[Laterani], IX kalendas decembris, pontificatus anno XIII.

Gregorius, servus servorum Dei, Alberto, etc. Memorat beneficia in Fridericum Austriacum a rege Bohemiae ad instantiam suam collata. Cum enim ab imperatore omnibus terris spoliatus fuerit, rex Boemiae jussu papae adfuit eidem auxilio, subsidia praebuit donec recuperarit terras. Miratur igitur (cum idem dux toto posse juramento praestito sibi adesse debeat et negotium quod ipse novit (1) cum aliis devotis Ecclesiae principibus promovere neptemque suam filio regis Boemiae copulare) ingratitudinem ejus in quo omnem spem collocat. Jubet eumdem admoneat, rem perficiat, aut interdicatur terra, ipse excommunicetur.

[Laterani], IX calendas decembris, M. CC. XXXIX (*a*). Vetat praeterea ne quidquam Bohemiae aut Moraviae mali adjungat.

Extant aliae ejusdem Papae litterae eisdem Alberto et Philippo directae cum notis chronologicis eisdem, quibus eis mandat ut vi excommunicationis praelatos Teutoniae cogant, qui in denuntianda sive publicanda lata contra Fridericum quondam imperatorem excommunicationis sententia se

(*a*) In impresso *M. CC. XXXIV*, male.

(1) Scilicet de electione novi Romanorum regis.

Digitized by Google

negligentes aut rebelles ostenderint. *Ibid.*, p. 8, et ap. RAYNALDI, *Annal. eccles.* ad ann. 1239, § XXXV.)

Mandata imperatoris super continentia falconum suorum et de austuris ad Henricum regem Turrium et Gallurae, filium suum, deportandis. Apud Cremonam, 24 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 28 verso; in edit. Carcan., p. 276.)

De mandato domini imperatoris facto per magistrum R. de Sugio scripsit Jacobus de Bantra in hunc modum :

Fredericus, etc., Entio falconerio, etc. Quia volumus scire continentiam falconum nostrorum, fidelitati tue mandamus quatenus veraciter nobis significes si bene sit eis et quot sint, et maxime quid sit de falconibus qui Malte capti fuerunt, et si hoc anno falcones silvestres habuisti, et quot fuerint, totum hoc nobis aperte significes et distincte, etc.

Datum apud Cremonam, XXIV novembris, XIII indictionis.

Item :

Fredericus, etc., Rainaldo Troysio, etc. Fidelitati tue mandamus quatenus si lator presentium, fidelis noster, te cum austuris nostris invenerit apud Pisas, ulterius non venies, sed in ipsis partibus nos expectes; et si forte apud Neapolim te idem inveniat, volumus ut per terram ad dilectum filium nostrum H. illustrem regem Turium et Gallure cum eisdem asturis debeas te conferre.

Datum [*ut supra*].

Similes scripsit idem Johanni de Ferula venienti cum canibus.

Mandata varia de pecunia recolligenda ab hominibus Cataniae et a Trogisio de Calatagerone ad opus castri Cataniae a fundamentis construendi. Apud Cremonam, 24 novembris.

Digitized by Google

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 28 verso; in edit. Carcan., p. 277.)

De mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Jacobus de Bantra licteras responsales :

Fredericus, etc., magistro Riccardo de Lentino preposito novorum hedificiorum, etc. Solita benignitate recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit, et quia per ipsarum tenorem intelleximus quod magnus apparatus calcis et lapidum factus est pro opere castri nostri Cathanie, et cals ipsa devastari poterit nisi ponatur in opere supradicto; volumus et mandamus fidelitati tue quatenus receptis ducentis unciis ab hominibus Cathanie, quas ipsi nobis pro eodem opere optulerunt, et centum sexaginta unciis a Trogisio de Calatagerone, de predicta calce et lapidibus ipsis fieri facias fundamenta, et murari de lapidibus ipsis super terram ad mensuram unius canne; et ecce quod prefatis hominibus Cathanie nostris damus licteris in mandatis ut ad requisitionem tuam solvant tibi uncias supradictas. Mandamus insuper justitiario ut eumdem T. ad solvendas tibi easdem uncias qua convenit districtione compellat; tu autem factis fundamentis ipsius castri et elevato muro in circuitu ad mensuram unius canne, sicut dictum est, de calce et lapidibus supradictis, deinde fieri facias apparatum de lapidibus fractis qui sunt ad Criptam Regetanam sive in illis partibus, prout melius videris expedire, ut de lapidibus ipsis fieri debeat opus ipsum.

Datum apud Cremonam, XXIV novembris, XIII indictionis.

Item scripsit :

Fredericus, etc., universis hominibus Cathanie. Super eo quod nuntii vestri quos ad nostram presentiam destinastis ex parte vestra ducentas uncias auri pro incipiendo opere castri nostri quod in terra ipsa providimus construendum, nostro culmini obtulerunt, tanto devotionem vestram favorabiliter commendamus, quanto ex hoc perpendere possumus manifeste quod erga nos puritate fidei et zelo nimie dilectionis accensi grata servitiorum exhibitione nitimini semper captare nostre benevolentiam majestatis. Verum quia beneplaciti nostri est quod opus ipsum incipiatur ad presens, fidelitati vestre mandamus quatenus ad requisitionem ma-

gistri R. de Lentino prepositi hedificiorum nostrorum fidelis nostri dictas CC uncias pro ipso opere incipiendo taliter persolvatis ut exindo devotionem vestram, etc.

Datum [*ut supra*].

Item scripsit Gualterius de Cusentia :

Fredericus, etc., Guillelmo de Anglone justitiario Sicilie citra flumen Salsum. Significavit culmini nostro magister R. de Lentino hedificiorum nostrorum prepositus, fidelis noster, quod cum de pecunia que dudum recollecta fuit pro opere castri nostri Auguste penes Trogisium de Calatagerone remanserint uncie auri centum et LX, qui fuit recollector ejusdem, pecuniam ipsam renuit assignare ut debet; et quia eamdem pecuniam volumus eidem magistro Riccardo assignari debere pro servitiis operum nostrorum, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, si tibi constiterit ita esse, cogas eumdem T. districtione debita, ut pecuniam ipsam sine mora eidem magistro R. debeat assignare.

Datum [*ut supra*].

Mandata de austuribus et aliis exeniis ad praesentiam principis deferendis. Apud Cremonam, 26 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 28 verso; in edit. Carcan., p. 277.)

De imperiali mandato scripsit R. de Petrasturmina :

Fredericus, etc., Thomasio de Brundusio, etc. Quia duos austures quos tulerunt nuncii Cumianonis (*a*) ad opus nostrum te intelleximus recepisse, quos per Cataldum Mustattinum vallectum et fidelem nostrum volumus ad presentiam nostram ferri, fidelitati tue mandamus quatenus austures ipsos eidem Cataldo portandos per eum ad nos debeas assignare.

Datum apud Cremonam, XXVI novembris, XIII indictionis.

(*a*) Supra *Cuminiani*. In cod. Phillipps. *Cumjanonis*, male.

Digitized by Google

Item scripsit :

Fredericus, etc., Alexandro filio Henrici, etc. Fidelitati tue mandamus quatenus si nuntii de partibus transmarinis vel alii cum falconibus, joectis, vel aliis solatiis de partibus eisdem venerunt jam vel quandocnmque venerint, qui velint ad nostram presentiam se conferre, sicut honori et commodo nostro expedire videris, necessaria nsque ad presentiam nostram de pecunia curie nostre que est per manus tuas debeas exhibere.

Datum [*ut supra*].

Item scripsit G. de Tocco ad Alexandrum filium Henrici, nt si austures ipsos penes alium invenerit qnam penes Thomasium de Brundusio, precipiat eos assignari eidem Cataldo ad domini presentiam deferendos.

Item Cataldo (*a*) de Papia, ut nbicumque lictere eum invenerint sine mora conferat se Melfiam, et moretur ibidem habiturus diligentem curam de avibus domini que sunt ibi.

Cremonae, 27 novembris.

Litterae patentes et mandatum de assignandis libere et absolute mercatoribus de Pogibonizo mille salmis frumenti, quas pro unciis auri quadringentis triginta tribus et tertia a curia emerunt.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 29 recto; in edit. Carcan., p. 278.)

De mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit P. de Capua licteras patentes in hac forma :

Fridericns, etc. Notum facimns universis quod Ventura, Perfectns, Bon Johannes, Henricus, Bonzolinns, Aldemascns de Aldemasco, mercatores de Pogibonizo, fideles nostri, emerunt a cnria nostra de frumento salmas mille ad justam salmam regni, pro nnciis auri quadringentis trigenta tribus et terzia ad generale pondus regni; quas uncias mercatores

(*a*) In codice Phillipps. *Carnil*, addito abbreviationis signo; quam lectionem potiorem habemus, dum agatur de *Carnilevario de Papia* pluries infra nominato.

Digitized by Google

predicti camere nostre integre persolverunt. Quod frumentum promisimus et convenimus eis ut Obbertus Fallamonachus secretus Panormi fidelis noster de frumento presentis anni usque per totum mensem februarii primo venturum per subscriptam indictionem in portu Panormi et Trapani, vel in altero eorum ipsis vel eorum alteri integre debeat assignare portandum extra regnum quocumque voluerint libere et absolute ab omni jure curie nostre, doane et portus. Super quo prefato secreto dirigimus scripta nostra. Unde ad ipsorum mercatorum, etc.

Datum Cremone, XXVII novembris, XIII indictionis.

Item eodem die scripsit idem licteras clausas sub eadem forma :

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho secreto Panormi, etc. [*ut supra usque ad* :] Cum igitur velimus pactum et conventiones ipsis prefatis mercatoribus integro conservare, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus mille salmas frumenti de frumento presentis anni in predictis partibus et termino prefato Venture et sociis, vel ipsorum alteri quem tibi constiterit missum per eos, assignare procures libere et absolute ab omni jure doane et portus, extra regnum quocumque voluerint asportandas, recipiens post assignationem frumenti prefati licteras nostras patentes, quas ipsis fecimus, et aliud scriptum competens exinde fieri facias, ad curie nostre cautelam. Mandatum nostrum, etc.

Mandata de expensis Cataldo Mustattio et Bartholomaeo de Logotheta falconeriis exhibendis. Cremonae, 27 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 29 recto; in edit. Carcan., p. 278.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Camera :

Fredericus, etc., judici Philippo de Aversa, etc. Cum mictamus in Apuliam Cataldum Mustattium falconerium et fidelem nostrum pro quibusdam avibus nostris ad nostram presentiam deferendis, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eidem Cataldo pro se, duobus scuteriis, et

tribns equis, et portitoribus avium ipsarum, cuilibet pro se et equitatnris eornm et pro avibns ipsis in veniendo nsqne ad presentiam nostram, expensas jnxta assisiam curie nostre dare procnres, receptnrus ab eis de hys que ipsis dederis apodixam.

Datnm Cremone, XXVII novembris, XIII indictionis.

Quibus licteris sigillatis XXVI madii aput Neapolim in camera resignatis, cum nichil receptnm fuerit a dicto jndice Philippo, predicto die facte sunt lictere bajnlis Baroli, sicnt de eisdem predicto die factis aput Neapolim inferins continetur (1).

De mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit idem (*a*) :

Fredericus, etc., judici Philippo de Aversa, etc. Ecce mictimus ad partes Apulie Bartholomenm de Logotheta falconerinm et fidelem nostrum, ut ibi custodiat falconem nostrum sue custodie deputatum. Fidelitati tne precipiendo mandamus qnatenns eidem Bartholomeo pro se, duobus scuteriis et tribus equis expensas tribuas a kalendis proximi mensis januarii in antea, quousque ibidem pro servitio nostro morabitur juxta assisiam curie nostre, recepturus ab eo de hys que sibi dederis apodixam.

Datum [*ut supra*].

Lictere iste rescripte sunt per enmdem ad Alexandrum filium Henrici sub eadem data (2), quia judex Philippus non susceperat officium.

Cremonae, 27 novembris.

Mandatum ad compalatium Neapolis de expensis et roncino alio exhibendis Guillelmo de Mazaria marescallae valletto.

(*a*) Scilicet ut videtur *P. de Capua*.

(1) Ad suum locum hanc notitiam reponimus, dum ita in impresso exhibeatur quasi ad mandatum praecedens spectaret, Oberto Fallamonacho directum. In codice vero Phillippeensi eadem nota ad marginem recte exaratur juxta mandatum ad Philippum de Aversa scriptum. Litterae de quibus mentio fit desunt, dum istud Regesti fragmentum quod superest non ultra sextum maii diem 1240 procedat.

(2) Verisimiliter apud Neapolim sub eodem die 26 maii 1240, dum Alexander filius Henrici ab officio amotus fuerit ante primum junii diem.

Digitized by Google

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 29 recto; in edit. Carcan., p. 278.)

De imperiali mandato facto per dominum R. de Trentenaria scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., compalatio Neapolis (*a*). Cum Guillelmum de Mazaria vallectnm marescale nostre, fidelem nostrum, ad partes Apulie pro nostris servitiis destinemus, fidelitati vestre precipiendo mandamns quatenns eidem G. pro se et uno eqno pro mense jannarii primo futuro hnjus XIII indictionis, cnm nsque tunc expensas de camera nostra receperit, de proventibus cnrie nostre qui sunt per manns vestras jnxta assisam curie nostre tribnatis expensas, et quia mandavimus eum pro servitiis nostris ire et ad curiam nostram redire velociter, mandamus vobis nt si forte roncinus quem equitat, cum illnc veniet, non esset sufficiens ad nostrum beneplacitnm exeqnendnm; vos recepto eo pro parte curie nostre alium de pecnnia curie nostre ematis, et detis ei, quo nostra possit commode servitia percomplere.

Datum Cremone, XXVII novembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Alexandrum filium Henrici de inquisitione facienda super feudo unius militis quod Raynaldus de Tursio tenet in Tursio, ad manus curiae, si jus exegerit, revocando. Cremonae, 27 novembris

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 29 verso; in edit. Carcan., p. 279.)

De mandato imperiali facto per magistrum T. de Suessa scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Alexandro filio Henrici, etc. Ex insinnatione assertoris fidelis, nostra serenitas intellexit qnod Raynaldus de Tnrsio tenet pheudum unius militis in Tursio, iu prejudicium juris nostri, qnod ad

(*a*) Verisimiliter legendum *compalatio et bajulis Neapolis*, cum ad plures mandatum esse directum animadvertamus.

Digitized by Google

curiam nostram pleno jure noscitur pertinere. Cum igitur pati nolumus quod jura curie nostre teneantur ab aliis occupata, qui quibuslibet subjectis nostris eorum justitiam volumus conservari, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad locum ipsum te personaliter conferens, inquisitionem inde facias diligentem. Audiens nichilominus et diligenter adtendens jura que idem Raynaldus de Tursio coram te poterit presentare ac consideratis hys que per inquisitionem inveneris, et juribus possessoris, si de jure curie nostre tibi constiterit, et rationes possessoris inveneris deficientes, pheudum ipsum ad manus curie nostre studeas revocare, sic studiose et sollicite processurus ut jus curie nostre si quod habet per defectum non remaneat indiscussum.

Datum Cremone, XXVII novembris, XIII indictionis.

Que lictere assignate sunt Riccardo de Montefuscolo justitiario Capitinate.

Item I junii ejusdem indictionis scriptum est in eadem forma Petro Castaldo procuratori in Apulia, quia Alexander filius Henrici amotus ab officio non fuerat executus.

Cremonae, 27 novembris.

Litterae patentes et mandata de unciis auri quadringentis ad certum terminum mercatoribus Cremonensibus assignandis, qui centum libras Venetianorum grossorum in camera mutuaverunt.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 29 verso; in edit. Carcan., p. 279.)

De mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Jacobus de Bantra patentes licteras in hunc modum :

Fredericus, etc. Tenore presentium notescat universis quod Bonifacius de Albertano et Ozaldus de Fraganisco cives Cremonenses fideles nostri mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras centum pro unciis auri quadringentis ad generale pondus regni, ad rationem videlicet quinque solidorum per unciam, de quibus convenimus

Digitized by Google

et firmiter promisimus eis quod judex Jacobus de Santis recollector pecunie curie nostre in Sicilia citra flumen Salsum et per totam Calabriam pro parte curie nostre hinc ad tres menses, in kalendis videlicet proximi futuri mensis martii hujus XIII indictionis, de eadem pecunia curie nostre que est per manus suas in civitate Messane integre qualibet difficultate remota et sine majoris more dispendio quietabit. Ad hujus autem, etc.

Datum Cremone, XXVII novembris, XIII indictionis.

Item scripsit idem judici Jacobo de Santis recollectori pecunie, ut predictas quadringentas uncias ad generale pondus solvat eisdem de pecunia curie que est per manus suas, in termino constituto, omni mora et occasione remotis, et recipiat ab eis patentes licteras exinde ipsis factas et faciat fieri de solutione aliud scriptum competens ad curie cautelam.

Scriptum est etiam Majori de Plancatone secreto Messane, ut si prefatus judex Jacobus recollector, aliquo casu interveniente, dictas quadringentas uncias non solveret Cremonensibus suprascriptis, sic cum eodem recollectore procuret quod undecumque et quomodocumque pecuniam habere poterunt, quantitatem predictam sine majoris more dispendio solvant ipsis in predicto termino pretaxato.

Mandata varia de servis nigris comparandis qui sciant sonare tubas, de judaeis instructis ad dactulitum Panormi fructificandum, de victualibus Nicoloso filio Ansaldi de Nigro assignandis. Cremonae, 28 novembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 29 verso; in edit. Carcan., p. 279.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Petrasturmina scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho secreto Panormi. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de sclavis nigris curie nostre si habes ex eis, vel si non habes de sclavis curie nostre, emas de pecunia nostra

usque ad quinque, qui habeaut a XVI vel XX annis supra, et ipsos instrni facias ad sonandum tubas, quorum quatuor doceautur ad tubas, et unus ad tubectam, et ipsos instrnctos cum quatnor tubis et una tubecta ad presentiam nostram quam citius poteris, debeas destiuare. Et qnia intelleximus quod quidam de judeis qui nuper ad habitaudum Panormum veuerunt, volunt facere dactulitum nostrum Panormi fructificare, cum exinde sint instructi, mandamus tibi quod ordines cum eisdem ut ad hoc faciendum iutendant, etiam si de jure curie nostre qnod debeut eis proinde aliquid debeas relaxare.

Datum Cremone, XXVIII novembris, XIII indictionis.

Eodem die de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum de Suessa scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Obberto Fallamouacho secreto Panormi. Fidelitati tue precipiendo maudamus quatenus secundum qnod tibi mandavimus, de assignandis victualibus Nicoloso filio Ansaldi de Nigro fideli nostro, victualia ipsa sibi assignes, juxta priorum nostrarum continentiam licterarum.

Datum [*ut supra*].

Cremonae, 28 novembris.

Fridericus, Romanorum imperator, Bertholdo marchioni de Fohenburc (Hohenburg) consanguineo suo, quem statuit capitaneum Cumarum, concedit ut jurisdictionem quoque exerceat in omnes terras et possessiones Mediolani quae studio ipsius et aliorum fidelium ad jus imperii revocabuntur.

(Inedit. ex archivo comm. Cumar., lib. I *Veter. Monum.*, regest. pergam., fol. 69 recto.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Iernsalem et Sicilie rex, Bertholdo marchioni de Fohenburc, dilecto consanguineo et fideli suo, capitaneo Cumarum, gratiam suam et omne bonum.

Cum ad defensionem nostrorum fidelium qui in tua jurisdictione consistunt pro restaurandis et conservandis juribus nostris et imperii et justicia facienda in exterminium et desolationem Mediolanensium rebellium et proditorum nostrorum, te nuper capitaneum Cumarum duximus statuendum, ut eo melius et potentius predicta omnia facere valeas et implere quo erga te senseris et intellexeris munificentie nostre gratiam ampliari, preter auctoritatem et potestatem tibi traditam, devocioni tue de speciali gratia concedimus et liberaliter confirmamus ut omnes terre Mediolani que sunt in jurisdictione Cumarum et in circumstantibus locis seu possessiones que tuo studio et sollicitudine vel aliorum nostrorum fidelium ad nostrum et imperii jus et proprietatem contingerit revocari, integre sub tua jurisdictione et capitaneatu subsistant, ut in eis illam jurisdictionem exerceas quam debes in aliis tue jurisdictionis castris, villis, terris et possessionibus exercere. Ad hujus autem nostre concessionis et confirmationis memoriam et robur in posterum valiturum, presentes litteras exinde tibi fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Cremone, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo nono, vicesimo octavo novembris, terciedecime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, ob fidelitatem civitatis Cumarum quae Mediolanensium proditorum imperii errores dimisit, ei confirmat omnia privilegia a suis antecessoribus et a se ipso indulta cum jurisdictionibus, castris, villis, plebatibus et burgis quae commune ipsum possidet aut quae Mediolanenses eidem abstulerunt. Cremonae, novembri.

(Edit. ap. ROVELLI, *Storia di Como* (Milano, 1794), t. II, docum., p. 380, ex archiv. comm. Cumar., lib. I *Veter. Monum.*, regest. pergam., fol. 63 verso, 64 recto.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus secundus divina

favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Augustalis clemencie solium tunc extollitur, tunc in orbe terrarum fulgoris decoratur insignibus et laudum titulis insignitur, cum supplicationes fidelium benigno favore prosequitur et vota supplicum gratioso lumine contemplatur, ac eadem gratanter in ulnis benignitatis suscipit et ad benemeritos dexteram liberalitatis extendit, ut in subjectorum animis succendat fervorem fidei et barbare nationes devotionem ad ipsum induant per exemplum. Noverit igitur presens etas et successura posteritas quod comunis Cumarum, fideles nostri, qui avite devocionis memores et paterne fidei nobis et imperio debite non ignari, Mediolanensium proditorum nostrorum dimissis erroribus, dominium nostrum et imperii pronis et promptis affectibus cognoverunt, nostre excellentie humiliter supplicarunt ut ob fidei sue respectum, in recompensationem etiam dampnorum que ab eisdem Mediolanensibus hactenus pertulerunt, omnia privilegia et concessiones ipsis dudum a divis augustis progenitoribus nostris recolende memorie et nobis indulta, jurisdictiones, castra, villas, plebatus et burgos que comune ipsum in presentiarum juste possidet et que eidem Mediolanenses proditores imperii usque modo per violentiam abstulerunt, confirmare sibi de nostra gratia dignaremur. Nos autem ipsius comunis fidelium nostrorum supplicationibus benignius inclinati et in nostre considerationis speculo contemplantes fidei puritatem et devocionis promptitudinem quas oportunis temporibus nostris aspectibus presentarunt, ad primevam fidem redeuntes imperii a qua fuerant compulsi per proditorum nostrorum malitiam deviare, considerantes etiam grandia satis et grata servitia que civitas Cumana nobis et imperio poterit exhibere, ut de obseqniis prestitis a majestate nostra dignam gratiam consequatur et ad prestanda in futurum fortius animetur, omnia privilegia et concessiones eidem comuni fidelibus nostris a divis augustis progenitoribus nostris recolende memorie et nobis indulta, jurisdictiones, castra, villas, plebatus et burgos que comune ipsum modo juste possidet et que eidem Mediolanenses proditores nostri hactenus abstulerunt, de affluenti nostra gratia duximus confirmanda; statuentes et immutabili sancientes edicto ut nulla omnino persona

alta et humilis, nullus dux, marchio, comes, potestas, seu comune, ecclesiastica vel secularis persona, comune ipsum Cumarum contra hujus nostre confirmationis paginam temere impetere seu molestare presumat. Quod qui presumpserit penam centum librarum auri se noverit incursurum, medietate camere nostre et reliqua medietate passis injuriam persolvenda, salva in omnibus imperiali justicia. Ad hujus autem nostre confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt : Berardus Panormitanus archiepiscopus, . . . Reginus. . . et Taurinensis episcopi, Gavardus de Arnesteyn, Thomas comes Acerrarum, Lantelmus et Girardus de Lauda, Fredericus de Bergamo comites, Obertus (*a*) marchio Pelavicinus Papiensis et Guillelmus de Simbardo Cremonensis potestates, et alii plures.

Signum domini Frederici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense novembris, terciedecime indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno vicesimo (1), regni Iersalem quintodecimo, [anno] vero regni Sicilie quadragesimo secundo, feliciter. Amen.

Data Cremone, anno, mense et indictione predictis.

Henricus, rex Turrium et Galluris, sacri imperii in Italia legatus, universitati Maceratae pro fide ejus et gratis servitiis concedit et confirmat castra Casalis, Nuncastri, Miligani cum omnibus

In castris in obsidione Montecilae, novembri.

(*a*) In libro *Robertus*, minus recte.

(1) Vicesimus imperii annus a vicesimo secundo die ejusdem mensis novembris currebat. Quod quidem probat hac die posterius esse documentum.

eorum rationibus, eique insuper concedit multa privilegia et libertates, scilicet de jurisdictione, de tributis, de portubus, etc.

(Edid. Compagnoni, *Reggia Picena*, parte I, p. 103-104, ex origin. In archivo Maceratae, unde pendebat sigillum « in quo armatus vir adest insidens super equo a cujus cauda turris. »)

Henricus Dei et imperiali gratia rex Turrium et Gallnris et domini imperatoris filins, sacri imperii totius Italie legatus, etc. Considerantes constantiam fidei et devotionis sinceritatem universitatis Macerate quam semper erga serenissimum Cesarem patrem nostrum, nos et imperium nisa est conservare, damna et jacturas qne sibi propter fidem et honorem imperii fuerunt per ministros Ecclesie illata nullatenus attendendo, habentes etiam pre oculis grata servitia que universi homines Macerate nobis pro reverentia imperii exhibent in presenti et in antea exhibere poterunt gratiora, de regia nostre liberalitatis gratia qua consuevimus benemeritos prevenire, imperiali etiam nobis auctoritate per Italiam totam commissa, concedimus eidem universitati Macerate et in posternm confirmamns castrum Casalis, castrum de Nuncastro, castrum Miligani cnm districtibus, curtibus et omnibus justitiis et rationibus snis, ut nulli alii de cetero homines dictorum castrorum pro servitiis seu aliquibus rationibus teneantnr nisi commnni Macerate, juxta quod per commune Macerate fnerint requisiti. Volnmns etiam quod universitas Macerate liberum habeat arbitrium omnia podia seu castellaria posita in districtn et curte Podii et Macerate destruere et edificare jnxta quod de ipsins communis voluntate plene processerit, et nullus in eisdem podiis seu castellariis habitare presumat nisi prius licentiam a communi Macerate impetrabit. De abundantiori quoqne gratia nostra concedimns et confirmamus communi Macerate ut omnes habitantes, etc., perpetno sint liberi et absoluti ab omni foro, ut non conveniantur pro aliqna causa nec trahantur ad ullum forum nisi coram judice Macerate, bajnlos habeant pro cognoscendis causis, componendis contractibns ac purgandis maleficiis quos commnne Macerate duxerit statuendos, quod omnes homines ejnsdem communis sint liberi et absolnti cum omnibus bonis eorum qne nunc juste tenent et possident et in antea justo

Digitized by Google

titulo poterunt adipisci ab omnibus civitatibus et ecclesiis seu prelatis earum, et nullus habitator Macerate de maleficiis, contractibus vel aliquibus causis conveniatur nisi coram communi Macerate; nec volumus commune Macerate aliquibus exactionibus pregravari, nisi tantummodo in viginti quinque libras Ravennatenses quas imperiali camere consuevit hactenus exhibere. Concedimus eis insuper portus per totum districtum Marchie Anconitane ut in iisdem possint libere vendere, emere et suas utilitates in singulis mercimoniis exercere. Et ejusdem communis insuper supplicationis instantia, concedimus universitati Macerate ut post vindicationem Marchie Anconitane, juxta mandatum nostrum quod in omnibus sit subjecta et subdita nobis et imperio, ex tunc quotiens exercitum per Marchiam nos et imperium habere contigerit, tres tantum milites pro parte universitatis eorum ubique per Marchiam per quindecim dies tantum ad exercitum nostrum et imperii commune Macerate debeat destinare, etc.; que omnia per serenissimum Cesarem patrem nostrum promittimus firma et illibata servari.

Datum in castris in obsidione Montecle (1), anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense novembris, XII indictione (2).

Fridericus, Romanorum imperator, Raymundo comiti Tolosano dilecto fideli et affini suo concedit comitatum Forcalquerii quo comitem Provinciae propter manifestam ejus proditionem privatum fore denuntiat. Cremonae, decembri.

(Edit. ap. Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 245, ex copia mendosa. Nunc emendatum exhibemus ex originali in archivo praecipuo Franciae asservato, *Trésor des chartes*, J. 610, n° 4. Cereum sigillum pendet filis sericis amaranthini et flavi coloris.)

---

(1) Scilicet *Montecchio*.

(2) Verisimiliter per oscitantiam notarii pro *XIII indictione*, nisi indictione pontificali contra morem usus fuerit.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus Dei gratia secundus Romanorum imperator semper augustus, divina favente clemencia Jerusalem et Sicilie rex. Tunc imperialis excellentie firmissimo robore firmatur imperium, tunc decus extollitur Cesaree majestatis, cum infidelibus pro perfidia penam digne retribuit et pro fide fidelibus premia liberaliter elargitur, amorque virtutis tunc crescit in bonis et pene fragor in malis acuitur, cum injustorum divitiis justi ditantur et induuntur innocentes quodamodo spoliis dampnatorum. Hac igitur consideratione permoniti qui Romani frena imperii moderamur, adtendentes puram fidem et devotionis integritatem quam Raymundus comes Tholosanus, dilectus affinis et fidelis noster, ad personam nostram spetialiter et ad sacrum nostrum Romanum imperium noscitur habuisse, considerantes quoque grata satis et fructuosa servitia que nobis et imperio indefessa virtute semper exhibuit et in futurum poterit exhibere, advertentes insuper manifestam perfidiam quam Raymundus, comes Provincie, benefitiorum nostrorum immemor et fidei qua nobis et imperio tenebatur oblitus, contra nos proditorie presumpsit conmictere, civitatem Arelatensem, nobis et imperio subditam, a fide nostra pervertens et occupare presumens, unde ipsum criminis lese majestatis reum, puplico et justo judicio condempnatum perpetuo banno imperii subdendum duximus, et proditorem et hostem puplicum reputamus et eum omnibus bonis ejus sententialiter privavimus que imperii nostri juribus decrevimus applicanda; comitatum Folkalkerii quem idem comes Provincie hactenus tenuit et omnia pheuda que ratione comitatus ipsius ad ipsum comitem pervenerunt, et specialiter civitatem Sistarici et castrum Folcalkerii, ipsi Raymundo comiti Tholosano dilecto affini et fideli nostro et ejus heredibus de nostra gratia concedimus et perpetuo confirmamus, salva in omnibus imperiali justitia. Ad hujus autem nostre concessionis et confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Berardus Panormitanus archiepiscopus; . . . . Reginus et. . . . Taurinensis episcopi; Gauardus de Arnesteyn; Thomas comes Acerrarum; Henricus de Morra, magister justitiarius;

magister Petrus de Vinea et magister Taddeus de Suessa, magne curie judices, et alii plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense decembris, tercie decime indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno vicesimo, regni Jerusalem quinto decimo, regni vero Sicilie quatragesimo secundo, feliciter. Amen.

Data Cremone, anno, mense et indictione predictis.

Fridericus, Romanorum imperator, civitati Avinionis cujus fidelitatem et devotionem commendat, largitur in perpetuum novam monetam cudendi licentiam, mandans ut moneta in ista civitate percussa, sicut aliae monetae per regnum Arelatense et Viennense, recipiatur et expendatur sine difficultate qualibet. Cremonae, decembri.

(Inedit. ex archivo. praefect. Massil., *Tour du trésor*, 3ᵉ carré, huitième liasse, lett. O, ex originali a quo sigillum avulsum fuit : foramina vero et characterum forma, nitida prorsus et optime conservata, authenticum esse clare demonstrant.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Munificentie nostre gratia communis omnibus debet esse fidelibus, sed ad supplicationes illorum potissime benigna debet assurgere quos fervor fidei et devotionis integritas laude dignos et premiis nostris aspectibus representant. Hinc est quod per presens privilegium notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod ad laudem imperialis nominis et gloriam Cesaree dignitatis, comune Avinionis fideles nostri qui fidem suam apud majestatem nostram serviendo continuant,

Digitized by Google

nobis reverenter obediunt et devotissime famulantur, culmini nostro humiliter supplicarunt ut sibi nove pecunie in civitate ipsa cudende licentiam, que liberalis et licita de imperiali tantummodo auctoritate suscipitur, de munificentie nostre gratia concedere dignaremur. Nos igitur volentes ipsam nostram et imperii civitatem novis et dignis ornatibus decorare, cupientes etiam honoribus nostrorum fidelium honores adjicere, beneficia beneficiis sotiare, cum et quicquid civitati Avenionis honoris accedit aut commoditatis acquiritur, nostre serenitatis preconiis et compendiis ampliatur, plenam auctoritatem et licentiam cudendi novam monetam in eadem civitate ab eisdem nostris fidelibus postulatam de benignitate solita et munificentie nostre gratia ex certa scientia ipsis liberaliter in perpetuum duximus largiendam; statuentes firmiter et imperiali jussione mandantes quod universi et singuli pecuniam ipsam novam de licentia majestatis nostre percussam in civitate Avinionis ut alias monetas que per regnum Arelatense et Viennense expenduntur, tam recipere quam expendere in perpetuum non recusent, set universaliter ubicunque absque dubietate vel contradictione aliqua utantur eadem, tanquam moneta publica ab imperiali nostra majestate concessa; si vero aliqua persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, civitas seu comune, contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario venire presumpserit aut ipsum in aliquo temptaverit violare, centum libras auri puri pro pena componat, medietate camere nostre et reliqua medietate passis injuriam applicanda, predicto privilegio nostro nichilominus in suo robore duraturo. Ad hujus autem concessionis memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt Berardus Panormitanus archiepiscopus,. . . . . Regiuus et. . . . . (a) Taurinensis episcopi, Gavardus de Arnesteyn, Thomas comes Acerranus, Henricus de Morra magne curie nostre magister justiciarius, magister Petrus de Vinea et magister Taddeus de Suessa magne curie nostre judices, et alii plures.

(a) Sic in originali.

Digitized by Google

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense decembris, terciedecime indictionis, imperante domino nostro Frederico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno vicesimo, regni Jerusalem quinto decimo, regni vero Sicilie quatragesimo secundo, feliciter. Amen.

Data Cremone, anno, mense et indictione predictis.

Ferdinandus, rex Castellae, Gregorio papae scribit se in Italiam Fredericum, filium suum, destinandum duxisse, supplicans ut illi ad recuperandam maternam haereditatem quam detinet imperator auxilium porrigat; monetque se eidem sub poena paternae gratiae injunxisse ut devotum Ecclesiae Romanae se semper ostendat. Burgis, 4 decembris.

(Edid. RAYNALD., *Annal. eccles.*, ad ann. 1239, § XLV, e regest. Gregor., ann. XIV, n° 39.)

Sanctissimo patri ac domino Gregorio divina providentia sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, Ferdinandus Dei gratia rex Castelle, Toleti, Legionis, Galitie et Cordube, cum debito famulatu pedum oscula beatorum. A sanctitatis vestre memoria non credimus excidisse quod cum tempore dulcis memorie regine Beatricis filiole vestre, bona que sibi jure successionis competebant ab imperatore qui ea detinebat pro Frederico filio nostro sepe sepius petissemus, quia ipse reddere recusabat, ad paternitatem vestram recursum habuimus, vestrum super hoc consilium et auxilium implorantes. Ad quod, sicut patrem decet justitie et Jesu Christi vicarium, solite benignitatis clementia respondistis quod vestrum nobis non deesset consilium, promittendo nichilominus quod faceretis exhiberi nobis justitie complementum. Verum cum idem imperator

saniori ductus consilio postmodum nobis sepe significandum duxerit quod bona petita paratus erat reddere si eumdem Fredericum, quem mater etiam sua in extremis posita sub quadam obtestatione illuc destinandum jusserat, sibi mittere curaremus, nos attendentes quod nocuit differre paratis, tum propter maternam hereditatem obtinendam quam ad servitium Romane Ecclesie eum habere volumus, tum propter alias causas urgentissimas quas venerabilis abbas et religiosus vir dilectus noster abbas Sancti Facundi magnificentie vestre plenius exprimet (1), de prudentium virorum consilio eumdem duximus destinandum (2); viva voce firmiter precipientes eidem et sub pena paterne gratie injungentes quatenus more progenitorum suorum regum et imperatorum Hispanie, honorem et exaltationem ecclesie Romane procuret et diligat et ei semper sit obediens et devotus. Sane si idem imperator, quod non credimus, eamdem hereditatem sibi reddere contradicat aut differat, paternitati vestre affectuosas preces porrigimus, petentes humiliter et devote quatenus eum sub defensione vestra cui ipsum committimus protegentes, vestrum eidem dignemini impertiri auxilium et favorem.

Datum Burgis, quarto die decembris.

Parmae, 6 decembris. Mandatum ad Henricum Abbatem et judicem Majorem de Juvenatio ut principem proxime venturum apud Pisas cum pecunia et aliis rebus expectent.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 30 verso (*a*); in edit. Carcan., p. 280.)

(*a*) In folio 30 recto nihil scriptum esse discimus, dum lacuna major relicta fuisse videatur quam ut ad integrum impleretur.

---

(1) Extant etenim aliae ejusdem regis litterae (*Ibid.* §§ XLI-XLII), quibus W. abbatem S. Facundi ad papam mittit ut de redintegranda concordia ipse agat cum Friderico imperatore.

(2) Mense aprili sequentis anni 1240 Fredericum de Castella Fogiam advenisse comperimus, teste Riccardo de Sancto Germano.

Digitized by Google

Mandante domino imperatore per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit notarius Rogerius de Salerno :

Fredericus, etc., Henrico Abbati et judici Majore (*a*). Benigne recepit serenitas nostra, etc. De eo vero quod de accessu vestro ad presentiam nostram scire petistis nostre beneplacitum voluntatis, mandamus vobis quatenus felicem adventum nostrum apud Pisas expectetis cum pecunia et rebus aliis quas portastis. Interim tamen studeatis habere saggitiam et galeas. . . . . sellerias et convocatis ipsis, ut in eis res quedam curie nostre deferri valeant Neapolim.

Datum Parme, V (1) decembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Johannem de Calatabellota et Henricum de Mazaria ut principem apud Pisas expectent. Parmae, 5 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 30 verso; in edit. Carcan., p. 280.)

De imperiali mandato scripsit idem R. de Salerno :

Fredericus, etc., Johanni de Calatabellota et Henrico de Mazaria, etc. Intelleximus vos cum pannis sericis et joettis aliis quas per vos Obbertus Fallamonachus secretus Panormi, fidelis noster, misit excellentie nostre, pervenisse apud Pisas, et quia sumus in procintu itineris veniendi ad partes ipsas, mandamus vobis quatenus felicem adventum nostrum expectetis in Pisas cum rebus omnibus quas portastis, habituri diligentem custodiam de rebus ipsis.

Datum Parme, V decembris, XIII indictionis.

(*a*) Verisimiliter legendum et intelligendum *judici Majori de Juvenatio,* de quo pluries infra mentio fit.

---

(1) Post lacunam in titulo legitur : *mense decembris, XIII indictionis, in Parma,* et infra *I decembris,* in cod. Phillipps. *P° (primo) decembris.* Mendam tamen irrepsisse, et numerum *V* juste in originali exaratum erronee *I* fuisse lectum suspicamur. Ex praecedentibus enim privilegiis clare videmus Fridericum ineunte decembri adhuc apud Cremonam morantem. Quum praeterea quae immediate mox accedent mandata, sextum decembris diem prae se ferant, nihil est unde intervallum a primo die ad sextum extitisse animadvertamus.

Parmae, 6 decembris.

Mandatum ad secretum Panormi ut faciat quod utilius ad curiam viderit de jure portus et doanae et quod frumentum Henrico de Nigro et Ansaldo de Mari assignet.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 30 verso; in edit. Carcan., p. 280.)

De imperiali mandato responsales licteras scripsit notarius R. de Salerno :

Fredericus, etc., secreto Panormi, etc. Consueta benignitate, etc. Super eo vero quod continebatur in ipsis de jure portns et doane, quod in receptione tareni et quarte tareni de molendino, fnrno et mnndillo, in quibns Severinns de Calatafimi et gaytns Panormi in dampnum nostre cnrie sicut asseris te pertnrbant, cum omnia ista spectent ad officium secretie quod sollicitudini tue noviter est commissum; mandamus tibi qnatenus tam de predictis quam de omnibus aliis qne ad officium tuum spectant, illnd facere et ordinare procnres quod ad honorem et augmentum commodi curie nostre utilius videris redundare. De frumento vero dando Henrico de Nigro et Ansaldo de Mari Januensibus, facias sicut tibi per alias licteras nostras mandavimns.

Datnm Parme, V decembris, XIII indictionis.

Parmae, 6 decembris.

Mandatum ad Henricum Abbatem pro assignandis decem millibus et quadraginta unciis auri Johanni Girardini de Trano.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 30 verso; in edit. Carcan., p. 280.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum de Cathania scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., Henrico Abbati, etc. Fidelitati tue precipiendo man-

Digitized by Google

damus quatenus Joanni Girardini de Trano latori presentium, fideli nostro, de pecunia per te in galeis nostris delata decem milia unciarum ad pondus curie nostre debeas assignare, mictenda militibus nostris morantibus in Marchia Trivisina. Pondus enim curie nostre quo ipsa pecunia ponderari debet, consimile ponderi camere nostre, tibi mictimus per eumdem, quod eidem debeas resignare, ut ipse eandem pecuniam ad idem pondus sicut recepit exolvat. Mandamus preterea tibi quatenus quadraginta uncias ad dictum pondus pro emendis someriis et expensis necessariis faciendis eidem Johanni assignes. Et recipias ab eo de omnibus que sibi dederis apodixam, quem ita studeas expedire velociter ut ad nos redire valeat sine mora.

Datum Parme, VI decembris, XIII indictionis.

Litterae patentes et clausae pro diversis unciarum auri summis a mercatoribus Romanis mutuatis, sexto die mensis martii exsolvendis, sub interesse trium unciarum de singulis centum unciis ad mensem, si solutio differatur.

Parmae, 6 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 31 recto; in edit. Carcan., p. 281.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia licteras patentes in hunc modum :

Fredericus, etc. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Petrus Bonfiliosus mercator Romanus, fidelis noster, mutuavit nobis et assignavit in camera nostra de Venetianis grossis libras LXVII solidos XVII, pro unciis auri ducentis septuaginta sex ad generale pondus regni, ad rationem de solidis V minus denario I per unciam; de quibus unciis promisimus et convenimus ei ut Obbertus Fallamonachus secretus Panormi, fidelis noster, de pecunia curie nostre que est per manus suas de hinc ad tres menses, videlicet per totum sextum diem mensis marcii primi futuri, hujus XIII indictionis, sine defectu et ma-

joris more dispendio debeat quietare eumdem, sive certum nuncium vel procuratorem ipsius. Si vero, quod omnino nolumus, aliquo accidente casu predictus solutionis terminus pertransiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur, de singulis centum unciis tres uncias auri per mensem ad generale pondus regni dictus secretus de pecunia curie nostre pro dampnis et interesse ei solvere tenetur et debet, et nichilominus cum integritate persolvere uncias supradictas. Ad hujus autem rei memoriam et predicti mercatoris cautelam, presentes licteras nostras fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Parme, VI decembris, XIII indictionis.

Eodem die scripsit idem :

Fredericus, etc., secreto Panormi, etc. Notum facimus fidelitati tue, etc., *ut supra per omnia usque :* Ad hujus. *Sequitur praeterea :* Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus adveniente termino supradicto, predictas ducentas septuaginta et sex uncias auri, ad generale pondus regni, dicto Petro seu certo nuncio aut procuratori ejus de pecunia curie nostre que est per manus tuas, pro parte curie nostre, sine majoris more dispendio solvas, et si forte ut predictum est, aliquo casu, ipsius solutionis terminus transiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur, de singulis centum unciis tres uncias auri ad dictum pondus per mensem, pro dampnis et interesse de eadem pecunia curie nostre persolvas, provisurus tamen ut predicto termino quietetur, ne per moram curia nostra dispendium usurarum incurrat. Tu autem soluta ipsa pecunia, patentes licteras nostras quas de ipso mutuo sibi fieri fecimus, recipias ab eodem, facturus etiam aliud scriptum competens de solutione ipsa ad curie nostre cautelam.

Datum [*ut supra*].

Similes scripsit et apertas et clausas ad eumdem secretum Panormi pro Andrea de Camara, Paulo et Petro fratribus ejus, de libris Venetianorum grossorum LXXIIII, solidis XII et denariis II, pro unciis CCCIII $^1/_4$.

Similes scripsit et apertas et clausas pro Paulo Malagrumo, Luca de Jenar., et Andrea de Jenar. de libris Venetianorum grossorum LXVIII, solidis VIIII et denariis IIII, pro unciis CCLXXVIII $^1/_4$.

Similes per omnia tam apertas quam clausas scripsit Jacobus de Bantra ad eumdem secretum pro Thomasio Sarsigna, Joanne Sarsigna fratre ejus, et Nicolao Donadei de libris Venetianorum grossorum XLVIIII, solidis III et denariis IIII, pro unciis auri ducentis ad generale pondus.

Similes tam apertas quam clausas scripsit idem ad eumdem pro Senebaldo Jordani, Romano filio ejus, Johanne Petri et Jordano fratre ejus, de libris Venetianorum grossorum XLII et denariis VIIII, pro unciis auri centum LXX et una ad dictum generale pondus.

Mandatum ad custodes aerarii Sancti Salvatoris ad Mare ut mercatores Romanos de unciis auri CCCLXIV camerae mutuatis et assignatis tam de sorte quam de interesse quietare non omittant. Parmae, 7 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 31 verso; in edit. Carcan., p. 281.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Marino de Valle, Angelo de Marra et judici Eufranoni, custodibus erarii Salvatoris ad mare, etc. Notum facimus fidelitati vestre quod Andreas de Camara, Paulus et Petrus fratres sui mercatores Romani fideles nostri in castris prope Castellionem, VI die septembris primi preteriti hujus XIII indictionis, mutuaverunt et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras nonaginta unam, pro unciis auri CCCLXIIII, ad generale pondus regni, de quibus unciis promisimus eis ipsos facere quietari in regno, secundum formam patentium licterarum nostrarum quas inde eis fieri fecimus, in quibus etiam continetur distincte quid in antea debent habere pro interesse, si solutionis terminus differretur; et mandavimus per licteras nostras Angelo de Marra ut predictos mercatores de pecunia ipsa secundum formam licterarum nostrarum patentium et earum quas sibi misimus, in statuto termino quietaret. Verum quia medio tempore predictum Angelum de Marra ab officio

quod habebat contingit amoveri, propter quod volumus mercatores ipsos per vos de pecunia erarii nostri persolvi, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus si mercatores predictos predictas licteras nostras tam patentes quam alias quas misimus Angelo pretaxato, vobis assignaverunt, vos ipsas recipiatis, et eos secundum formam licterarum ipsarum de pecunia erarii nostri que est per manus vestras, quietetis tam de sorte quam de interesse, et receptis predictis licteris, nichilominus de solutione ipsa fieri faciatis aliud scriptum competens ad curie nostre cautelam, et si forte vos omnes presentes non eritis, quicumque vestrum presens fuerit, nostrum beneplacitum exequatur, mora aliqua non protracta ne per moram curia nostra dampnum incurrat.

Datum Parme, VII decembris, XIII indictionis.

Parmae, 7 decembris.

Mandatum ad justitiarium Capitanatae ut super accusatione maledicti duellum fieri debeat inter litigantes.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 31 verso; in edit. Carcan., p. 282.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Rogerius de Salerno :

Fredericus, etc., Riccardo de Montefuscolo justitiario Capitinate, etc. Recepit serenitas nostra licteras tuas benivolentia consueta, et processum questionis habite inter Vinciguerram de Corneto, Guillelmum de Selegardo et Petrum Trarum vidimus et intelleximus diligenter. Super eo vero quod consultasti excellentiam nostram utrum majestati nostre placeret, ut super accusatione maledicti duellum inter eos fieri deberet, celsitudini nostre placet ut inter ipsos coram te duellum fieri debeat et compleri (1).

Datum Parme, VII decembris, XIII indictionis.

(1) Cf. *Constit. regn. Sicil.*, lib. II, tit. XXXIII, t. IV, p. 105.

Mandatum ad Philippum de Aversa ut mercatores Venetos pro joettis ab eisdem venditis quietare debeat de pecunia quam a Thomasio de Brundusio nondum receperunt. Parmae, 7 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 31 verso, 32 recto; in edit. Carcan., p. 282. In hoc folio 32 recto nihil ultra scriptum nisi ipsius mandati pars ultima.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit Johannes Idronti in hac forma:

Fredericus, etc., Philippo de Aversa collectori pecunie in Capitanata, Basilicata, terra Bari et Idronti, etc. Exposuerunt excellentie nostre Lambinus, Petrus Donatus et Petrus Caldara mercatores Veneti, fideles nostri, quod cum Thomasius de Brundusio receperit quondam in mandatis a dilectis familiaribus et fidelibus nostris pro parte nostra, ut eos quietaret de pecunia eis conventa pro faldistorio et aliis joettis nobis ab eisdem venditis, dictus Thomasius partim eisdem de ipsa pecunia solvit et quedam quantitas ut asserunt remansit ad solvendum, quam ab eo habere non possunt pro eo quod ab officio est amotus. Verum quia nostre voluntatis est ut dicti mercatores de eo quod remanserit integre quietentur, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si est ita quicquid de ipsa pecunia mercatoribus ipsis a curia nostra debita tibi constiterit per confessionem dicti Thomasii de Brundusio remansisse ad solvendum eisdem, de pecunia curie nostre que est per manus tuas, dictos mercatores sine more dispendio pro parte curie nostre studeas quietare. Recepturus ab eis licteras nostras patentes exinde ipsis factas et alias si quas habent exinde rationes, et facturus fieri aliud scriptum competens de solutione ad curie nostre cautelam.

Datum Parme, VII decembris, XIII indictionis.

In itinere suo cum apud Pontremulum [imperator] accessisset

Digitized by Google

et dubitaret de eis, accepit fortitudines Pontremuli et plura eorum castella guarnire fecit. Et accipiens de melioribus Pontremuli LX obsides, fecit eos ducere post se. Praeterea episcopum Lunae vinculatum ducere fecit post se, constituens Ubertum marchionem Pellavicinum suum vicarium in Lunexana et Pontremulensi. *Chronic. de reb. in Ital. gestis*, p. 182.

Apud pontem Termilii, 11 decembris

Mandatum ad justitiarium Aprutii de capiendis castris Gentilis de Popleto, quum ipse in carcere detineatur.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 32 verso; in edit. Carcan., p. 282.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., B. Piscione justitiario Aprutii, etc. Noverit fidelitas tua quod multis presumptionibus exigentibus Gentilem de Popleto capi fecimus, et in carcere detinetur. Quare mandamus quatenus omnimode ordines quod statim capias ad manus curie nostre castra, terram, et omnia bona sua; alioquin ita procedens quod castra si ea habere non poteris, muniri non possint, unde possit aliquid in partibus ipsis oriri. Sis autem in hoc sic diligens et fidelis, ut qualis sis opere cognoscamus.

Datum apud Pontem Termilii, XI decembris, XIII indictionis.

Apud pontem Termilii, 11 decembris.

Mandatum ad justitiarium Terrae Laboris de capiendo Giliberto de Bayrano qui sine licentia de partibus ultramarinis in regnum rediit, et de bonis ipsius infiscandis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 32 verso; in edit. Carcan., p. 282.)

Digitized by Google

Item :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris et comitatus Molisii, etc. Pervenit ad audientiam nostram qnod Gilibertus de Bayrano, nepos episcopi Calenensis, de partibus ultramarinis, qui per curiam nostram dudum cum aliis ad nostra servitia missus extiterat, sine licentia marescalci fidelis nostri in regnum ad propria est reversus. Cum igitnr contemptum hujusmodi nolimns sub dissimulatione transire, fidelitati tne precipiendo mandamus quatenus, si tibi constiterit ita esse, ipsum capias de persona, et bona ipsius omnia debeas ad opus nostre curie infiscare, quicquid inde feceris et inventum fuerit nostro culmini citissime rescriptnrus.

Datum apnd Pontem Termilii, XI decembris, XIII indictionis.

Apud Sarzanam, 14 decembris.

Mandatum ad justitiarium Aprutii de capiendis fortellitiis Gualterii de Poppleto qui fugitivus a curia recessit et suspectus habetur.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 33 recto; in edit. Carcan., p. 283.)

De mandato imperiali facto per dominum Raonem et magistrum R. de Sugio scripsit Jacobus de Bantra :

Fredericus, etc., B. Pissono jnstitiario Aprntii, etc. Quia Gualterius de Poppleto de curia nostra inlicentiatns et fugitivus recessit, et ex ejus fuga merito suspectus habetur, fidelitati tue districte precipiendo mandamns quatenns actentus existas, ut si ad partes ipsas venerit eum capi facias, et captum diligentius custodiri. Preterea mandamus ut statim receptis hys licteris omnes fortellitias ipsius G. capias et ad opus curie nostre actentius facias custodiri, et si forte fortellitias ipsas habere non poteris, sic procedas nt nnllatenus ipse mnniri possint; id idem de fortellitiis Gentilis de Poppleto faciens, sicut per alias licteras nostras tibi pridem dedi-

Digitized by Google

mus in mandatis, taliter circa hoc studiosus existens ut possimus te exinde merito commendare.

Datum apud Sarzanum, XIV decembris, XIII indictionis.

Apud Sarzanam, 15 decembris.

Mandatum ad Henricum Abbatem de assignanda vacketta curiae pro Theodoro philosopho in regnum revertente.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 33 recto; in edit. Carcan., p. 283.)

De imperiali mandato facto per dominum P. de Calabria scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Henrico Abbati, etc. Cum magister Theodorus filosophus fidelis noster in regnum de nostra licentia revertatur, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus vackettam Iscle coopertam curie nostre que nuper venit cum galeis, et est apud Pisas, eidem pro reditu suo statim bene paratam et munitam debeas assignare.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictionis.

Apud Sarzanam, 16 decembris.

Litterae responsales ad Obertum Fallamonachum probantes quod ad curiam mercatores Romanos et pecuniam ipsis pro mutuo exsolvendam caute miserit, dum ipsi non facta fuerit plena fides utrum totam quantitatem an residuum pecuniae recipere debuerint.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 33 recto; in edit. Carcan., p. 283.)

De mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Oberto Fallamonacho magistro portulano in Sicilia, etc. Solita benignitate fidelitatis tue, etc., et que continent intelleximus dili-

genter. Quod autem significasti per eas, quod ad licteras nostras continentes ut residuum quantitatis pecunie quam Cintius Stephani de Philippo, Thomasius Sarsigna et P. Bonfiliosus, mercatores Romani, nostre camere mutuaverunt, juxta quantitatem ipsorum eis solveres, de qua quantitate residua per licteras venerabilium Capuani archiepiscopi et Ravellensis episcopi fidelium nostrorum tibi certitudo debita fieret, tu ad licteras solius Ravellensis episcopi non habentes sigillum archiepiscopi Capuani, sicut nostre lictere continebant, satisfecisti predictis mercatoribus de tota quantitate debiti cum eis satisfactum in parte aliqua non fuisset, et quia cautelam adhibere curasti, mictens pecuniam et mercatores ipsos ad curiam nostram cum tuo nuntio spetiali, pro eo quod mandatum nostrum de solvendo eisdem quantitatem residui debiti, et lictere solius prefati Ravellensis episcopi totam quantitatem solvendam de ipso debito continebant, cum per licteras utriusque, scilicet Capuani archiepiscopi et Ravellensis episcopi, tibi fides fieri debuisset; placet nobis quod inde fecisti, et mercatores ipsos et nuntium tuum in curia nostra fecimus expediri, dantes nostris licteris in mandatis R. de Amicis, etc., ut omnes licteras et cautiones factas inter te et Romanos predictos, et penes eum de communi voluntate depositas tibi ad cautelam curie nostre et securitatem tui debeat resignare.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictionis.

Item scripsit idem Rogerio de Amicis, etc., ut omnes licteras et cautiones factas inter eumdem Obertum Fallamonachum et mercatores Romanos penes eum de communi voluntate ipsorum depositas, quousque factum ipsum ad nostram notitiam deveniret, ipsi Oberto ad cautelam curie et securitatem sui debeat assignare.

Mandatum ad Andream de Cicala de castro inter Reate et Spoletum si fieri possit obtinendo, de Monte Casino et Pontecurvo, de castris super Introducum, de civitate Reatina, de capiendo nepote

Apud Sarzanum, 15 decembris.

papae, de castellanis et servientibus idoneis statuendis, etc.; cui accedunt litterae patentes et alia mandata ad rem eamdem pertinentia.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 33 recto; in edit. Carcan., p. 263 et seqq.)

De mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco responsales :

Fredericns, etc., Andree de Cicala capitaneo, etc. Licteras devotionis tue solita benignitate recepimns, et qne continebant intelleximns diligenter. Stndinm et sollicitndinem qne in servitiis nostris ostendis plnrimum commendamns, et ecce qnod snper omnibus capitnlis qne misisti tibi nostrum beneplacitum respondemus. Primo quidem de castro sito inter Reate et Spoletnm, quod ntile dicitur regno nostro, et vendi debnit nobis per dominos ejus dnos fratres videlicet, quos ad venditionem ipsins orta inter eos discordia dedncebat, et nnnc concordes effecti, videntur ntrnmque sicut scripsisti a proposito resilire, placet excellentie nostre ut diligenter inquiras qui sint ipsi fratres domini dicti castri, quo loco castrum situm sit, quod commodum posset ex eo nostro cnlmini provenire, qualiter sit mnnitns locus qno castrum est positum, et pro quanto pretio haberi possit, et quid valeat castrum quod requirunt a nobis, et omnia diligenter exquisita nobis significes seriatim, interim tenens dominos ipsos per verba bona, fidncie bone et nostre gratie promissiva. Nos enim cum ad partes vicinas cito Domino faciente venerimus, qnid inde nobis placeat statnemns. De Montecasino nbi C servientes ad custodiam statuisti, cum non sufficerent XL ibidem primitus ordinati, placet nostre excellentie qnod fecisti. Placet etiam qnod servientes ipsi et alii apnd Pontemcurvnm statnti, pro dimidio de proventibns monasterii Casinensis, et pro dimidio de pecnnia nostre curie solidentur, et ecce snper hoc G. filio Laurentii de Suessa provisori castrorum nostrorum Terre Laboris nostras licteras destinamus. De castris que tenet abbas super Introdocum, Fol. 33 verso. mandamus fidelitati tne ut studiose et caute procnres, | sive per vocationem et detentionem condecentem abbatis, sive furto clandestino dummodo fiat sine mnrmure et scandalo regionis, quod castra ipsa deveniant

Digitized by Google

ad manus tuas, et tunc ea facias dirui, per quorum diruitionem quietus status regionis et nostra indempnitas procuretur; diligenter adtendens quod incipiens sis securus ne decidas ab inceptis. De tractatu per te cepto quod civitas Reatina ad servitia nostra veniat vel saltim quod pape resistat et a suo servitio subtrahatur, volumus quod expendas de pecunia nostra, curam habiturus et studium qualiter tractatus talis ad finem obtatum et debitum deducatur : tales enim expensas commodis nostris ascribimus fructuosas. De Mathia nepote pape capiendo placet nobis tractatus habitus, et cum ad finem devenerit plus placebit. Cures igitur et labores ut in captione ejus nostre sicut effectus complaceas majestati, qui per aliquod aliud servitium non possos nostris aspectibus te reddere gratiorem. De mora tua per regni confinia placet nobis ut ubicumque vides nostris servitiis expedire, per partes ipsas moreris, sive apud Sanctum Germanum, sive in Marsia, seu Aprutio, ita quod partes ipse sepius sicut expedire videris visitentur. De castro Poperi, quod huc usque Tholomeus de Castellione quondam justitiarius Aprutii fecerat custodire, volumus ut illud ad manus nostras recipias, et statuas custodiri competenti servientium numero ad ipsius custodiam deputato. De Rocca de Bucte posita prope Roccam de Sarracinisco, placet nobis ut quia filii Andree quondam de Montone fideles nostri sunt, et Thomasius de Castilione fidelis noster est, Rocca ipsa ad presens de ipsorum custodia non tollatur. Balium vero filii ejusdem Andree pupilli quod ad curiam nostram spectat, volumus ut per B. Piscionum justitiarium Aprutii diligentia debita facias procurari. Roccam de Macclatumone per B. filium Tholomei de Castilione volumus ad opus nostrum custodiri, presenti tempore, sicut etiam sibi H. de Morra, etc., custodiendam commisit. Inquisitionem contra impositores et collectores juxta mandatum nostrum facias diligenter et sine mora, prout expediens servitiorum nostrorum tibi tempus adducet, que huc usque fuit sicut scripsisti, per alia nostra servitia retardata. De castro quod dicitur Matutin. subtus Longianum, in quo domini male se gerentes in nostris servitiis edificare presumpserunt municipium ut scripsisti contra constitutionum nostrarum tenorem, volumus ut quocumque modo poteris castrum ipsum ad opus nostrum capias, ut domini ipsi transgressores

culpam pena indice fateantur. De servientibus statuendis in Montecasino et aliis famosis castris de regni confinio, quos dicis minus idoneos si fuerint pagienses, placet nobis provisio tua, et volumus ut de aliis partibus infra regnum advoces et statuas eos ibi, ordinaturus eis pro solidis tres tarenos auri per mensem. Ecce insuper quod per patentes licteras precipimus universis justitiariis regni nostri ut ad requisitionem tuam, mictant ad te servientes de justitiariatu eorum fideles, de fidelium genere ortos, divites, fratres et cousanguineos habentes, ad castrorum predictorum de confinio regni custodiam deputandos. Milites Sicilie vel Calabrie tecum habere in comitiva expedire non videmus ad presens. Castellanos minus idoneos quos inveneris in castris eorum custodie deputatis cum consilio provisoris castrorum et justitiarii regionis illius volumus amoveri, et in locum eorum fideles et idoneos subrogari, exceptis castellanis illorum castrorum que specialiter eidem provisori semotim transcripta in cedula quadam transmisimus, quorum amotionem nostre conscientie reservandam duximus. Tu autem de castellanis ipsis nichilominus inquiras, si forte aliquis eorum minus idoneus appareret, et quos de eis forte minus idoneos inveneris, nomen uniuscujusque, et unde sint oriundi, nobis distincte et seriatim significes ut quod nobis placuerit statuamus. De custodia castri Neapolis tam in militibus quam in numero servientium et vidandarum, statueramus prius quam ad nos tue lictere pervenirent. Milites autem deputatos ibidem esse facias sine equis, quia non sunt ad castri custodiam oportuni. De trabuchis et machinis que papa fieri facit in castris suis, volumus ut si unquam fieri potest, igne seu aliquo quocumque modo facias devastari. Balistas quas Thomasius de Montenigro justitiarius, etc., et Angelus de Marra fieri facient et tibi assignabunt, dividas per castra nostra, sicut tibi dedimus vice alia in mandatis. De nunciis tuis mictendis cum necesse fuerit et servitio nostro expedierit, placet nobis quod expense necessarie et competentes eis date tibi in tuis rationibus computentur. Quod facias venire uxorem tuam ad te moraturam in Terra Laboris, petitioni tue satisfacimus, et excellentie nostre placet ut eam cum familia sua facias esse in castro nostro Theani, quod competenti loco positum, satis est processibus tuis accomodum; quod ut

Digitized by Google

tibi assignet, castellano Theani damus nostris licteris in mandatis. Quod castrum cum diligentia debita ad honorem et fidelitatem nostram facias custodiri, cum expensis tuis.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictionis.

Item de eodem mandato scripsit [*idem*] :

Fredericus, etc., G. filio Laurentii de Suessa provisori castrorum Terre Laboris, etc. Quia beneplaciti nostri est ut C servientes deputati ad custodiam montis Casini, et illi qui sunt in custodia Pontiscurvi, de proventibus monasterii Casinensis pro dimidio, et de pecunia curie nostre pro alio dimidio habere debeant solidos et expensas, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de pecunia curie nostre que est per manus tuas, servientibus ipsis statutis in Montecasino et Pontecurvo pro dimidio expensas et solidos debeas ministrare.

Datum [*ut supra*].

Item :

Fredericus, etc., justitiariis regni, etc. Cum castra nostra et munitiones de confiniis regni nostri velimus custodiri per servientes fideles nostros qui duxerint originem in partibus remotis ab illis quibus castra sunt sita, et mandaverimus A. de Cicala, etc., ut servientes ad munitionum nostrarum illarum partium custodiam deputandos, per partes regni remotas ab illis quibus castra sunt sita faciat evocari, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem predicti capitanei tot servientes quot a vobis duxerit requirendos, fideles, de fidelium genere ortos, qui fratres seu filios et consanguineos habeant, ad eundem mictere procuretis, statuendos ad custodiam municionum ipsarum, prout ipse viderit expedire; cui dedimus in mandatis ut cuilibet servientium ipsorum tres tarenos auri per mensem statuat exhiberi.

Datum [*ut supra*].

Item :

Fredericus, etc., castellano Theani, etc. Quia A. de Cicala, etc., fideli nostro, dedimus licentiam ducendi uxorem cum familia sua in Terram Laboris, et placet nobis quod in castro nostro Theani ipsam uxorem suam faciat permanere, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus castrum

Digitized by Google

Theani eidem A. de Cicala capitaneo pro mansione uxoris sue predicte debeas assignare, qui ipsum faciat ad honorem et fidelitatem nostram sicut expedierit custodiri cum expensis suis. Tu vero de hys que in castro ipso assignaveris, tria scripta authentica consimilia fieri facias : unum tenendum ab ipso A., aliud a te, tertium ad nostram curiam transmictendum.

Datum [*ut supra*].

Apud Sarzanam, 15 decembris.

Litterae responsales ad justitiarium Principatus ut omnino prohibeat ne homines regni qui Beneventum se contulerunt in regnum revertantur, eum commendantes de studio quod circa custodiam Montisfusculi et illarum partium adhibuit.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 34 recto; in edit. Carcan., p. 286.)

Mandante domino imperatore per magistrum Riccardum de Trajecto responsales licteras scripsit notarius R. de Salerno :

Fredericus, etc., justitiario Principatus, etc. Benigne, etc., studium et sollicitudinem tuam habitam juxta mandatum nostrum de requirendis et invisendis castris sitis circa Beneventum, nec non et de castro Montisfusculi ex opere commendantes. Super eo vero quod significasti nobis quod nonnulli de habitatoribus Beneventi qui fuerunt de regno, et dudum se contulerunt in Beneventum, libenter exirent ad habitandum et immorandum in regnum et jurarent quod nullo umquam tempore apud Beneventum intrarent ad habitandum, super quo nostrum beneplacitum postulasti, scire te volumus quod ex quo non sine derogatione honoris nostri se contulerunt ad habitandum aput Beneventum, expedire videmus honori nostro ut in libertate quam sibi elegerunt fame pereant et in ipsa contabescant, nec aliquem volumus quod ex eis permictas exire. Immo omne studium et omnem curam et diligentem sollicitudinem adhibeas quod nulla omnino commoditas rerum venalium seu aliarum rerum victui

necessariarnm ad Beneventanos modo aliquo per fideles nostros vel alios deferatur, non permictentes quod barones ipsarum partium castra sua reparare presumant, seu in aliquo aliquod de novo construere in eisdem absque nostre celsitudinis speciali mandato; studeas tamen quod iidem barones alias muniti sint, juxta sacrarum nostrarnm priorum contiuentiam licterarum. Quod autem significasti nobis te aput Montemfusculum contulisse cum familia tua et ibi esse pro servitiis nostris, placet nobis, et tuum inde studium commendamus. Quia tamen scripsisti per eas quod te oportet ad refrenandas insolencias hominum et ad reddenda jura et fovendam justitiam per jurisdictionem tuam aliquando equitare, cum nolimus quod justitia alicubi per regnum nostrum aliquo eventu in aliquo minuatur; volumus ut dimissa in Montefusculo familia tua et ordinato quod de castro vel terra nullum dampnum vel periculum possit evenire, per partes jurisdictionis tue cum expedit te conferas, justitiam observes omnibus, et punias excessus et corrigas insolencias malefactorum; nichilominus tamen quocumque divertas, vicissim redeas in Montemfusculum et partes Benevento vicinas, et ecce quod juxta consilium tuum hominibus Montisfusculi nostras licteras destinamus. Tu vero secundum quod expedire videris, servitia nostra, etc.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictionis.

Item de superiori mandato scripsit idem notarius :

Fredericus, etc., universis hominibus Montisfusculi. Grata satis est in conspectu nostri culminis fides vestra et exhibitio gratorum servitiorum vestrorum acceptabilem representat coram nobis devotionem vestram, quam sicut Thomasius de Montenigro justitiarius Principatus majestati nostre per suas licteras nunciavit, exhibuistis ad ipsius requisitionem in nostris servitiis laudabiliter commendandam; propter quod gratiam nostram vobis vendicastis de bono in melius favorabilem et benignam. Ut igitur continuatio servitiorum gratorum benivolentiam nostram vobis confirmet in omnibus que bonum vestrum respiciant et augmentum, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus in fidelitate et devotione nostra purum animum habentes, servitia nostra sic studeatis peragere, tam ad requisitionem justitiarii supradicti quam in omnibus aliis

Digitized by Google

que honorem nostrum respiciunt et videritis expedire, taliter vos gerere studeatis quod a majestate nostra pro exhibitis et exhibendis gratis servitiis fructuosa merita reportetis.

Datum [*ut supra*].

Apud burgum Sarzani, 14 decembris.

Mandatum ad Riccardum de Pulcaro ut Bernabam Camphionem et Orlandum de Aversa ab administratione bonorum quondam Johannis de Laurentio amoveat, et de bonis eisdem male procuratis ab ipsis debitam ultionem sumat.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 34 verso; in edit. Carcan., p. 286.)

De imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit Angelus de Capua :

Fredericus, etc., Riccardo de Pulcaro, etc. Innotuit celsitudini nostre quod cum olim de mandato nostro quedam possessiones et domus quas magister Joannes de Laurentio habuerat in Capua et pertinentiis ejus essent ad manus nostre curie revocate, Angelus de Marra fidelis noster res ipsas illis procuratoribus qui res alias fisci nostri in Capua procurabant commictere noluit, sed Bernabe Camphioni et Orlando de Aversa civibus Capuanis, hominibus quidem levis vite et fame non bone, commisit eas ad opus nostre curie procurandas; qui sicut audivimus de redditibus et proventibus ipsarum rerum magnam partem in usum et utilitatem propriam converterunt potius quam augmentum nostre curie procurarent, in fisci nostri non modicam lesionem. Quod si verum est, satis nostre displicet majestati. Unde cum in procurandis rebus ipsis duplicatas expensas nostram curiam facere non velimus, et prefatos B. et Orlandum veluti sue fidei prodigos et sacramenti temerarios contemptores quo res fisci nostri non minuere, sed augere debuerant, nolimus de commissis excessibus impunitos ransire quin debitam proinde sentiant ultionem, fidelitati tue precipimus et mandamus quatenus, si tibi constiterit

de premissis, prefatos B. et Orlandum ab amministratione predictarum rerum amoveas, et rebus eisdem illis qui res alias fisci nostri procurant in Capua assignatis, ad opus nostre curie fideliter procurandis, sepedictos B. et Orlandum taliter punire studeas de omnibus supradictis quod sumas ab ipsis proinde penam debite ultionis. Ita quod eisdem commissa lugentibus alii terreantur [et] ceteri qui res fisci nostri receperint procurandas, in procurandis eisdem non tam in utilitatem eorum quam in commodum et augmentum nostre curie fideliter et diligenter intendant, et nos studium tuum proinde commendare possimus.

Datum apud burgum Sarzani, XIV decembris, XIII indictionis.

Litterae responsales ad justitiarium Aprutii de desolatione civitatis Sancti Angeli, de pecunia Henrico regi Turrium et Gallure exhibenda, de pecunia ab officialibus et baronibus ipsius terrae exigenda, de servitio militari, de quaternionibus Hectoris de Montefusculo quondam justitiarii Aprutii. Apud burgum Sarzani, 14 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 34 verso; in edit. Carcan., p. 286.)

De mandato imperiali facto per magistrum Riccardum scripsit notarius Gualterius de Ocra licteras infrascriptas :

Fredericus, etc., Boamundo Pissone justitiario Aprutii fideli suo, etc. Benigne recepit excellentia nostra licteras quas tua nobis devotio destinavit et quod significasti per eas intelleximus ad plenum, studium et sollicitudinem tuam quam in servitiis nostris habere te novimus commendando. Super eo autem quod intimare curasti, videlicet de hominibus castri quod dicitur civitas Sancti Angeli, [in] quos exigente ipsorum malitia sicut decuit processisti, diruendo muros ejusdem loci, comburendo cauponas et domus, homines suspendendo, mutilando, forbanniendo et perpetuo ammovendo, celsitudini nostre placet, et volumus quod locus ipse perpetuo desoletur. Super alio quod significasti nobis

videlicet quod cum Henricus dilectus filius noster, rex Turrium et Gallure, tibi preceperit ut pecuniam undecumque et quantamcumque haberes sibi pro nostris servitiis destinares, et tu ei aliquam non misisti, eo quod adhuc sicut asseris non habebas, et si habuisses sine speciali mandato mictere dubitasti, volumus et mandamus ut juxta quod idem rex filius noster tibi mandaverit, omnem pecuniam quam habes vel habere poteris, ad quam etiam inveniendam omnem sollicitudinem precepimus te habere, sibi ad requisitionem suam sine dilatione et dubitatione aliqua studeas fideliter destinare.

De commissariis et officialibus ipsius terre a quibus magnam pecunie quantitatem sicut dicis habuisti, presertim cum ipsa pecunia per Hectorem de Montefuscolo quondam justitiarium Aprutii fidelem nostrum eisdem commissariis et officialibus fuerit imposita et taxata et aliqua pars exacta, cum simus in procinctu itineris versus partes ipsas triunfabiliter, juxta mandatum nostrum usque ad adventum nostrum super eadem recolligenda supersedeas et amplius non procedas.

De baronibus et militibus quos summonere curasti juxta mandatum nostrum ut armis et equis decenter muniti, juxta quod P. fidelis noster tibi mandavit, apud Contraguerram pro nostris servitiis se conferrent, quos asseris jam fecisse, culmini nostro placet et tuum exinde studium commendamus; volentes ut nobis significes singulariter et distincte quot sunt illi qui parati sunt, qui sunt et qualiter sunt parati, et significes nobis etiam qui sunt illi quibus injunctum fuit quod se parare deberent et parati non sunt, et tam de predictis omnibus quam de posse vel impotentia ipsorum rescribas nobis plenarie veritatem, illud omnino cavens ne feuda associare sive conjungere pro aliqua paupertate presumas.

De relaxatione pecunie facta baronibus per te, videlicet de eo quod ratione demaniorum et camerarum suarum solvere tenebantur, nostre displicet majestati, et volumus ut eamdem plene recolligas et ad curiam nostram mictas, cum sit nobis plurimum oportuna.

De expensis commissariorum quos sicut asseris pro servitiis nostris statuere te oportet, cum ad partes ipsas venerimus, de hys et aliis te plenius instruemus.

Digitized by Google

Super facto autem actorum et quaternionum curie quos habet Hector de Montefusculo quondam justitiarius Aprutii, fidelis noster, noveris nos per licteras nostras expressius injunxisse ut ipsos tibi debeat assignare. Tu igitur in supradictis servitiis nostris et aliis taliter studeas te habere quod, etc.

Datum apud burgum Sarzani, XIV decembris, XIII indictionis.

Eidem (leg. *ibidem*) *et de eodem mandato scripsit idem :*

Fredericus, etc., Hectori de Montefusculo, etc. Quia confisi de prudentia et fidelitate Boamundi Pissoni fidelis nostri ipsum justitiarium Aprutii duximus statuendum, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus omnes quaternos feudorum et actorum curie nostre quos habes, cum sint sibi pro nostris servitiis oportuni, sine dilatione aliqua ei studeas assignare. Quando (*a*) vero ipsorum copiam habere volumus, ipsos facias sine mora transcribi, et transcriptum penes te pro tua cautela retineas; ipsos autem quaternos omnes eidem B. fideli nostro sine dilatione resignes, actentius provisurus ut per notarios providos et fideles cum omni diligentia transcribantur.

Datum [*ut supra*].

Litterae ad Henricum Abbatem eum laudantes de pecunia assignata et de galeis apud Pisas armandis. Apud burgum Sarzani, 14 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 35 recto; in edit. Carcan., p. 288.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit notarius G. de Tocco :

Fredericus, etc., Henrico Abbati consuli Tunisi fideli suo gratiam suam, etc. Licteras tuas benigne recepimus et que continebant intelleximus diligenter, laudantes studium tuum in eo quod juxta mandatum nostrum Johanni de Girardino nuntio et fideli nostro assignasti pecu-

(*a*) Sic, sed verisimiliter *Quia te*.

Digitized by Google

niam ad milites nostros in Marchia deferendam. Quod autem scripsisti nobis de galeis nostris que sunt apud Pisas, quod inde crescent sumptus si bene et studiose armentur et tibi bonum videtur et utile quod bene parentur, excellentie nostre placet.

Datum apud Burgum Sarzani, XIV decembris, XIII indictionis.

Sarzani, 15 decembris.

Litterae responsales ad secretum Panormi de idoneo viro super officio portuum statuto, de bonis ecclesiae Montisregalis illicite detentis, de expensis minorandis, de solutione decimarum, de bajulationibus ad cabellam locandis, de quaternionibus quondam Raymundi secreti transcribendis, de alio gayto Panormi statuendo.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 35 verso; in edit. Carcan., p. 288.)

Mandante domino imperatore per notarium Riccardum de Trajecto scripsit notarius Rogerius de Salerno :

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho secreto Panormi, etc. Consueta benignitate recepimus licteras tuas, et ad singula que scripsisti benivolum prestitimus intellectum. Quod autem nobis significasti per eas quod recepto mandato nostro de ordinando aliquo fideli discreto et ydoneo viro super officio portuum quod hactenus exercueras, statueras in ipso officio Petrum de Agerentia, noveris quod si idem Petrus fidelis noster est et legalis nec non providus, diligens, ydoneus et sufficiens ad ipsum officium exercendum, ut tue lictere continebant, ad commodum et utilitatem curie nostre, placet nobis et tuum inde studium commendamus; de alio etiam quem subrogasti loco ejusdem Petri ad exercendum officium justitiarii curie nostre quod idem Petrus exercuit usque modo, si utilis, ydoneus et sufficiens est ad ipsum servitium exercendum, similiter placet nobis. De extractione vero victualium volumus ut juxta quod tibi per alias licteras nostras mandavimus, procedas et facias quia

Digitized by Google

super eo recolimus tibi pluries nostrum beneplacitum nunciasse. Continebant insuper lictere tue quod cum de mandato nostro bona ecclesie Montis Regalis procures ad opus curie nostre et inveneris quedam de bonis ipsis concessa per Carum quondam ipsius ecclesie archiepiscopum, volebas ipsorum jura discutere, quo titulo bona eadem possiderent, si de nostro procederet beneplacito voluntatis. Super quo tibi taliter respondemus quod super hys diligenter inquiras et si bona aliqua ipsius ecclesie inveneris illicite et contra justitiam occupata teneri, ipsa ad jus et proprietatem ecclesie sicut justum fuerit revoces et cum bonis aliis diligenter procures. Scripsisti insuper nobis quod si placeret nobis minorari expensas que fiunt pro parte curie nostre in partibus jurisdictionis tue tam in castris quam in chasena nostra Panormi et locis aliis, secundum quod hactenus eas Severinus de Calatifimi et gaytus Panormi facere consueverunt; mandamus tibi quatenus illas expensas quas facere debes in castris et chasena nostra Panormi et pro aliis propriis servitiis nostris facias secundum quod dudum iidem Severinus et gaytus Panormi de mandato nostro facere consueverant, et si tu tamen videris quod expense alique sine lesione servitiorum nostrorum in ipsis partibus esse minores possint, significes nobis distincte per licteras tuas in quibus (a) qualiter minui possint sine incomodo et minoratione servitiorum nostrorum, et nos tibi super eo postmodum rescribemus quod nostre placuerit majestati. Expensas vero alias que fiunt vel fieri contingerit pro aliis servitiis curie nostre minuas, juxta quod tibi melius ad utilitatem curie nostre videris redundare. Super solutione etiam decimarum facienda ecclesiis et clericis qui ipsas debent habere in jurisdictione tua, nostrum scire beneplacitum postulasti; ad quod tibi taliter respondemus, quod nobis placet quod tam ecclesiis quam clericis qui de jure decimas aliquas consueverunt percipere et habere, eis decimas ipsas sicut hactenus habuerunt et receperunt de jure et prout predecessores eorum temporibus regum felicium predecessorum nostrorum memorie recolende juste et rationabiliter tibi constiterit percepisse et usque ad hec felicia nostra tempora solute sunt, eis exhibeas et persolvas. Pos-

(a) Deest verbum *moneas* vel hujusmodi.

tulasti insuper scire conscientiam nostram qualiter te gerere debeas in locandis ad cabellam bajulationibus nostris; ad quod tibi taliter respondemus quod in vendendis et locandis bajulationibus studeas quantum potes augmentum et comodum nostre curie procurare, provisurus tamen ne eas loces vel vendas infidelibus nostris, et qui alias fideles non sint seu etiam aliquibus qui bajulationes curie nostre eo animo emere volunt ut nostris fidelibus nocere possint et inimicos si quos habent occasione favoris bajulationis opprimere valeant vel injuriari eisdem, nec respectum habeant ad honorem nostrum in hys seu ad utilitatem curie nostre, immo magis quod propriam utilitatem in dampnum nostre curie consequantur. Quare quotiens vendere debes bajulationes nostras seu locare alicui, invenias fideles et legales viros qui fideles nostros non opprimant nec animum habeant jura nostra et fidelium nostrorum subripere, quin potius tam commodum curie nostre quam fidelium nostrorum ad justitiam fideliter et laudabiliter bona fide procurent, et talibus volumus, etiam si oporteat aliquando pro minori pretio, quod nostras bajulationes vendere debeas seu locare. De quaternionibus autem curie nostre qui continent quedam residua officii secretie et fuerunt quondam Raymundi secreti, qui sunt sicut scripsisti in palatio nostro Panormi, et tibi necessarii sunt pro servitiis nostris, ecce quod castellano Panormi damus per nostras licteras in mandatis ut ex eis tibi copiam faciat; tu vero habita ipsarum copia, residua omnia que continentur ibidem recolligas. De naufragis facias juxta sacrarum constitutionum nostrarum tenorem. Ad mutandum alium gaytum nolumus quod procedas, donec significes nobis quis fuerit ille qui ad ipsum officium utilior et melior videatur, et tibi plene constet quod fidelis noster sit et utilis et sufficiens ad ipsum officium exequendum, nec non et que causa te inducat ad mutandum istum qu nunc exercet officium antedictum, et cum per te super singulis instructi fuerimus, tibi rescribemus inde nostre beneplacitum voluntatis. Scias preterea quod volumus quod prestita tibi copia per castellanum palacii de quaternionibus quondam Raymundi secreti, ipsos per fideles notarios et coram probis viris fideliter transcribi facias, et autenticos quaternos in eodem nostro palatio dimictas, et transcriptos teneas et colligas inde sin-

Digitized by Google

gulariter et distincte debitorum nomina, et quantitatem debiti curie nostre scribas et ad recolligenda debita ipsa studeas quantum potes.

Datum Sarzani, XV decembris, XIII indictionis.

De superiori mandato scripsit idem notarius :

Fredericus, etc., castellano palatii Panormi, etc. Significavit excellentie nostre Obbertus Fallamonachus secretus Panormi quod in quaternionibus et rationibus aliis scriptis quondam Raymundi secreti Panormi continentur quedam residua que curie nostre debentur et quedam alia que dicuntur spectare ad commodum et utilitatem curie nostre; et cum velimus quod residua ipsa per eumdem Obbertum recolligantur et dicat quod quaterni ipsi sunt in palatio nostro, mandamus fidelitati tue quatenus quaternos ipsos et rationes alias que quondam fuerunt dicti Raymundi et continent residua et rationes curie nostre, ostendas eidem Obberto et ex eis ipsi copiam facias ut ipsos per fideles notarios coram probis viris transcribi faciat, ut residua curie nostre recolligantur per eum juxta quod sibi damus per nostras licteras in mandatis, quibus transcriptis veteres in eodem palatio nostro diligenter conserves.

Datum [*ut supra*].

Litterae responsales ad secretum Panormi de navi una et duobus buctiis frumenti curiae onerandis, de judaeis de Garbo apud Panormum habitantibus et dactileto Favariae ab eisdem excolendo, de tributis a judaeis Panormi exigendis, de seminandis alchana et indico, de canneto incidendo, de vineis juxta palatium Asisae plantatis, de conquirendis hominibus qui sciant facere zuccarum. Sarzani, 15 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 36 recto; in edit. Carcan., p. 290.)

Item de eodem mandato scripsit notarius Rogerius de Salerno :

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho secreto Panormi. Vidimus capitula que tua nobis fidelitas destinavit, et diligenter intelleximus continentiam eorumdem : ad quorum significata tibi rescribimus per presens

Digitized by Google

ad singula nostre beneplacitum voluntatis. Et primo super eo quod per ipsa capitula scire petisti, videlicet de quo frumento velimus onerari navim nostram que tibi assignata fuit per Angelum de Marra et duos buctios nostros qui sunt in jurisdictione tua, tibi taliter respondemus quod tam navim ipsam quam buctios onerari facias frumento curie nostre; quod si forte de frumento curie nostre non habes tantum quod sufficeret oneri navis et buctiorum ipsorum, emas frumentum de pecunia curie nostre que est per manus tuas et mictas navim et buctios ad illas partes in quibus majus commodum et utilitas curie nostre valeat procurari, et talem preponas et mictas cum eis qui fidelis sit et diligens ad nostrum commodum exequendum et quod ipsius negligentia tibi non debeat imputari. De judeis vero de Garbo qui sunt in Panormo nec concordant cum aliis judeis Panormi, sicut tua capitula continebant, propter quod petunt sibi concedi locum in quo de novo construant sinagogam et petunt casalina pro domibus construendis intra cassarum vetus Panormi, petunt etiam aliquem senem ex eis prefici in magistrum, et concedi sibi palmeretum vel dactiletum Panormi quod est prope favariam nostram Panormi excolendum juxta morem eorum de Garbo, et volunt medietatem fructuum solvere curie nostre et sibi reliquam retinere, placet nobis quod invenias aliquem senem ex eis fidelem nobis et utilem ipsis, et eisdem preficias in magistrum. Quod eis locare debeas casalina pro domibus construendis intra vetus cassarum nolumus, set si in aliis partibus Panormi fuerit locus utilis ipsis pro domibus construendis, locum ipsum eis loces. Sinagogam vero de novo non vidimus expedire ad presens quod ipsos construere permictamus, sed si in Panormo fuerit aliqua sinagoga vetus que vacet et voluerint ipsam rehedificare, permictas quod ipsam rehedificent. Concedas eis etiam palmeretum seu dactiletum curie nostre Panormi quod est prope Favariam ad excolendum dactilos juxta morem eorum, non tamen loces eis nisi ad quinque vel ad plus ad decem annos ad redditum quem scripsisti. De compellendis vero judeis aliis qui de Garbo venerunt et per diversas partes Sicilie habitant, non vidimus expedire, ne forte tolleretur aliis qui venturi sint materia conferendi se in regnum nostrum. Super eo insuper quod eadem tua capitula continebant te sta-

Digitized by Google

tuisse recipi a judeis ipsis morantibus in Panormo pro gisia annis singulis ad opus curie nostre tarenos quatringentos, pro vino tarenos centum et quinquaginta, et pro cultellis tarenos quinquaginta, et quod si facta fuerit augmentatio judeorum ipsorum et redditus ipsi crescent curie nostre, placet nobis et tuum inde studium commendamus. Significasti etiam nobis per capitula ipsa te concessisse pluribus de judeis ipsis multas terras ad excolendum in contrata Favarie, in quibus procuratur et augmentatur utilitas curie nostre et debent in eis seminare alchanam et indicum (*a*) et alia diversa semina que crescunt in Garbo nec sunt in partibus Sicilie adhuc visa crescere; acceptamus quod inde fecisti, dum tamen terre non sint nostris solatiis deputate et mandamus quod des operam quod semina ipsa bene colantur et diligenter. Ad hec quia sicut scripsisti nobis ad utilitatem curie nostre redundat si judei extranei semotim locantur et habitant a judeis Panormi, volumus quod ipsos loces semotim ubi tibi videtur melius ad utilitatem nostre curie redundare, et magistrum eis statuas ut est dictum; ita tamen quod eos non loces in veteri cassaro prenotato. Super eo quod continebant ipsa tua capitula quod pro eo quod in canneto Missilimir adeo creverunt spine quod cohoperuerunt cannetum, ita quod nullus canis possit intrare ibidem, bonum videtur tibi quod incidatur cannetum ipsum per circuitum; volumus quod significes nobis que utilitas est vel quod commodum consequitur inde curia nostra si cannetum ipsum sic incidatur, et tunc tibi respondebimus inde nostre beneplacitum voluntatis. In eisdem insuper tuis capitulis vidimus contineri quod novis habitatoribus Panormi dudum per Rogerium de Calvellis tunc magistrum justitiarium ipsarum partium multe terre concesse fuerunt in contrata Asise prope palacium nostrum ipsius Asise ad vineas plantandas, que quia tibi videntur multum vicine ipsi palacio, petisti inde scire beneplacitum nostrum si nobis placeat et sustinere velimus; ad quod tibi taliter respondemus : de illis terris que jam plantate sunt placet nobis quod illas homines teneant juxta concessionem sibi factam per Rogerium nominatum; si vero sunt ibi terre valde ipsi palacio nostro vicine nec adhuc plantate sunt, donec nobis scribas quantum ipsi palacio vicinantur, ipsas non permictas

(*a*) Plantas scilicet, quae gallice dicuntur *henné* et *indigo*.

plantari. Ad hec ecce quod juxta consilium tuum mittimus licteras nostras Riccardo Filangerio, ut inveniat duos homines qui bene sciant facere zuccarum et illos mittat in Panormum pro zuccaro faciendo; tu vero licteras ipsas eidem Riccardo studeas destinare, et hominibus ipsis venientibus eos recipias et facias fieri zuccarum, et facias etiam quod doceant alios facere, quod non possit deperire ars talis in Panormo de levi. Ut autem judeorum de Garbo statutio redditus et augmentum ipsius in nostra camera ad memoriam valeat custodiri, modum ordinationis et qualiter judeis ipsis crescentibus augmentetur curie nostre distincte rescribas.

Datum Sarzani, XV decembris, XIII indictionis.

Apud Sarzanum, 15 decembris.

Mandatum ad justitiarium Siciliae et ad secretum Panormi, ne fratres Minores novas domos in Panormo aedificare debeant.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 36 verso; in edit. Carcan., p. 291.)

De imperiali mandato scripsit notarius Rogerius de Salerno responsales licteras :

Fredericus, etc., Rogerio de Amicis justitiario et Obberto Fallamonacho secreto, etc. Recepimus licteras quas vestra nobis fidelitas destinavit et intelleximus significata ipsarum; super eo vero quod nobis significastis per eas quod fratres Minores reliquerunt ecclesiam Sancti Georgii de Panormo que spectat ad collationem nostram, placet nobis nec expedire vidimus quod ad presens domos aliquas in Panormo construere debeant vel edificare de novo.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictionis.

Apud Sarzanum, 15 decembris.

Mandatum ad justitiarium Siciliae de inquisitione facienda super vita et moribus Thomasii Ferentini civis Panormi, qui filiam

episcopi Cephaludensis duxit, et si inventus fuerit fidelis, Panormi restitutis sibi bonis morari permittatur.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 36 verso; In edit. Carcan., p. 291.)

Item de imperiali mandato scripsit notarius Rogerius de Salerno :

Fredericus, etc., Rogerio de Amicis, etc. Recepit serenitas uostra, etc., diligentiam studii tui quod habuisse te intelleximus ad expelleudum de regno uostro consanguineos et affines episcopi Cephaludensis ex opere commendantes. Quod autem significasti nobis per eas quod dum injungeres juxta mandatum nostrum Thomasio Ferentino civi et habitatori Panormi ut et ipse sicut et alii consanguinei episcopi memorati regnum exiret, pro eo quod habet in uxorem filiam episcopi Cephaludensis, et ipse comparuit coram te et optulit se legitime velle et posse probare quod Panormitanus est ab avo, patre et matre, fidelis noster semper extitit et de fidelium genere ortus nec unquam priusquam duxit filiam ipsius episcopi, ipsum vidit nec cum eo cobabitationem seu colloquium aliquod habuit contra nos, ipsum Thomasium destitutum bonis suis omnibus ad nostram presentiam destinasti ut de eo uostra serenitas preciperet quod placeret. Mandamus tibi quatenus inquiras super premissis singulis diligentius veritatem, et si iuveneris eumdem Thomasium fidelem nostrum, de fidelium genere ortum, civem et habitatorem Panormi, sicut asseruit, uec cum dicto episcopo habuisse postquam filiam suam duxit iu uxorem familiaritatem aliquam coutra uos, et quod mora ejus in civitate uostra Panormi uobis suspecta nou sit, ipsum permictas ibidem morari, et restituas ei omuia que extaut que abstulisti sibi occasioue predicta. Quod si forte in premissis uou inveneris ipsum approbatum et bonum, juxta primum mandatum nostrum de expellendis consanguineis episcopi memorati expellas eumdem et bona sua omnia retineas ad opus nostre curie et facias procurari.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictiouis.

Digitized by Google

Apud Sarzanum, 15 decembris.

Mandatum ad ammiratum regni de tarsinis in diversis locis faciendis, de Januensibus inquirendis utrum mercatores ad emenda venalia an exploratores ad incommodum procurandum in regnum venerint, de tarsina apud Neapolim in aptiore loco construenda.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 36 verso; in edit. Carcan., p. 292.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., N. Spinule ammirato, etc. Litteras, etc. Quod autem, sicut expediens vidisse te scribis, cum Angelo de Marra et aliis nostris fidelibus ordinasti ut teride tres et vacketta una in Gajeta, teride tres in Neapoli, teride tres et vacketta una in Castro Mari, galea una et vacketta una in Amalfia, et terida una, galea una et vacketta una fierent in Salerno, et in eisdem locis tarsinas pro parte factas compleri [feceris] per totum ac alias necessarias de novo fieri, ut vassella nostra in eis commode conserventur, celsitudini nostre placet; gratum quinimmo gerentes quod obsides quos de Lombardia in regnum per te transferri mandavimus, salubriter transtulisti, et justitiariis Principatus et Terre Laboris juxta mandatum nostre celsitudinis assignasti. De Jannensibus quos rebelles nostros esse scripsisti et valde exploratores, preter licentiam et mandatum nostrum, immo ad tractandum que honoris nostri non sunt, venisse significas, volumus ut primo cognoscas si licteras nostras securitatis habeant, si etiam propter generale mandatum nostrum olim emissum, ut omnes undique salubriter et secrete in regnum veniant qui voluerint in emptionibus rerum venalium ibidem suum comodum preter alicujus injuriam procurare, ad emendas res venales specialiter venerint, et si compereris eos venisse pro mercimoniis ut est dictum, nec licteras a nobis securitatis habere, nec nostrum incomodum palam vel occulte tractare, licenties eos cum eis que emerunt de regno. Quod si non mer-

Digitized by Google

catores, et sine licteris et exploratores venerint, eos capias, et nomina nobis scribas. De loco qui apud Neapolim tarsinam esse consuevit, et non nisi due galee in eo possent esse, ut scribis, de alio loco etiam aptiori quo videlicet ibidem fuit navis curie nostre constructa et cogitabatur funditus fieri, et ubi si tarsina fieret, sex vel octo galee conservarentur in eo, placet nobis ut facere studeas et fieri facias quod potius erit nostre curie circunspectis omnibus fructuosum, in hys et aliis, etc.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictionis.

Capitula pertinentia ad officium ammiratiae, ubi privilegia et jura quibus Nicolaus Spinula ammiratus regni uti debeat recensentur (1).

(Edid. Camillo Tutini, *Discorso degli ammiranti del regno di Napoli*, p. 4-11 (Roma 1666). Evidentiores mendas maxima qua potuimus cura correximus.)

Fridericus, Romanorum imperator et rex Sicilie, etc. Ad maxime laudis et clare fame preconium magnificentia regalis extollitur, dum subjectos (*a*) [quos] strenuitas, fidelitatis integritas et generis nobilitas corroborant et decorant, honoribus et dignitate sublimat. Attendentes igitur strenuitatem viri nobilis Nicolai Spinule regni nostri Sicilie ammirati, dilecti consiliarii familiaris et fidelis nostri, devotionis et fidei grata servitia per eum prestita nunc nostre celsitudini et que in futurum facere poterit (*b*), eumdem Nicolaum totius regni Sicilie ammiratum in vita sua duximus statuendum; volentes et presentium tenore mandantes quod idem ammiratus per se suosque viceammiratos ordinatos et alios commissarios

(*a*) In impresso *subjectis*.
(*b*) In impresso *potuit*.

(1) Dum non plane sciamus quo tempore Spinula ad officium ammirati evectus fuerit, hoc magni momenti documentum reponendum duximus ubi prima vice in Regesto Friderici de eodem ammirato mentio fit.

et nuntios suos predictum ammiratie officium in predicto regno toto tempore vite sue, ad honorem et fidelitatem nostri culminis nostreque curie commodum et profectum, fideliter et diligenter exerceat et faciat exerceri. Et ut circa diligentem et legalem conformationem et reparationem vascellorum nostre curie que processu temporis reparari, de novo fieri et construi contingerit, efficacius et studiosius intendatur, volumus et precipimus quod idem ammiratus per se et ordinatos suos in constructionibus et reparationibus vascellorum quoties ea reparari et construi de mandato nostre celsitudinis oportebit, curiam et cautelam adhibeat et faciat adhiberi, quodque in singulis tarsionatuum dicti regni debeat et possit statuere loco sui unum vel duos probos et legales viros qui intersint, sciant et videant ad oculum constructionem et reparationem predictorum vascellorum construendorum et reparandorum et omnes expensas propterea faciendas. De introitu et exitu totius pecunie et rerum expendendarum et recipiendarum per illos qui ad hoc sunt per curiam nostram statuti et in antea statuentur, plenam notitiam et conscientiam habeat, ita quod eosdem ammiratum et ordinatos suos nihil exinde lateat. Quomodo et de introitu dicte pecunie et rerum expensis faciendis in constructionem et reparationem vascellorum ipsorum fiant tres quaterni consimiles, quorum unus sub sigillis statutorum singulorum per nostram curiam super predicta constructione et reparatione penes predictum ammiratum remaneat, alium predicti statuti per curiam sigillis predictorum ordinatorum per predictum ammiratum sibi retineant, et tertius sub sigillis predictorum statutorum et dicti ammirati nostre camere annis singulis transmittatur. Nemini quoque in eodem regno liceat contra quoscumque per mare hostiles discursus et piraticam exercere sine licentia predicti ammirati et illius quem ad hoc loco sui duxerit deputandum, ita tamen quod ipse et ordinati sui, priusquam per eos personis aliquibus concedatur licentia, recipiant ab eis idoneam et sufficientem fidejussoriam cautionem de non offendendis amicis fidelibus et devotis nostris in personis, vascellis, mercibus et rebus eorum; quodque si eos postmodum offendere, impedire vel molestare presumant, tam molestantes et offendentes eosdem quam fidejussores propterea dati ad integram emendam

et restitutionem pecunie et aliarum quarumcumque rerum et mercium ab ipsis amicis et fidelibus illatarum per predictum ammiratum et statutos suos coercione qualibet compellantur. Et si forte ipsi fidejussores prestiti insufficientes et non solvendi fuerint, idem ammiratus totum defectum et insufficientiam eorum supplere de suis propriis teneatur; ad quod se voluntarie obligavit. Si vero aliquos de nostris fidelibus [per] aliqua vascella aliquarum communitatum et specialium personarum communitatum ipsarum per mare disrobari et capi contingerit, statuimus et precipimus quod predictus ammiratus communitatem seu communitates illas per quam seu quas, cujus seu quarum speciales personas dicti fideles nostri more piratico seu aliquavis causa disrobarentur et caperentur per mare, per suas litteras requirere debeat ut nostris fidelibus dampna passis vascella, pecuniam, merces et omnes alias res eorum predicto modo ablatas et captas restituant seu restitui faciant; et si predicte communitates vel earum aliqua, receptis ammirati litteris, predicta damna predictis nostris fidelibus restituere et resarcire neglexerant, idem ammiratus auctoritate presentium super bonis et rebus et de bonis et rebus communitatis seu communitatum que seu cujus speciales persone contra predictos fideles nostros predictam disrobationem et piraticam exercebant et emendam seu restitutionem facere neglexerunt, que ubicumque per regnum nostrum inveniri poterunt, dampna predicta predictis nostris fidelibus restituat et faciat integraliter resarciri. Volumus insuper quod de causis et questionibus tam civilibus quam criminalibus que [fient] inter homines generalis et specialis armate nostre et quorumlibet vascellorum armandorum ad exercendam piraticam, idem ammiratus et ille quem ad hoc loco sui statuerit summarie secundum statum et consuetudinem armate ad horum arbitrium cognoscat et singulis conquerentibus justitiam administret; quam cognitionem exerceat et exerceri faciat a quindecim diebus in antea postquam predicta armata et vascella armanda incipient exhiberi usque ad quindecim dies postquam vascella ipsa fuerint exarmata. Concedimus etiam eidem ammirato quod homines deputati et deputandi ad servitia nostri tarsionatus de questionibus civilibus et criminalibus actoribus seu accusatoribus coram predicto ammirato et

Digitized by Google

ordinatis suis et officialibus suis respondere in judicio compellantur, et cause ipse fine debito secundum justitiam terminentur. Volumus preterea quod idem ammiratus comites deputatos et deputandos ad armatam nostri felicis extolii, quos ad hoc insufficientes et minus utiles fore viderit, ab officio comitarie ipsius ammovere valeat et loco sui alios in arte magis expertos idoneos et sufficientes ad hoc in eorum officio deputare, exceptis antiquis comitis per genitores nostros feudatis, quibus per eos feuda comitarie in perpetuum sunt concessa. Si vero aliquem vel aliquos ex predictis feudatariis mori contingerit, heredibus legitimis non relictis, volumus quod idem ammiratus feudum et feuda predictorum comitorum defunctorum debeat et possit infra annum unum concedere benemeritis et fidelibus nostris in arte maris plene expertis et sufficientibus ad ipsum officium exercendum, qui de predicto comitarie officio, sicut predicti (a) comiti tenebantur, curie nostre serviant pro feudis predictis. Ceterum quia multa et diversa officia incumbentia in nostra curia sic mentem nostram undique occupant quod ad exequendum et expediendum omnia pertinentia exaltationi nostri nominis et honoris vacare commode non valemus, ut per illorum industriam de quibus confidimus defectus hujusmodi suppleatur, providimus et precipimus quod idem ammiratus tempore tam guerre quam pacis per totum regnum nostrum Sicilie absque mandato nostre celsitudinis et quorumcumque nostrorum officialium, de pecunia nostre curie tunc assignanda sibi per nos et alios officiales tunc nostre curie supradicte, auctoritate presentium in quantitate quam propterea requisierit possit usque ad galeas quatuor deputandas armare ad nostra servitia et alia requirentia negotia que pro exaltatione et honore nostro tunc temporis imminebunt; mandantes tenore presentium vobis et singulis vestrum quod ad requisitionem predicti ammirati, sibi et ordinatis suis pecuniam quam propterea requisierit de quacumque pecunia nostre curie officiorum vestrorum, pecunia etiam provisionis armate nostri felicis extolii et alia quacumque pecunia curie que est vel erit per manus vestras et singulorum vestrum, exhibere et solvere

(a) In impresso *sunt predicto*, male

auctnritate presentinm debeatis, recepturi ab eo et ordinatis suis et nuntiis ad vestram cautelam apodixas snis tamen sigillis munitas. Ad hoc cum idem ammiratns et ordinati sui de pecunia et rebus aliis solutis et solvendis per eos pro dicta armata et negotiis aliis, propter perplexitates mnltorum negotiorum, recipere nequiverint apodixas, volumus et mandamus qnod idem ammiratus de pecunia et rebns aliis quas per se et ordinatos suos receperit et solverit, ponat nnstre curie per qnaternos tantummodo finalem et debitam rationem (*a*), et de his stetnr fidei quaternorum ipsorum, instrumentis, apodixis et cautelis aliis omnino exclusis. Si vero in debellatione et conflictu extolii rebellium et inimicorum nostrornm ammiratum ejnsdem extolii per nostrnm felicem extolium capi contingerit, volumus et dicto ammirato nostro concedimus quod ammiratum extolii rebellium et hostium nostrorum cum omnibus rebns suis in eodem extolio existentibns suis utilitatibus [habeat] applicandum. De navibus et aliis quoqne vascellis capiendis per dictum nostrnm extolium, idem ammiratus habeat et habere debeat omnia arma et rebus nsitatas potius pannorum (*b*), non integras sed incisas saccarias et immobilia vacua in eisdem vascellis et navibns existentes ultra (*c*). Si naves et vascella ipsa frumento et ordeo fuerint onerata, idem ammiratns de victualibns in qualibet navium et vascellorum ipsorum habeat usque ad palmnm unum in paliolis cujnslibet navis et vascella ipsins, que suis commnditatibus acquirantur. Habeat preterea idem ammiratus annis singulis a nostra cnria de frumento et vino ipsius curie et in eorum defectu de emendis de fiscali pecunia in Messana, Neapoli et Brundusio, etc., in Messana frumenti salmas centum, vini salmas centnm, et in qnalibet aliarnm terrarum ipsarum totidem qnantitatem frumenti et vini; pro expensis suis de pecunia nostre curie unciam auri unam ponderis generalis per diem. Ad hec volnmns et mandamus quod prefatus ammiratus habeat et habere debeat omnia vasa armate ac (*d*) extolii ad navigationem,

(*a*) In impresso *nostrorum*, male.
(*b*) Locus certissime mutilus.
(*c*) Locus denuo mutilus.
(*d*) In impresso *in*.

Digitized by Google

inutilia correda etiam et assisas (a) et alia guarnimenta curie nostre vetera et inutilia existentia in nostris tarsionatibus et extra tarsionatus eosdem, suis utilitatibus applicanda. Concedimus equidem predicto ammirato de gratia speciali quod de Saracenis capiendis cum nostris vascellis armatis per eum vel per alios de mandato suo, ipse vigesimam partem consequatur et habeat, reliquis partibus Saracenorum ipsorum fisci nostri commoditatibus applicandis. Item concedimus ei ut si contingat eumdem ammiratum sua prudentia et tractatu a Saracenis quibuslibet solita regis Sicilie recipere tributa et insolita et nova requirere, tributis solitis et noviter acquisitis nobis integre remanentibus, ad quantitatem equalem decime predictorum tributorum ipso ammirato Saracenos cogente predictos, eum ad opus suum de speciali gratia illam volumus retinere. Naves vero et vascella exterorum que in regni nostri partibus naufragia de cetero patientur (b), de quo naufragio jus consuetum et debitum nostra curia consequetur, idem ammiratus habeat suis utilitatibus acquirendum (c). Predicto enim ammirato concedimus quod habeat et habere debeat omnia jura que ammirati alii predecessores sui ratione ammiratie officii habuerunt tam a curia inferendis (*sic*) quam a marinariis et aliis per mare navigantibus consueverant recipere et habere. Attendentes itaque pericula et labores immensos que pro nobis sustinuit, eidem ammirato de liberalitate mera et gratia speciali concedimus quod de omnibus mercibus et rebus licitis et permissis quas de suo proprio emi faciet (d), onerari, immitti (e) et extrahere in quibuscumque et de quibuscumque portubus et licitis maritimarum Sicilie, nullum jus solvere (f) et alterius cujuscumque dirictus; nostre curie ac aliis officialibus et gabellotis nostris Sicilie presentium tenore mandantes quod ab eodem ammirato et ejus nunciis de rebus et mercibus per eum et ejus nuncios de sua pe-

(a) Forsitan legendum *affisas*, alibi *offesas*.
(b) In impresso *patientibus*.
(c) Aptius videretur *acquirenda*, nisi verbum ad *jus* referatur.
(d) In impresso *facere*.
(e) Hic inepte *facere* repetitur.
(f) Sic, rectius vero *solvat* vel *solvere debeat*.

Digitized by Google

cunia propria onerandis, immittendis et extrahendis in quibuscunque et de quibuscumque portubus licitis maritimarum Sicilie, nullum jus solvere et alterius cujuscunque dirictus ab eodem ammirato et suis nuntiis exigant nec per alios exigi patiantur. Ut autem in armate nostre negotiis [que] pre quibuscunque aliis nostris servitiis principaliora et precipua esse noscuntur et magis insident cordi nostro, cujusque occasionis pretextu nullus defectus eveniat quoquo modo, volumus et vobis universis et singulis officialibus et personis per regnum Sicilie constitutis presentium tenore mandamus (a) quod eidem ammirato et ordinatis suis pecuniam et omnes res alias quas idem ammiratus pro armate nostre servitiis et negotiis a singulis vestrum requisierit, de predicta pecunia et rebus aliis nostre curie que sunt et erunt per manus vestras et in earum defectu quantitatem pecunie quam idem ammiratus pro emendis eisdem a quolibet vestrum duxerit requirendam, de eadem pecunia presentis auctoritate capituli exhibere et assignare sine mora et defectu quolibet debeatis et ab eo et ordinatis inde recipere apodixas, suis tamen sigillis munitas, et sibi et de aliis omnibus que ad ipsius armate negotia spectare noscuntur ad honorem et fidelitatem nostri culminis, devote pareatis et efficaciter intendatis.

Datum, etc.

Litterae responsales ad justitiarium Terrae Laboris de militibus feudorum summonitis, de piscibus et rebus aliis non mittendis in Campaniam, de castro Cerri et domino ejus caute capiendis, de grassa non extrahenda, de custodia locorum et arma prohibita ferentibus. Apud Sarzanum, 15 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 36 verso, 37 recto; In edit. Carcan., p. 292.)

Item :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc.

(a) In impresso *mandantes.*

Digitized by Google

Licteras, etc., *usque* commendantes. Quod autem recepto mandato nostro de summonendis militibus justiciariatus tui, recepisti quaterniones feudorum a G. de Sancto Fremundo ac predecessore tuo justitiario, in quibus quia omnia feuda de quibus servicium curie nostre debetur minime continentur, summonitis prius eis quos in quaternionibus invenisti, de aliis nichilominus de quibus mencio non fiebat diligenter inquirere curavisti, summonens eos ad servitia nostra, tuam sollertiam commendamus, et quia quaterniones feudorum ad presens in curia nostra non erant, ipsos tibi non misimus ut petisti. Quod etiam milites Neapolis per te summonitos invenisti ad servitia nostra paratos, et quaterniones feudorum suorum caute obtinuisti ab eis, de quorum servitiis si per quaterniones curie conditionem nostram meliorare poteris eorum formam sequeris, alioquin facies inde quod melius videris expedire, celsitudini nostre placet. De piscibus et cannabo que de regno in Campaniam ut scripsisti feruntur, volumus ut inhibitionem facias generalem ne ipsa vel omnia alia illuc ulterius deferantur, et eam facias firmiter observari. De castro Cerri quod ad mandatum per notarium Gualterium (1) tibi factum ut scribis, inrequisitis nobis capere distulisti, tum quia dubitas scandalum posse oriri, tum quia inexpugnabile creditur, et hominibus Campanie ac aliis necessariis premunitum, volumus et mandamus ut Deoteguarde dominum ejus sicut scripsisti caute ad te voces aliquo negotio simulato, et si poteris eum capias et detineas quousque castrum tibi fecerit assignari; quod si eum habere non poteris, ordines sapienter et caute quod per homines contrale modis omnibus capiatur. Homines regni sub Campanie quos extrahere dicis grassam de regno volumus ut et in personis quas capias et in bonis que infisces taliter corrigas, quod digne peniteant et ceteri terreantur. Placet etiam nobis ut custodiam fieri per terras jurisdictionis tue, specialiter confinii, pro compescendis malefactoribus ordines ut scripsisti; eos autem qui pretextu turbationis hujus mote per papam prohibita

(1) Verisimiliter *Gualterium de Ocra*. Quid sit istud castrum Cerri non plane scimus. Arbitratur Rossius (*Memor. spett. a Gualt. da Ocra*, p. 14, not. 15) nunc agi de Rocca de Sancto Framundo *in Cerreto*, quam unus ex affinibus justitiarii amoti forsitan occupatam tenebat.

ceperunt arma portare, si ea sine licentia nostrorum officialium temere portaverint, punias jnxta sacrarum constitntionnm nostrarum tenorem. Expensas moderatas et necessarias qne per te dantur nuntiis tuis pro nostris servitiis necessario ad nos missis, tibi volumus in tuo ratiocinio numerari. Ceterum, etc.

Datnm apnd Sarzanum, XV decembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Guillelmum de Sangineto de residuo collectae anni praeteriti ac collectorum excessibus, de mutuis Matthaei Marcafabae quondam secreti Messanae. Apud Sarzanum, 15 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 37 recto; in edit. Carcan., p. 293.)

Item :

Fredericus, etc., Gnillelmo de Sangineto, etc. Licteras, etc. Qnod autem super capitnlis que nobis scripseras de residuo collecte anni preteriti indictionis XI ac collectornm excessibns, secretum Messane fidelem nostrum jnxta mandatum nostri culminis instrnere curavisti; quia sicut scripsisti sepe contingit in inqnisitionibus veritatem latere, ne in hys curia fraudaretur, te ad hec inquirenda et invenienda personaliter contulisti, propter qnod negotinm ipsum fnit debito modo completum; quod etiam rogatus interesse testamento quondam Matthei Marchafabe secreti, ipsi eidem ad memoriam reduxisti et ipse recordatus est et confessus quod tibi sex uncias, Leoni Bonalme mercatori Cusentie mille tarenos, judici Eufrenoni de Porta viginti uncias, G. de Anglone justitiario Sicilie tarenos mille et copertam eqnornm quondam R. de Garsiliato, quam nobis legaverat, mutuavit (1), tuum studinm et fidelitatis opera commendamus, et ecce quod eidem secreto mandamus quod ipsam pecuniam ad opus curie nostre recipiat sine mora.

Datnm apud Sarzannm, XV decembris, XIII indictionis.

(1) Cf. infra, p. 591.

Digitized by Google

Apud Sarzanum, 15 decembris.

Mandatum ad Riccardum de Pulcaro de nuntiis Michaelis Cumianonis et quod eat ad officium sibi commissum in Terra Laboris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 37 recto; in edit. Carcan., p. 253.)

Item :

Fredericus, etc., Riccardo de Polcaro, etc. Licteras, etc., et singula que de processu tuo et tractatu eorum que tibi fuerunt a nostra majestate commissa continebantur in eis, intelleximus diligenter, etc. Cum igitur N. de Trahina mandamus ut cum nuntiis Michaelis Cumianonis, quam cito venerint versus presentiam nostram accedat(*a*), teque velimus in Terra Laboris et per partes illas pro commisso tibi per curiam nostram officio exercendo esse presentem, fidelitati tue mandamus quatenus statim visis hys licteris illuc te personaliter conferas et ipsum officium studeas ad honorem et fidelitatem nostram fideliter exercere.

Datum apud Sarzanum, XV decembris, XIII indictione.

Item Nicolao de Trahyna, quod statim quod nuntii ipsi venerint, veniat cum eis usque Sanctum Flabianum et ibi expectans significet domino suum adventum, ut postmodum juxta mandatum domini veniat.

Apud Sarzanum, 16 decembris.

Litterae responsales ad Johannem Cioffum de pecunia ex venditione rerum apud Acon delatarum comparata, de balistis de turno emptis et emendis, de peregrinis Messanae morantibus, de gazena ordinanda in castro maris Messanae.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 37 recto; in edit. Carcan., p. 293.)

(*a*) In impresso *accedas*, male.

Digitized by Google

De imperiali mandato facta per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia responsales :

Fredericus, etc., Johanni de Cioffo, etc. Benigne recepimus licteras, etc. De Gnalterio antem de Fisciulo qui de partibus nltramarinis ad qnas eum dudum transmisimus nuper Messanam applicuit, ut scripsisti, veniens in navi curie nostre que vocatur Aquila, quam qnondam Matthens Marchafaba secretus fidelis noster oneratam victualibus et vino cnrie nostre miserat apud Acon, gratum habuimns quod nobis significare curasti. Qnod antem significasti majorem qnantitatem pecunie que pervenit de venditione rerum que delate fuerunt in navi predicta, assignatam fuisse Henrico Abbati fideli nostro ad nostram curiam deferendam, et de reliqua quantitate emptos fuisse in Acon ad opus curie nostre pannos de lana, bucaranos cendatos et camellottos, et eos esse Messane, volnmus et mandamus nt eos ad presentiam nostram mictas, significatnrns distincte nobis pretium singulorum. Quod vero emisti ad opus curie nostre jnxta mandatnm nostrum tres bonas balistas de torno, et ad alias emendas intendis, gratum ducimns et mandamus ut quotcumque balistas bonas de torno et de dnobus pedibus poteris invenire ad opus curie nostre emas. De peregrinis qui transire propter importunitatem temporis nequenntes, usque ad tempus passagii morantnr Messane, et ne a campsorum dolis, vel aliorum res suas vendentium qui manns suas consueverunt habere mendaces, circumveniri valeant vel fraudari, statuti sunt campsores et alii catapani qui non permictunt peregrinos ipsos vel in cambio vel in emptione aliarum rerum aliquatenus defraudari, satis acceptum habemus et tam tnam quam aliorum nostrorum fidelium in boc diligentiam commendamus. De castro nostro maris Messane, in quo statuta erat gazena fleckeriorum, quod assignasti nuncio Nicolai Spinule regni Sicilie ammirati ut babitet in eodem, sicnt de nostro beneplacito est provisum, placet nobis. De predicta autem gazena ordinanda ubi debeat laborare, volnmus ut ipsam constitnas in domibus que qnondam ammirati fnerunt, et in eis debeat laborare. Snper construendis antem domibus pro gazena ipsa prope palatium nt scripsisti, ad presens non vidimus procedendum; tu vero, etc.

Datum apud Sarzanum, XVI decembris, XIII indictionis.

Digitized by Google

Sarzani. 16 decembris.

Litterae responsales ad secretum Messanae quod se contulerit Messanam ad executionem servitii sibi commissi, de astracis castri Roseti, de arcubus castri Cusentiae, de reparandis aedificiis castri Neocastri, de hominibus Montis Leonis, de recolligendo residuo quondam Matthaei Marcafabae, de defensis et locis solatiorum, de rebus legatis ab archiepiscopo Russanensi, de Saracenis Luceriae et Girofalci, de porcis curiae, de quaternis quondam secreti, de vicario ammirati, de pecunia a Matthaeo Marcafaba mutuata recolligenda.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 37 verso; in edit. Carcan., p. 294.)

De imperiali mandato scripsit G. de Cusentia responsales:

Fredericus, etc., Majori de Plaucatone secreto Messane, etc. Benignitate grata recepimus licteras et capitula que nostro culmini destinasti, etc. Quod autem significasti te recepto sacro mandato nostro quo tibi officium secretie commisimus, confestim Cnsentiam contulisse et expectasse ibi Jordanum Filangerium a porta Roseti, etc. (*a*), ut coram eo sicut tibi et sibi misimus prestares officii juramentum, et quia idem Jordanus moram in veniendo trahebat, et te plura servitia nostra expresse in Siciliam evocabant, ad executionem servitiorum ipsorum te contulisti Messanam, gratum ducimus et tuam inde diligentiam commendamus. Quod autem astraca castri nostri Roseti, que pro eo quod sicut scripsisti ex omni parte equalia erant, pluvialis aqua dum decursum per ea habere non poterat penetrabat in destructionem picturarum et lignaminum eorumdem, ex una parte facis altius elevari, ut dum pluvia decursum habuerit, astracis ipsis non inferat lesionem, et quod in arcubus quos invenisti in castro nostro Cusentie laboratos, quia nullum tegimen habebant quod eos a pluvia devastante defenderet, statuisti ut de residuo pecunie

(*a*) Verisimiliter subaudiendum *a porta Roseti et per totam Siciliam magistrum justitiarium et capitaneum.*

Digitized by Google

castri ipsius imposite hominibus Vallis Grate, terre Jordane et Calabrie in annis preteritis VIII, VIIII, X et XI indictionum debeant adaptari, ne predicta opera sustineant lesionem, gratum est excellentie nostre et tuum inde studium commendamus. Acceptantes etiam quod in solario palatii nostri nemoris Neocastri quia in eo sine (*sic*) lapidibus et calce factum sicut scripsisti non erat, propter quod pluvia subintrante lignamina devastabantur ipsius, statuisti ad lapides et calcem astracum laborari, et quod tecta salarum ipsius que plana erant et sine lesione salarum aqua pluvialis per ea decurrere non poterat, sublevari facis, nec non et quod scalas lapideas ejusdem palatii quas invenisti pro earum medietate complendas compleri, et vineas, viridarium, et cannamellas ipsius ab angarariis nostris Neocastri excoli prout condecet statuisti. De campis et vignis salarum castri nostri Neocastri, que sicut significasti sunt adeo elevate quod nulla possunt in eis tegumenta manere, volumus ut provideas diligenter, et si poterunt modo aliquo adaptari quo bene et sine deformitate permaneant, fieri facias. Sin autem, cohopertam ipsam fieri facias ad astracum, prout melius et utilius videris expedire. De hominibus Montisleonis quos significasti non habere terras ad laborandum, et scripsisti circa terram ipsam terras ecclesiarum et baronum esse, que essent pro ipsis hominibus oportune, si earum patronis excambium preberetur, volumus ut distincte significes nobis nomina tam ecclesiarum quam baronum, qui terras habent ibidem, et terras quas habent ibi, et valorem earum, et ubi sunt terre ipse que commutari possent, et quid eis in excambium dari posset, ut instructi distincte de omnibus, tibi nostrum beneplacitum rescribamus. Quod vero significasti te Henrico Abbati et notario Symoni de Petramajore fidelibus nostris super recolligendo residuo quondam Matthei Marchafabe secreti, sicut eis commisimus, auxilium prebuisse, placet nobis, et volumus ut eidem notario Symoni ad recolligendum idem residuum remanenti, ubi expedierit, consilium tribuas et juvamen; et quod te de proventibus preteritorum temporum non intromictis, sed tantum a mense septembris hujus XIII indictionis gratum habemus. De hoc quod defensas nostras et loca solatiorum nostrorum que sunt in jurisdictione tua facis cum diligentia custodiri, et quod in

marestallis nostris jurisdictionis tue facis omnia necessaria ministrari, tuum studium commendamus. Mandantes tibi ut tam super custodia defensarum et locorum solatiorum nostrorum, quam super affluenti ministratione necessariorum in marestalis nostris sic facias diligenter intendi, ut nec in illis lesio nec in istis defectus aliquis habeatur. De rebus autem a Nicolao quondam Russanensi archiepiscopo curie nostre legatis, volumus ut eas ad curiam nostram mictas; animalia vero ab eodem legata curie nostre, que G. de Anglone justitiarius in Sicilia citra flumen Salsum fidelis noster a Johanne de Cioffo fideli nostro recepit, per eumdem G. ad curiam nostram destinari mandamus. De Saracenis Lucerie et Girofalci qui occasione negotiationis gerende conferunt se in Calabriam, et deinde in Siciliam transire nituntur, sed tu eos transire in Siciliam non permictis, placet nobis quod inde facis, et volumus ut omnino inhibeas et facias custodiri ne aliqui de Saracenis ipsis in Siciliam transeant. Volumus etiam et mandamus tibi ut per partes Calabrie ad quas Sarracenos ipsos cum negotiationibus suis se conferre contingerit, facias custodiam adhibere, ut nulli ex eis per partes ipsas remaneant vel domicilia faciant ad morandum. De porcis curie nostre
Fol. 38 recto. quos | in Calabria et Sicilia esse scripsisti pingues, de quibus quid fieri debeat nostrum beneplacitum requisivisti, volumus et mandamus ut porcos mares quos aptos videris ad vendendum vendi facias, cum nostre curie plurimum sit pecunia oportuna. Quod autem scripsisti quaternos quondam Matthei Marcbafabe secreti esse in ecclesia Sancti Salvatoris de lingua Messane repositos et XI sigillis signatos, quorum te oportet habere rescriptum pro juribus et omnibus redditibus secretie que continentur in eis, ecce quod mandamus Thomasio de Brundusio et magistro Procopio notario, fidelibus nostris, ut illuc se conferentes quaternos ipsos qui tibi necessarii fuerint exemplificari faciant coram se, et eorum tibi transumptum exemplum assignent, tu vero pro exemplificandis ipsis tam pro notariis quam pro aliis que fuerint oportuna ministres. Volumus etiam ut quaterni illi in nostra camera debeant conservari. De facto autem Nicolini Spinule admirati, cujus vicarium significasti nunc postulare ut assisam galee Messane recolligat, asserens ipsam per ammiratum debere recolligi, cum

Digitized by Google

sicut tua capitnla continebant, et per antiquos recollectores et per quaternos doane nostre inventum est [quod] marinaria Sicilie et Calabrie et assise lignaminum per doanam nostram recolligi consueverit, licet per qnondam Henricum de Malta ammiratum predicta galea Messane extracta fuerit a doana, cnjus tempore sicnt invenisse te scribis de galea ipsa non nisi tareni qningentnm et grani sexcentnm colligebantnr, nunc autem post inquisitionem factam per quondam Matthenm Marchafabam secretum de galea ipsa recolliguntur ultra duo millia et tercentum tareni; volumus et mandamus ut predicta omnia recolligi debeant per doanam, sicnt fuit antiqnitus consuetum et sicut quondam Mattheus Marchafaba secretus predecessor tuus ea recolligi faciebat, cum ammiratns de recolligenda aliqna pecnnia se intromictere non habeat, sed tantnm a te universa oportuna recipere cum pro nostris servitiis eum armari contingerit. Tn vero inquisitioni predicte galee Messane per supradictum quondam Mattheum Marchafabam secretum incepte tamqnam diligens successor inherens sic procures, ut galea ipsa ad statnm qno fuit antiqnitns per tnum studium deducatur. Quod autem significasti enmdem Matthenm secretnm predecessorem tuum in ultimis snis confessnm esse Guillelmnm de Anglone jnstitiarinm in Sicilia citra flnmen Salsnm debere sibi tarenos anri mille, Leonem Bonanimam Scalensem tarenos mille, jndicem Eufrenonem nncias auri viginti, Guillelmum de Sangineto uncias auri sex, et episcopnm Martnranum uncias anri decem, mandamus ut si tibi de debito et confessione constiterit, pecuniam ipsam recolligas a predictis, sic in hys et aliis nostris servitiis cnm diligentia processnrns ut confidentiam quam in tuo studio gerimus, possimns per effectns operum experiri.

Datum Sarzani, XVI decembris, XIII indictionis.

Item scripsit Guillelmo de Anglone justitiario in Sicilia citra flumen Salsum ut equos et mulos legatos cnrie a Nicolao Rnssanensi archiepiscopo, quos idem G. recepit a Johanne de Cioffo, mictat ad curiam.

Item scripsit Fredericus, etc., Thomasio de Brundusio, etc. Significavit nobis Major de Plancatone doan., etc., quod cum omnes quaterni qui fuerunt quondam Matthei Marchafabe secreti in quibus continentur distincte omnes redditus doane nostre et singuli secretie proventus, in ecclesia

Sancti Salvatoris de lingua Messane sigillis XI habeantur signati, non potest copiam ipsorum habere, cum necesse sibi sit per eos scire proventus et redditus secretie quam sibi duximus commictendam, et quia exemplum quaternorum ipsorum quod cum omni cautela, legalitate et studio transcribi volumus, eidem Majori secreto volumus assignari, de studio tuo et magistri Procopii notarii et fidelis nostri confisi, fidelitati tue mandamus quatenus personaliter Messane te conferens, quaternos predictos qui eidem secreto fuerint oportuni una cum predicto magistro Procopio cui scribimus similiter super hoc, exemplificari faciatis coram vobis per fideles notarios, omne studium et quantamcumque diligentiam poteritis adhibendo, ne tenor quaternorum ipsorum aliquo modo possit per diminutionem vel per additum vel verborum mutatione aliqua vitiari. Cum enim rescribi debent, inter alias quas vos volumus in hys adhibere cautelas, volumus ut non detis ipsos confuse ad rescribendum, sed facta et retenta vobiscum summa cujuslibet pagine faciatis ipsam rescribi et statim transcriptum abscultari cum alia si concordant, et sic in antea procedatis modo simili faciendo ut vestrum in hoc studium approbemus. Ideo enim hoc vobis commictimus quia scimus vos in talibus circumspectos; quibus transcriptis, exemplum eorum predicto secreto assignetis, et autenticos in castro nostro Messane reponatis, vestris et aliorum nostrorum fidelium sigillis inclusos. Ecce enim scribimus eidem secreto, ut que pro exemplificandis quaternis ipsis tam pro notariis quam aliis fuerint oportuna, ministret. Scribimus etiam procuratori et conventui ecclesie supradicte, ut quaternos predictos vobis debeant assignare.

Datum [*ut supra*].

Similes per omnia scripsit magistro Procopio.

Item scripsit Senatori de Archis et (*a*) castellano Messane, ut predictos quaternos recipiat, et in thesauro in castro ipso faciat diligentissime custodiri.

Item scripsit idem de superiori mandato procuratori et conventui Sancti Salvatoris de lingua Messane, ut predictos quaternos doane supradictis Thomasio de Brundusio et magistro Procopio debeant assignare.

(*a*) *Et* deest in cod. Philippsensi.

Digitized by Google

Mandatum ad secretum Messanae pro expensis suis judicisque et notariorum, et ut moderate nuntiis ad curiam mittendis provideat. Sarzani, 16 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 38 verso; in edit. Carcan., p. 296.)

Item scripsit :

Fredericus, etc., Majori de Plancatone secreto Messane, etc. Capitula que nostro culmini destinasti benigne recepimus et intelleximus diligenter; de expensis autem tuis, salario judicis et notariorum quos tecum in nostris servitiis habere oportet, super quibus nostrum beneplacitum postulasti, volumus et mandamus ut expensas tuas et salarium judicis et notariorum quos tecum pro nostris servitiis necessario videris retinendos, sicut quondam Mattheus Marchafaba secretus predecessor tuus recipiebat pro se expensas, et judici et notario suis (*a*) salarium dabat, tu de proventibus nostris qui sunt per manus tuas recipias et impendas, ita tamen ut notariorum et judicis numerum quem dictus quondam secretus habebat omnino debeas servare nec excedas. De expensis autem dandis nunciis tuis quos frequenter ad curiam nostram pro necessariis servitiis nostris te mictere oportebit, volumus ut moderate et competentes expense quas pro nuntiis ad curiam nostram pro necessariis servitiis nostris mictendis te contingerit facere, in tuis debeant rationibus computari. Tu tamen sic ubicumque poteris expensis curie nostre parcas, quod in te studium et diligentiam commendemus; significaturus nobis quantum pro expensis suis dictus quondam Mattheus Marchafaba secretus recipiebat.

Datum Sarzani, XVI decembris, XIII indictionis.

(*a*) In impresso *tuis*, male.

Digitized by Google

Sarzani, 16 decembris.

Litterae responsales et mandatum ad secretum Messanae pro statuendo uno notario siclae Messanae, pro requirenda pecunia praedictae siclae debita, et de quadam bulzunallae quantitate in fraudem curiae vendita.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 38 verso; in edit. Carcan., p. 297.)

Item scripsit :

Fredericus, etc., secreto Messane, etc. Benigne recepimus licteras tuas et capitula que misisti, etc. Quod autem inter alia capitula tua nobis significasti, quod cum de duobus notariis qui erant statuti in servitiis sicle nostre Messane unus decesserit, alius ad ejusdem sicle servitium sufficere non videtur, propter quod scripsisti notarium Johannem de Messana latorem presentium, quem ad curiam nostram misisti, ydoneum et sufficientem esse ad idem servitium faciendum, tibi duximus respondendum quod ex quo fidelis noster est, ydoneus, et sufficiens in ipso servitio, ut scripsisti, placet nobis et volumus ut eum notarium in sicla ipsa constituas loco defuncti, ad honorem et fidelitatem nostram, recepturus ab eo juramentum fidelitatis et officii juxta morem.

Datum Sarzani, XVI decembris, XIII indictionis.

Item scripsit :

Fredericus, etc., secreto Messane, etc. Significavit culmini nostro Gaudius ebreus, notarius sicle nostre Messane, fidelis noster, quod cum dudum de ordinatione quondam Matthei Marchafabe secreti fidelis nostri nova moneta sicle nostre Messane missa fuerit imponenda per singulas terras Sicilie et Calabrie, plures de illis qui eamdem pecuniam receperunt, eo quod dictus quondam secretus medio tempore concessit in fata, pecuniam ipsam assignare jamdicte sicle nostre renuunt in curie nostre jacturam, cum adhuc bona quantitas de dicta pecunia ab eis nostre curie debeatur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus quoscumque tibi

Digitized by Google

constiterit de predicta pecunia curie nostre debere, compellas districte, sicut melius videris expedire, ut pecuniam quam debent predicte sicle nostre prout tenentur assignent. Significavit preterea nobis Gandius supradictus quod dictus quondam Mattheus Marchafaba secretus vendidit quibusdam mercatoribus Romanis de bulzunalla sicle nostre libras sexmille trecentas et quinquaginta ad rationem de tarenis sex pro qualibet libra; de qua venditione asserit curiam nostram fuisse deceptam in duobus mille unciis et ultra. Quod cum scire velimus, mandamus tibi ut hoc diligenter inquiras, et quicquid inde inveneris, distincte nobis per tuas licteras studeas nuntiare.

Datum [*ut supra*].

Item scripsit predicto Gandio ebreo responsales super hoc quod scribitur secreto super facto monete sicle, et ut predictum secretum instruat in premissis ipse qui predicta significavit.

Litterae responsales ad justitiarium Siciliae ultra flumen Sasum de Saracenis Seralcadii quod permittat bajulationem Saracenorum a secreto Panormi vendi, de cannis incidendis, de hominibus Centorbii et Capicii Panormum ad morandum reducendis, de quibusdam captis nisi culpabiles inventi fuerint, liberandis. Sarzani, 16 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 39 recto; in edit. Carcan., p. 297.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia responsales :

Fredericus, etc., Roggerio de Amicis, justitiario Sicilie ultra flumen Salsum, etc. Benignitate consueta recepimus licteras, etc., gratum satis gerentes quod Sarraceni qui morantur in partibus ipsis, qui ut scripsisti nequitiam suam per multa clandestina maleficia exercebant, tuo studio mediante desistunt a pravitatibus suis, et esse jam mali formidant. De Saracenis autem Seralcadii quos pro beneplacito nostro inducis ut habi-

Digitized by Google

tationes suas reforment in melius, placet uobis et tuum inde studium commendamus; de venditioue vero bajulationis tam eorum quam aliornm qui extra morantur sicut scripsisti, cum locationes bajnlationnm ad jus secretie pertineant, volumus ut Obberto Fallamonacho secreto Panormi locaudam permictas, cum velimus qnod jura cujuslibet officii sint discreta. Licet euim de vendenda bajulatione Saracenorum ipsornm dudum tibi duxerimus commictendum eo quod Panormi secretns non erat, nuuc tamen cum ibi secretus statutus est, volnmus ea omnia que ad officium suum pertinent exerceri per eum. De canuis quas ad requisitiouem secreti Panormi et gayti pro nostris servitiis exhiberi fecisti, volens expensis curie nostre parcere que fierent in emendis eisdem, gratum habemus, et volumus ut deinceps ad requisitionem secreti pro servitiis uostris facias tribui de eisdem, ipsas incidi faciens, non in uno, sed iu diversis locis ubi sine majore lesioue cauueti videris melius expedire. Commendamus preterea processum tuum quem habuisti in micteudis licteris tuis et nuntiis per totam Siciliam pro hominibus quondam Centorbii et Capicii, qui cum se ad habitaudum Pauormum juxta mandatum nostrum conferre deberent, se cum suis familiis per partes alias contulerunt; et ecce quod juxta tuum consilium, exinde patentes licteras uostras mictimus universis per Siciliam constitutis. Tu autem studium facias adhiberi quod predicti homines ubicumque fuerint, Panormum reduci debeant ad morandnm, et si quem inveneris aliquem de predictis hominibus temere detinere, penam quam te imposuisse scripsisti super hoc, instanter recolligas, et nichilominus eorum nomina nobis studeas iutimare. Vidimus autem quaternum tuum quem nobis misisti de singnlis nominibus predictorum, et in eo tuum studium commendamus; qnem in nostra camera facimus conservari. De Venuto de Cephaludo et Alexandro Russo Pisano qui capti olim per Roggerium de Calvellis justitiarinm Sicilie nltra flumen Salsum, predecessorem tunm, pro eo qnod inventi fuernnt in butio Oberti de Vintimil., qui coutra fideles nostros piraticam exercebat, promiseruut et offeruut se solvere pro liberatione eornm quamdam pecuuie quantitatem, videlicet Veuutus nucias auri ceutum et Alexander uncias quadragiuta, mandamns ut si ipsi in culpa dicti Oberti uon fue-

Digitized by Google

runt, sed inveneris ab eodem Oborto eos in butium fuisse violenter immissos sicut alios qui per te liberati fuerunt, recepta ipsa pecunia ipsos facias liberari. Si vero eos inveneris in culpa fuisse, non liberes, sed facias eos cum diligentia custodiri.

Datum Sarzani, XVI decembris, XIII indictionis.

Item scripsit licteras patentes justitiariis, secretis, camerariis, procuratoribus, bajulis, judicibus et universis per Siciliam constitutis, ut ubicumque inventi fuerint predicti homines quondam Centorbii et Capicii, ad requisitionem predicti Roggerii de Amicis cogantur redire Panormum ad habitandum cum familiis et rebus eorum, nec aliquis quemquam ex eis audeat retinere.

Mandatum ad archiepiscopum Capuanum ut de ecclesiis vacantibus eligendi licentiam non praestet. Sarzani, 16 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 39 recto; in edit. Carcan., p. 298.)

Item scripsit idem de imperiali mandato:

Fredericus, etc., J. archiepiscopo Capuano, etc. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si quam de ecclesiis regni nostri vacare contingerit, auctoritate dudum tibi a nostra majestate commissa non prestes in antea licentiam eligendi.

Datum Sarzani, XVI decembris, XIII indictionis.

Mandatum ad camerarium Aprutii de ducentis bonis presutiis ad curiam destinandis. Sarzani, 17 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 39 recto; in edit. Carcan., p. 298.)

Digitized by Google

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Cressio Amalfitano de Capua camerario Aprutii, etc. Cum de bonis presutiis in curia nostra velimus haberi, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus invenias de bonis presutiis usque ad ducentum, et eos cum propinquiores erimus, ad curiam nostram studeas destinare.

Datum Sarzani, XVII decembris, XIII indictionis.

Apud Pisas, 22 decembris.*

Mandatum ad justitiarium Terrae Laboris ne equos aptos ad arma a peregrinis emi et extrahi permittat, caeteras tamen commoditates ipsis procuraturus.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 89 verso; in edit. Carcan., p. 298.)

De imperiali mandato facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Benignitate, etc. De notulis autem et aliis culmini nostro missis que nuncii crucesignatorum ferebant, gratum satis habuimus et tuum in hoc studium et sollicitudinem commendamus. De peregrinis autem qui sicut scripsisti nituntur equos emere, ut eos de regno extraherent, et tu hoc fieri non permictis, acceptum ducimus quod sic facis; fidelitati tue districte mandantes quod per totam jurisdictionem tuam inhiberi facias et exactam adhiberi cautelam quod peregrini ipsi nullos equos qui sint vel qui esse possint apti ad arma, aliquo modo valeant de regno extrahere. Roncinos autem et hujusmodi equitaturas alias que ad arma non valeant, volumus ut peregrinos ipsos emere, et salvo jure curie nostre secum deferre permictas, cum placeat nobis ut peregrini ipsi in regno nostro commoditates suas inveniant et habeant prout decet in premissis et aliis, etc.

Datum apud Pisas, XXII decembris, XIII indictionis.

Digitized by Google

Mandatum ad collectorem pecuniae ultra flumen Salsum quo, mutato priore mandato, secretus Panormi omnem curiae pecuniam recolligere et ex officio suo expendere debeat, de residuo tamen pecuniae infra tres menses eidem collectori rationem positurus. Apud Pisas, 29 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 39 verso; in edit. Carcan., p. 298.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit Laurentius:

Fredericus, etc., Stanciouo de Capua collectori iu Sicilia ultra flumeu Salsum, etc. Statuisse et maudasse recolimus ut omuis pecuuia uudecumque uostre curie debita, per speciales collectores in singulis regni partibus constitutos colligi et servari deberet (*a*), certis locis ad hoc specialiter deputatis; sed ad exigentiam temporum pro negotiorum et locorum varietatibus sententiam animi uostri mutantes, providimus et mandamus ut Obbertus Fallamonachus secretus iu eisdem partibus omnem curie uostre pecuniam, sicut ex officio quod exercet ad manus predecessorum suorum consueverat pervenire, sicut etiam recolligebatur per eos, et ex officio vel de mandato uostro expendebatur in uostris serviciis, sic et recolligat et juxta quod ad officium suum spectat, et utile ac necessarium pro uostris servitiis fuerit, vel a uobis receperit iu maudatis, expendat: hoc etiam pro sua et sibi similium nostrorum officialium exoneratione ac salute proviso, ut siugulis tribus mensibus coram te pouet, et predicti officiales coram collectoribus aliis ponant de pecuuia infra ipsos tres menses collecta et expensa pro parte uostre curie rationem, ac totum quod superfuerit ratiocinio posito, per eum tibi et per alios aliis assignetur iu uostris erariis conservandum, prioris maudati uostri tibi et aliis collectoribus propter hoc missi per omuia intacto in ceteris remanente tenore. Super quo, et collectorum et officialium cuilibet pro se similes licteras desti-

(*a*) In impresso *debet*.

Digitized by Google

namus. Qnare mandamus quatenns juxta presentis provisionis edictum et rationem ab eo recipere cnm omni fidelitate stndeas et cautela, et residuum quod fuerit, ab eodem reqnirere, recipere et servare juxta priorem modum a nostra curia tibi datum; ac omnia qne inde feceris cum summa ratiocinii et residui, continne plene ac fideliter nobis scribas.

Datum apud Pisas, XXIII decembris, XIII indictionis.

Similes per omnia scripsit Obberto predicto usque ad conclusionem, verbis competenter mutatis.

Item similes scripsit ut supra Silvestro de Sancto Paulo collectori in Aprutio per totum.

Similes Criscio Amalfitano de Capna usque ad conclusionem.

Item similes nt supra per totum Stephano Romoaldi de Baro collectori in jurisdictione Riccardi de Polcaro.

Item similes judici Jacobo de Sanctis collectori in jurisdictione Majoris de Plancatone secreti Messane.

Similes eidem Majori secreto usque ad conclnsionem.

Item similes jndici Philippo de Aversa collectori in jurisdictione Alexandri filii Henrici ut supra per totum.

Similes Alexandro filio Henrici usqne ad conclusionem.

Similes fecit postmodum VIII jannarii apud Senas, Angelo Frisaro, custodi portus Sicilie citra flnmen Salsum et judici Jacobo de Sanctis collectori ut supra, pro eo qnod scribebatnr eidem Angelo solvere debitum Romanis; quod scriptum est predicto die VIII januarii hujus indictionis.

Apud Pisas, 24 decembris.

Litterae responsales ad archiepiscopum Capuanum, commendantes de studio quod in rescribendis nominibus officialium habuit, licet infirmitate detentus nomina omnium mittere non potuerit.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 40 recto; in edit. Carcan., p. 299.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Trajecto, scripsit P. de Capua licteras responsales :

Fredericus, etc., archiepiscopo Capuano, etc. Devotionis tue licteras benignitate, etc.; studium et sollicitudinem tuam quam super mictendis nobis nominibus officialium habuisti, quibus nostra dudum per te, venerabilem Panormitanum archiepiscopum et episcopum Ravellensem dilectos familiares et fideles nostros sunt commissa servitia, plurimum commendantes. Super eo autem quod ipse tue lictere continent quod propter infirmitatem quam passus es et pateris, de qua tibi non indigne compatimur, universorum officialium nomina plene nobis scribere nequivisti, nisi usque ad tempus quo feliciter a Fano (*a*) processimus, pro eo quod dicti familiares nostri nobiscum ad presens presentialiter commorentur, cum quibus etiam, ut scripsisti, non poteris assiduis nostris ratiociniis residere, per eos familiares et fideles nostros de reliquis officiis sequentis temporis, quantum per eos sciri poterit, curabimus instrui, juxta quod utilitati nostre melius videbitur expedire.

Datum apud Pisas, XXIV decembris, XIII indictionis.

Mandata ad Alexandrum filium Henrici et ad Riccardum de Pulcaro de expensis Nicolao de Panormo custodi camerae Canusii et Melfiae et Bartholomaeo socio ejus exhibendis, et de rebus quibusdam ad cameram Canusii deferendis. Apud Pisas, 24 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 40 recto; in edit. Carcan., p. 299.)

De imperiali mandato facto per dominum Johannem Morum scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Alexandro filio Henrici, etc. Quia substitui mandavimus Nicolaum de Panormo latorem presentium fidelem nostrum in locum

(*a*) In codice Phillipps. legitur *quo Policore a firmo processimus*, sed erronee.

Digitized by Google

quondam Jacobini qui mortuus est, ad custodiendam cameram nostram Canusii et Melfie, firmiter mandamus quatenus eidem ex quo in servitio nostro ipsius camere fuerit, pro se, uno scuterio, et uno roncino, si eos habuerint (*sic*), Bartholomeo socio ejus qui ibi est a receptione presentium in antea pro se, uno scuterio et uno roncino similiter, ac duobus servitellis nigris nomine Musca et Marzuch pro personis eorum tantum, postquam ibi fuerint, de pecunia curie nostre que est per manus tuas expensas juxta assisam curie nostre debeas exhibere.

Datum apud Pisas, XXIV decembris, XIII indictionis.

Item :

Fredericus, etc., Riccardo de Polcaro, etc. Cum res quasdam camere nostre Melfie quas in galeis premisimus de Pisis usque Neapolim, a Neapoli usque Canusium ad cameram nostram que ibi est deferri velimus, mandamus quatenus ad requisitionem Nicolai de Panormo latoris presentium res ipsas facias illuc salubriter deportari.

Datum [*ut supra*].

Apud Pisas, 24 decembris.

Mandata varia ad Obertum Fallamonachum, Angelum de Marra et Alexandrum filium Henrici de expensis secreti, de responsalibus differendis, de expensis Abdallae servi camerae.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 40 recto; in edit. Carcan., p. 299.)

Item de mandato facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit :

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho doan., etc. Licteras et capitula que misisti recepimus et pleno collegimus intellectu, super quibus oportunius comoditate captata, deliberare plenius et nostram intendimus rescribere voluntatem. De expensis autem tuis quarum summam et modum a nobis petis habere, volumus et mandamus quatenus, sicut secreti predecessores tui de statuto curie nostre consueverant expensas recipere de proventibus curie nostre, sic et tu recipere debeas de eisdem

Digitized by Google

quantum moderatius fieri poterit, et negotiorum nostrorum utilitas patietur.

Datum apud Pisas, XXIV decembris, XIII indictionis.

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Trajecto scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., Angelo de Marra, etc. Fidelitatis tue licteras plura capitula continentes quas nostro culmini destinasti, benignitate recepimus consueta, quorum capitulorum pluribus tibi per licteras nostras recolimus rescripsisse; super aliis vero tibi in proximo nostre mictemus beneplacitum voluntatis.

Datum [*ut supra*].

Item de mandato domini Johannis Mauri scripsit Johannes de Idronto Alexandro filio Henrici ut Abdolla (*a*) servo camere qui mictitur ad discendum legere et scribere licteras Saracenicas, det expensas ad requisitionem magistri Johachim, ex quo pervenerit ad eum et cum eo morabitur.

Litterae patentes et mandata varia pro diversis Romanis mercatoribus quietandis, qui mutuaverunt et in camera assignaverunt tot libras de grossis Venetianis quot ad summam MDCLXI unciarum auri et dimidiae ascendant. Pisis, 24 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 40 verso; in edit. Carcan., p. 300.)

De imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G. de Cusentia licteras patentes in hac forma :

Fredericus, etc. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod Petrus de Oddone, Mattheus Saxolini, Petrus Russus et Anibaldus mercatores Romani, fideles nostri, mutuaverunt nobis et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras LXXV minus solidis V pro

(*a*) In codice Phillipps. *Abdalà*.

Digitized by Google

unciis auri CCCIIII, ad generale pondus regni, ad rationem de solidis quinque minus denario I per unciam; de quibus unciis promisimus et convenimus eis quod Marinus de Valle, Angelus de Marra et Eufranonus de Porta, custodes erarii nostri Salvatoris ad mare de Neapoli, fideles nostri, de pecunia ejusdem erarii nostri que est per manus eorum in kalendis mensis aprilis primi futuri anni instantis XIII indictionis, mercatores predictos vel alterum eorum, sive certum nuncium seu procuratorem eorum sine defectu et majoris more dispendio debeant quietare. Si vero, quod omnino nolumus, aliquo accidente casu predictus solutionis terminus pertransiret, deinde in antea quamdiu solutio differretur, de singulis centum unciis tres uncias auri ad generale pondus regni per mensem predicti custodes erarii nostri eis solvere tenentur et debent pro dampnis et interesse, et nichilominus integre et cum omni celeritate solvere uncias supradictas. Ad hujus autem, etc.

Datum Pisis, XXIV decembris, XIII indictionis.

Item scripsit licteras clausas ad predictos custodes erarii in ea forma per omnia usque *Ad hujus autem*. Quare fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus, adveniente termino supradicto, predictis mercatoribus vel alteri eorum sive certo nuncio et procuratori ipsorum supradictas uncias auri CCCIIII ad generale pondus regni de pecunia erarii nostri que est per manus vestras sine defectu et majoris more dispendio persolvatis, et si forte ut predictum est, aliquo accidente casu, quod omnino nolumus, solutionis ipsius terminus differretur, de singulis centum unciis tres uncias auri ad generale pondus per mensem, de eadem pecunia solvere [debeatis] eisdem pro dampnis et interesse. Vos tamen provideatis et procuretis quod eodem termino quietentur ne per moram curia nostra dispendium usurarum incurrat. Vos autem pecunia ipsa soluta, recipiatis ab eis patentes licteras nostras, quas ipsis de mutuo ipso fieri fecimus, et nichilominus aliud scriptum competens de solutione ipsa fieri faciatis ad cautelam curie nostre, et si forte vos omnes ad hoc presentes non eritis, quicumque vestrum presens fuerit nostrum beneplacitum exequatur.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Similes scripsit idem tam apertas quam clausas pro Jacobo Petri de Jacobo, Petro de Jacobo, Johanne Gaytano Rubeo, et Leonardo de Jacobo de libris Venetianorum grossorum LV et denariis XV, pro unciis CCXXIIII, ad generale pondus regni et rationem eamdem.

Similes per omnia pro Georgio Masonar., Johanne Gregorio Masonar. et Petro Verclo de libris Venetianorum grossorum XXV solidis XI denariis IIII, pro unciis auri CIIII.

Similes pro Jacobo Petri, Johanne Conti, Nicolao de Andrea et Jacobo filio ejus de libris Venetianorum grossornm XLI et denariis XIII, pro unciis CLXVII.

Similes pro Petro Laurencio de Choro, Laurentio et Girardo filiis ejus de libris Venetianorum grossorum LXVIII minus solidis III, pro unciis auri CCLXXVI.

Item. Similes licteras clausas et apertas scripsit P. de Capua de eodem mandato pro Jacobo Pappachur., Manuele, Bartolomeo Lombardo et Nicolao Galluccia Romano de libris grossorum Venetianorum LXXXIII (*a*), denariis XVIII, pro unciis auri CCCLXXVIII ad generale pondus.

Similes scripsit idem pro Blasio Tinioso et Gilio filio ejus de libris Venetianorum grossorum viginti quinque solido uno et [denariis] III, pro unciis auri CII ad generale pondus regni.

Similes licteras scripsit idem pro Paulo Petro, Sisto fratre ejus, et Leonardo de Cenchio de libris Venetianorum XXVIII solidis XII et denariis X, pro unciis CXVI et media ad generale pondus regni.

Fridericus, dux Austriae et Styriae, privilegia ordini Sanctae Mariae Theutonicorum a Sede Apostolica, ab imperio et a patre suo concessa, confirmat. Viennae, 25 decembris.

(Edit. ap. Hennes, *Cod. ordin. Theutonic.*, p. 109, n° 100. Cf. Duellius, *Histor. ord. Theuton.*, append., n° 6.)

(*a*) Sic, verisimiliter tamen legendum *LXXXXIII*.

Digitized by Google

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Fridericus, Dei gratia dux Austrie et Styrie, omnibus Christi fidelibus, etc. Cum viri religiosi fratres hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitani suis exigentibus meritis tam a Sede Apostolica quam a sacro imperio et a dilectissimo patre nostro felicis memorie Leupoldo duce Austrie multorum privilegiorum gaudeant libertate, etc.

Datum et actum Wienne, in Nativitate Domini, post compositionem et concordiam inter dominum nostrum imperatorem et nos solenniter celebratam (1), anno incarnationis dominice MCCLX, indictione XIII, coram testibus subnotatis, videlicet venerabili patre Heinrico episcopo Seccoviensi et domino Leutoldo archidiacono Carinthie, magistro Ulrico de Kirchberg et nobilibus viris Chunrado de Hardekke et Ulrico de Pecca comitibus, Lentoldo et Ulrico fratribus de Vildonia, Chunrado de Hintberch, Friderico et Hertnido fratribus de Petowe, Heinrico de Hackenberk, et aliis quam pluribus fide dignis.

Apud Pisas, 25 et 26 decembris.

Mandata varia de captivis Lombardis in regnum deferendis et per Riccardum de Montefusculo, justitiarium Capitanatae, inter barones regni dividendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 41 recto; in edit. Carcan., p. 301 et seqq.)

De mandato imperiali facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit P. de Capua :

---

(1) « Fridericus, dux Austriae et Styriae, propter frequentes victorias quibus suos adversarios crebro attrivit, auctus viribus, Wiennam potenter obsedit; quae rerum fessa ac de salute trepidans se reddidit. Post cujus redditionem praedicto duci prosperis succedentibus, optimates ad eum redeunt, legati imperatoris veniunt laetum nuntium videlicet gratiam imperatoris portantes eidem. » *Chronic. Mellic.*, ad ann. 1240, ap. Pez, t. I, p. 239. De reconciliatione ista cui frustra papa obstitit ut supra vidimus, p. 525, conferenda sunt insuper *Chronic. Salisb.*, ap. Pez, t. I, p. 356, et *Chronic. Erphord.*, ap. Boehmer, *Fontes*, t. II, p. 400.

Digitized by Google

Fredericus, etc., R. de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus receptis hys licteris, ubicumque per justiciariatum tibi commissum fueris, te Neapolim conferre procures ad Riccardum de Montefusculo justiciarium Capitinate et honoris montis Sancti Angeli, fidelem nostrum, quo non invento quicquid super facto captivorum et obsidum quos cum galeis ad presens destinamus in regnum, ex parte nostri culminis tibi dicet oretenus, quem super eo specialiter destinamus, per nuntium etiam vel licteras tibi mictet, et indubitanter credere et efficaciter adimplere procures; cavens ne per moram tuam servitium nostrum sibi commissum aliquatenus retardetur. Quod si contingeret majestati nostre plurimum displiceret.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Item de eodem mandato scripsit idem :

Fredericus, etc., justitiario Aprutii, etc. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus quicquid super facto captivorum et obsidum quos cum galeis in regnum nostrum destinamus ad presens, R. de Montefusculo justitiarius Capitinate et honoris montis Sancti Angeli fidelis noster oretenus ex parte culminis nostri tibi dicet, quem super eo specialiter destinamus, per nuntium etiam vel licteras tibi mictet, indubitanter credere et efficaciter adimplere procures, ut exinde, etc.

Datum [*ut supra*].

Item de eodem mandato scripsit idem similes licteras ad L. de Franco justitiarium terre Bari per omnia.

Item. Similes scripsit ad A. de Aquaviva justitiarium terre Idronti, per omnia.

Item. Similes scripsit ad Angelum de Marra, per omnia.

De imperiali mandato facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Diopuldo de Dragone, etc. Mandamus fidelitati tue quatenus que R. de Montefusculo justitiarius Capitinate fidelis noster dixerit tibi super facto captivorum Lombardorum quos in regnum nostrum Sicilie destinamus, credas et efficaciter studeas adimplere.

Datum apud Pisas, XXVI decembris, XIII indictionis.

Similes ad compalatium Neapolis ut credat eidem.

Item :

Fredericus, etc., universis per regnum Sicilie constitutis fidelibus suis. Quia captivos Lombardos in regnum nostrum Sicilie destinamus, quos oportebit deduci per partes varias in quibus sunt illi quorum custodie singulos eorum mandavimus deputari, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem R. de Montefusculo justitiarii Capitinate fidelis nostri qui plures ex ipsis captivis Lombardis ducet de mandato nostro ad loca quibus debeant custodiri, securum conductum eis dare curetis ita quod secure ducantur et commode per eumdem.

Datum [*ut supra*].

Fol. 41 verso. | *De imperiali mandato facto per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit G. de Cusentia :*

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris et comitatus Molisii, etc. Cum quosdam de Mediolano, Placentia et Cremona (*a*) quos captivos habemus, in regnum duxerimus destinandos et ex ipsis quosdam per barones ipsarum partium fideles nostros de jurisdictione tua velimus cum diligentia custodiri, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus captivos ipsos qui tibi fuerint assignati recipias et eos secundum tenorem cedule quam tibi mictimus presentibus interclusam, captivorum ipsorum et baronum quibus assignari debent singuli nomina continentem, baronibus ipsis assignes, eis ex parte nostra districte precipiens ut captivos ipsos cum omni diligentia faciant custodire, eis in victu dum in ipsorum custodia fuerint provisuri. De quorum assignatione fieri facias publica scripta, unum penes te retinendum et aliud ad curiam nostram mictendum. Ordines etiam in jurisdictione tua aliquem virum fidelem qui singulis mensibus ipsos requirat et videat qualiter custodiantur et eis victui necessaria ministrentur.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Similes scripsit Boamundo Pissono justitiario Aprutii.

(*a*) Sic in impresso et in codice Phillippsensi. Arbitramur nihilominus legendum esse *de Crema*, dum Cremonenses assidue partibus imperatoris adhaeserint; nisi tamen hic tantum de obsidibus Cremonae agatur.

Digitized by Google

Similes Thomasio de Montenigro justitiario Principatus et terre Beneventane.

Similes Riccardo de Montefusculo justitiario Capitinate.

Similes Landolfo de Franco justitiario terre Bari, facta in eis mentione de civibus.

Similes Andree de Aquaviva justitiario terre Idronti, facta in eis mentione de civibus.

Similes Thomasio filio Osmundi justitiario Basilicate, facta in eis mentione de civibus.

Similes Tholomeo de Castellione justitiario vallis Gratis et terre Jordane.

Similes Goffrido de Montefusculo justitiario Calabrie.

Similes Guillelmo de Anglone justitiario Sicilie citra flumen Salsum.

De eodem mandato scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., R. de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Mandamus tibi quatenus omnes captivos quos R. de Montefusculo justitiarius Capitinate fidelis noster tibi assignaverit recipias, quos continet cedula in aliis tibi missis excellentie nostre licteris interclusa, per loca jurisdictionis tue distribuens prout in eadem cedula continetur; reliquos vero justitiario Aprutii facias assignari ut et ipse per jurisdictionem suam eos dividat, prout mandavimus eidem per licteras speciales; dictis etiam captivis donec in manibus tuis fuerint, cibum exhibeas competentem.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Similes Thomasio de Montenigro justitiario Principatus pro hiis quos ipse dividet et quos assignabit justitiario vallis Gratis.

Similes Ptolomeo de Castellione justitiario vallis Gratis pro suis et pro hiis quos assignabit justitiario Calabrie.

Similes Goffrido de Montefusculo justitiario Calabrie pro suis et eis quos assignabit justitiario in Sicilia citra flumen Salsum G. de Anglone.

Item scripsit Thomasio filio Osmundi ut captivos quos continet cedula interclusa in aliis licteris missis ei, per se si presens esse poterit vel per fideles et securos nuntios a R. de Montefusculo justitiario, etc., recipiat, eosque distribuat prout in eadem cedula continetur.

Digitized by Google

Item scripsit idem Laurentius Landulfo de Franco justitiario terre Bari pro suis et eis quos assignabit justitiario terre Idronti A. de Aquaviva.

Item eidem R. de Montefusculo ut quotquot equos ad arma ubicumque per regnum invenire poterit ad vendeudum, emat ad opus curie.

.(Cedula tunc temporis justitiariis missa, cum notis, ut clare liquet, posterius additis.)

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 42 recto; in edit. Carcan., p. 302-306.)

Fol. 42 recto. Barones justiciariatus Aprutii quorum custodie singillatim commissi sunt prisones Lombardi :

Roggerins de Malaherba custodiat	Thomasium Cacatossicum Mediolanensem.
Gentilis de Grandinato.	Leonardum de Casali Med.
Bernardus de Amiterno.	Leonem Maynerium Med.
Rao de Aversa.	Jacobum Maynerium Med.
Petrus de Aversa.	Albertum Scaccabarrozum (*a*) Med.
Vinciguerra de Bollante.	Philippum Burrum Med.
Mattheus de Bollante (*b*).	Albertum de Busto Med.
Fortibraza.	Petrum Busanum de Placentia Placentinum.
Berardus de Aversa.	Jacobum Valvum Med.
Vinciguerra de Aversa.	Taddeum Bellabucca Med.
Vinciguerra de Palena.	Grimerium Pastorelium Placent.
Tholomeus de Castellione.	Joannem Bellum filium Astrologi Med.
Raynaldus de Sangro.	Guillelmum de Marola, Med.
^. Domini Malatini.	Jacobum filium Obizonis de Melignano Med.
Domini de Ofen.	Aldricum de Palatio Med.
Thomasius de Manerio.	Guidonem de Melignano Med.
Domini de Tallacotio.	Albertinum Coyonem Med.
Domini de Civitate Anten.	Paganum et Merulum de Businato Med.
Domini de valle Sorana.	Conradum de Lampugnano Med.

(*a*) In cod. Phillipps. *Scaccaboracium* sicut et infra.
(*b*) Ibidem hic et supra *de Bellante*.

Digitized by Google

Domini de Morreo (*a*).	Jordanum de Bezano Med.
Filii Bartholomei de Pontibus. . . .	Jacobum de Suren. (*b*) Med.
Taddeus de Fractura.	Albertum Panicatum Med.
Domini de Collepetro.	Bovem de Cureno Med.
Comes Berardus de Loreto.	Petracium de Runco Veteri (*c*) et Johannem Surdum Placent.
Berardus de Stiffo.	Olpraudum de Cureno Med.
Domini de Soncio.	Guillelmum de Cassin. Med. et Obertum de Gramediano de Placentia.
Domini de Peganica.	Joannem de Suriciu. (*d*) Med.
Domini Rocce Spin. Albiti (*e*). . . .	Lantelmum de Bubulgo Med.
Domini de Caruncio.	Guidonem de Cruce Med.
Domini de Aitin.	Girardum de Cureno Med.
Domini Prate vallis Aventin (*f*). . .	Perronem de Ayminolfo Med.
Comes Symon.	Manuelem de Petra Santa et Bonifacium de Mandello Med.
Comes Gualterius.	Jacobum Cripellum Med. et Albertum Fornarium Plac.
Berardus Palumb. (*g*).	Albernatium Villanum Med.
Domini de Ursonna.	Lantelmum Buccacium Med.
Thomasius de Turre.	Ferrum (*h*) Cripellum Med.
Raynaldus de Aqueviva.	Iablevatum Crivellum Med.
Gualterius de Monte.	Goffridum de Brognano Med.
Symon de Petra Nigra.	Petrum de Curte Med.
Simon Trogisius.	Girardum de Grazano Plac.
Bartholomeus de Saucto Johanne. .	Obertum Cripellum Med.
Franciscus Gualterius de Turre. . .	Presbyterum de Cureno Med.
Judex Gualterius de Buccianico (*i*).	Obertum de Merillano Med.

(*a*) In altero codice *de Merreo.*

(*b*) Ibidem *de Curen*, addito abbreviationis signo.

(*c*) Ibidem *Perracium de Runcoventi.*

(*d*) Ibidem *de Suritina*, minus recte, dum alias dicatur *de Sorexina.*

(*e*) In cod. Phillipps. *Spinalbeti.*

(*f*) Ibidem *Aycortine.*

(*g*) In cod. Phillipps. *Palumban.*

(*h*) Ibidem *Tellum.*

(*i*) Ibidem *de Bluccanico.*

Digitized by Google

Domini de Brittulo.	Manfridum de Businado Med.
Domini de Pianella.	Goffridum da Albagno Med.
Guillelmus de Landulfo.	Goffridum de Ayrone Med.
Domini Rocce filii Adam.	Ardengum de Ardengis Plac.
Domini de Podio Raone	Roggerium da Sentirano Plac.
Domini de Collemadio.	Toraldum de Vignano Plac.
Tancredus de Cellino.	Jannonum da Arcellis Plac.
Domini de Cellino (a)..	Obertum Dyanum Plac.
Transmundus de Puliano.	Henricum Teutonicum Plac.
Domini de Belforte.	Jacobum de Torrano (mortuus est ante ingressum (b) in galeam).
Manerius de Castenga.	Lantelmum de Conte Med.
Berardus de Miliano.	Albertum de Calvo Plac.
Matteus de Causano.	Jannonum Arcicocum Plac.
Berardus de Logonnano.	Johannem Rundanum Plac.
Berardus Fundarolus.	Paulum Cazum Plac.
Transmundus de Castello Vetulo. . .	Obertum de Fontana Plac.
Domini Arenarum.	Albertum de Rasio (c) Plac.
Berardus de Tortorito.	Ugolinum Leccacorvum Plac.
Robbertus de Tortorito.	Homodeum Contanelium Plac.
Jacobus de Cerrito.	Obertum Corvallum Plac.
Domini de Torrita.	Guillelmum Corvallum Plac.
Domini de Podio Ymbreccie.	Englitum (d) de Cruca Med.
Domini de Rusito.	Petrum Rubeum Plac.
Domini de Scorrano.	Palmerium de Surasio (e) Plac.
Domini de Caprafico.	Cremascum Fabrum Cremonensem.
Bartholomeus de Ocra.	Danysium filium Oddonis Plac.
Gentilis de Cerasolo de Ungno.. . .	Guillelmum de Hubertis Plac.
Domini de Arenar.	Johannem Scalionem Plac.
Boamundus de Letto.	Johannem de Ienebrado Plac.
Domini de Luco.	Jacobum Pregnum Plac.
Domini da La Troia.	Musinum de Settar. Med.
Berardus Beffi.	Obertum Bossum Med.

(a) In cod. Phillipps. nunc et supra *de Cillina*.

(b) Ibidem *in ingressu*.

(c) Ibidem *de Rasco*.

(d) Ibidem *Engliricum*.

(e) Ibidem *de Curasio*.

Digitized by Google

Philippus de Turre.	Tassum de Settar. Med.
Boamundus de Senelle (a).	Conradum de Radoldo Med.
Berardus de Comestabulo.	Conradum Cuminum Med.

| Barones in justitiariatu Terre Laboris quorum custodie singillatim commissi sunt prisones Lombardi : Fol. 42 verso.

Comes Thomasius custodiat.	Bonifacium de Posterula, Oldracum Scaccabarrocium, comitem Goffridum de Curtenova } Med.
Comes Caserte.	comitem Manfridum de Curtenova, Gabrielem de Petra Santa } Med.
Landulfus de Aquino.	Jacobum Guidonem de Mangr. Med.
Roggerius de Calvellis.	Oddonem Burrum Med.
Henricus de Ebulo.	Durandum Med.
Adenulfus de Aquino.	Monachum (b) Gambarum Med.
Oddo de Avenabulo.	Conradum Scaccabarrocium Med.
Robertus de Molisio.	Bonifacium de Lampugnano Med.
Thomasius de Molisio.	Manuelem de Surgino Med.
Domini de Montemiluio.	Mattheum de Pusterula Med.
Thomasius de Rivo Nigro.	Guillelmum de Benadiculo Med.
Petrus de Ebulo.	Sadonem de Hayato (c) Med.
Diopuldus de Dragone.	Vaginam Bisconte (d), Paganum Vicedominum } Plac.
Thomasius de Ebulo.	Jacobum Scaccabarrocium Med.
Domini de Monte Azulo.	Aldericum de Osa Med.
Riccardus de Marzano.	Jacobum Marzanum Plac.
Hector de Conca.	Ubertum Amiconem Med.
Guillelmus de Palma.	Guillelmum Clericum Plac.
Raynaldus de Avella.	Henricum de Laudriano Med.
Paudulfus de Aquino.	comitem Goffridum de Camisano Med.
Domini de Insula.	Mediolanum de Cusano Med.
Julianus de Castropignano.	Obertum de Curte majori Plac.
Stephanus de Anglone.	Medium Crevellum Med.

(a) In cod. Phillipps. *de Senett.*
(b) Ibidem *Mattheum*, rectius.
(c) Ibidem *de Hyato.*
(d) Ibidem *Viscontem.*

Guilielmus de Pescolanzano.	Giliolum Maynerum Med.
Marinus de Valle.	Grimerium de Tuna Plac.
Senebaldus de Fossaceca.	Guelfum de Ponte (vacat quia remansit in Parma) (a).
Henricus de Fossaceca (1).	Berardum de Presbytero Plac.
Domini Cantalupi.	Ugonem Avignonem Plac.
Riccardus de Molino.	Gerardum Bumo (b) Plac.
Robbertus de Busse (c).	Guilielmum Leccacorvum Plac.
Dominus de Planisio.	Opizonem Vicedominum Plac.
Robbertus de Morrone.	Antoliuum de Montecimino Plac.
Roggerius de Canale.	Russineccum filium Philippi de Caprimilido Plac.
Goffridus de Petravalda.	Cremascum de Cino Cremonens.
Robbertus de Noeli (d).	Albertum Rubeum de Jussistino Plac.
Gualterius de Biscurro.	Clericum de Nigro de Mozia...
Ugo de Rocca Vivari.	Engliscum Maravelia...

Obsides Padue :

Umfredus de Rebursis custodiat. . .	Petrucium filium Bernucii Uldrani.
Johannes de Suessa.	Bonifacium Oliverii de Sollar.
Rebursa.	Jacobum filium Guillelmi de Palmerio.
Thomasius Scallonus.	Albertum Deutem.
Robbertus de Apolita.	Jacobum de Bertis.
Thomasius de Ioa.	Caralassarium Bartholomei de Prando.
Nicolaus de Cicala.	Henricum de Vico Ager. (e) (qui per licteras scriptas primo junii apud Capuam Landulfo de Franco justitiario terre Bari assignandus per eum Leoni de Bonesio civi Bari).
Philippus Capice.	Guilielmum filium Aldigerii.
Toranus.	Engliefidum filium Pandini.
Johannes Bove.	Petrum filium Monaldi.
Guillelmus Guaymarius.	Rolandum Guarnerinum.

(a) Ibidem *quia remanet in Placentia*.

(b) In cod. Phillipps. *Burrum*, rectius.

(c) Ibidem *Robbertus Bussus*.

(d) Ibidem *de Niello*.

(e) Ibidem *de Vico Agino*.

(1) Cf. infra mandatum scriptum apud Ortam 3 maii 1240.

Digitized by Google

Johannes de Raymo.	Errikectum (*a*) filium Grimaldelli de Lumino.
Johannes de Sancto Fraymundo. . .	Ruffinum Burgunnonem (*b*).
Johannes Paganus.	Bartholomeum filium Zaffi judicis.
Berardus de Montemedio.	Vitalianum de Domo judicis.
Symon de Sancto Angelo.	Berrettum filium Bonifacini de Solaro.
Ugo Cappellus.	Johannem de Casotto.
Leonardus de Avenabulo de Aversa.	Paganinum de Viguntio. (Quia illi cui datus fuit inventi sunt suspecti.)
Guillelmus de Rocca Robone. . . .	Henricum (*c*) de Vico Ageri.
Domini de Campoleto.	Henricum de Manfrido.
Vitus Avalerius.	Mattheum de Vitaliano de Limizi.

Barones in justiciariatu Principatus quorum custodie singillatim commissi sunt prisones Lombardi : Fol. 43 recto.

Magister justitiarius custodiat. . . .	Guiscardum et Guidonem de Petrasancta } Med.
Jacobus de Morra.	Landulfum Cripellum (*d*) et Mediolanum de Hayato } Med.
Goffridus de Morra.	Mattheum de Prialone Med.
Rado de Acchia.	Lanfrancum de Cusano Med.
Riccardus de Montenigro.	Albertum de Businado Med.
Jordanus Filangerius.	Ottacium de Businado Med.
Bohbertus de Caiano.	Franciscum de Settano Med.
Johannes de Monteforti.	Petrum Burrum Med.
Mattheus Franciscus.	Raynerium Scangnum Med.
Pandulfus de Fasanella.	Obertum Surdum de Placentia, Plac.
Domini de Coturso.	Guillelmum Advocatum de Placentia, Plac.
Riccardus de Senercia.	Monachinum (*e*) Gambarum Med.
Gradaronus de la Valva.	Lantelmum Mammarellum Med.
Oddo de Laviano.	Guidonem Mammarellum Med.
Philippus de Acerno.	Antelmum de Trivulco Med.

(*a*) In cod. Phillipps. *Girihectorem.*

(*b*) Ibidem *Brugnunonem.*

(*c*) Quamdam in codice mendam suspicamur, dum legendum esse credamus *Paulum de Vico Agere,* cujus filium obsidem apud Hostunum mox inveniemus.

(*d*) Infra tamen *Crivellum.*

(*e*) In impresso *Matthaeum;* nunc corrigimus nomen juxta mandatum scriptum 1° aprilis 1240, quod infra.

Digitized by Google

Johannes Fasanella	Henricum de Pizubunello Med.
Riccardus de Bisaccia	Obizum Mentecazum Med.
Philippus de Zunculo	Audream Gambarum Med.
Riccardus de Flumari	Mediolanum de Prialone Med.
Johannes de Renello (*a*)	Roggerium de Orenzano Med.
Landulfus de Cripta	Guillelmum Mora Med.
Guerrerius de Cripta	Gerardum Pelluce. Med.
Guillelmus de Montemarano	Bovem Buscum Med.
Henricus de Torasio	Jacobum de Serigno Med.
Troysius de Montemilecto	Guillelmum Saporitum Med.
Dominus Serre	Obbertum Mentuccium Med.
Dominus de Tufo	Gerardum de Aquauno (*b*) Med.
Jordanus de Clusano	Obizum Valvum Med.
Dominus de Prata	Jacobum Scanzum Med.
Robbertus Malaerba	Obertinum de Maudello Med.
Guillelmus Franciscus	Egidium Marcellinum et Morum Spetialem. Med.
Philippus de Bussone	Guidonem Pectoranum Med.
Malgerius de Marza	Candulfum Martignouem (*c*) Med.
Jacobus de Castello Veteri	Roggerium de Dognano Med.
Dominus Casalis Albuli	Obizonem Guilinguellum Med.
Riccardus de Anglone	Jacobum de Candia (*d*) et Bullam de Bonsenuore de Crema. Crem.
Robbertus de Sancto Georgio	Danisium Butraffa Med.
Guido Filangerius	Jacobum de Rizzola de Placentia, Plac.
Guillelmus Paganus Nucerinus	Obertum Villanum Med.
Dominus Torrace	Conradum Cayn. Med.
Marinus de Ebulo	Rufinum de Porta Plac.
Rao de Bussone	Albertum de Melignano Med.
Robbertus de Fontanarosa	Obertinum Amicone Med.
Domini de Molinaria	Petrum Villanum Plac.
Mattheus de Lecto	Robbertum de Porta Plac.
Robbertus Burrellus	Danesium de Marinata Med.

(*a*) In cod. Phillipps. *de Revello*, rectius.

(*b*) Ibidem *de Aquando*.

(*c*) Ibidem *Morcignonem*.

(*d*) Ibidem *de Candano*.

Digitized by Google

Nevulonus de Ponte.	Vitalem Palestrellum Plac.
Abbas monasterii Cavensis.	Michaelem de Lando (qui fuit prepositus Omnium Sanctorum).
Philippus de Sancto Magno.	Ughettum Carbonem Med.
Rubbertus de Salvia.	Paganum Sartum Med.
Dominus Quallecte.	Falavellum de Mocza Med.
Ugo Capasinus.	Aliprandum de Casali Med.
Riccardus Capasinus.	Januinum de Lunisano Plac.
Johannes Paganus.	Locterium Gruta Med.
Guillelmus Bodecti (a).	Landonem de Rosa Med.
Filii Rubberti Capasini.	Obertum de Rivulta Plac.
Bartholomeus Bonomo.	Guillelmectum de Lampugnano Med.
Riccardus filius Henrici.	Fluacium Bossum Med.
Hector de Montefusculo.	Danisium Crivellum Med.
Adenulfus Janarius.	Ubertinum Advocatum Plac.
Bartholomeus de Alduyno.	Albertinum Crivellum Med.
Thomasius Burracius.	Albertinum de Posterula Med.
Johannes de Marzano.	Fulconem Todiscum Plac.
Ruggerius filius Gimundi.	Guidoctum de Fontana Plac.
Sergius de Castro Mari Surrenti. . .	Johannem de Marate Med.

| Barones in justitiariatu Basilicate quorum custodie singillatim commissi sunt prisones Lombardi : Fol. 43 verso.

Roggerius Tortamanus custodiat. . .	Egidium de Posterula et Berriolum de Pizubonello Med.
Roggerius de Castelmezano.	Jammardum de Terzago Med.
Rubbertus Petrapertusus.	Durantum de Melignano Med.
Guffridus de Craco.	Henricum de Mariano Med.
Raynaldus de Garrisio.	Arnaldum de Cantuno Med.
Gilibertus de Salandra.	Albertum de Hayata Med.
Robbertus de Ripa Candida.	Spinalbeum Med.
Comestabulus Venusii.	Jacobum Albeum Med.
Robbertus Gentilis.	Ruffinum de Mandello et Scrimagiam de Scrimagiis. Med.
Andreas de Aquaviva.	Berteraymum de Casanova Med.
Berardus de Castenga.	Ambrosium de Zibil. Med.
Gualterius de Rajano.	Roggerium de Hauricis Med.

(a) In cod. Phillipps. *Budettus.*

Guillelmus de Montefalzone.	Octatium de Hanricis Med.
Guillelmus de Rotis.	Lampunninum Spata in jocta (*a*) Med.
Riccardus de Lacupesel. (*sic*) (*b*). . .	Jacobum de Turre Med.
Domini de Platano.	Ansaldum de Riva de Placentia, Plac.
Uguitio Saxofortis.	Lanfrancum de Curte Med.
Riccardus de Tito.	Jacobum de Buginado Med.
Domini de Pincerno.	Obbertum de Summa Med.
Dominus Gloriose.	Flamingum de Legnano Med.
Thomasius de Saponaria.	Percivallum de Summa Med.
Nicolaus de Moliterno.	Nicolectum de Cusano Med.
Berengerius de Bizano.	Pisam de Lugnano Med.
Riccardus de Loria.	Sixtum de Pizubunello Med.
Gualterius de Rayano.	Castellinum de la Cruce Med.
Guido de Lacunigro.	Guidonem de Bosenado Med.
Guillelmus de Sangineto.	Antelmum de Pizubunello et Morandum Marignon. Med
Conradus de Sancto Mauro.	Grassum de Casale Med.
Petrus Romanus dominus Rotunde.	Petrocinum de Arcellis Placent.
Gilibertus dominus Turture.	Palmerium de Monte Domini Plac.
Henricus dominus Pappasyderis. . .	Petrum de Conio Plac.
Petrus dominus Tricclini.	Burgornonem Lachett. Plac.

In Melfia obsides Padue :

Judex Petrus custodiat.	Andream Mancaspissu.
Muscus.	Riccardum Scintill.

In Potentia obsides Padue :

Palmerius miles custodiat.	Conradinum filium Zachi.
Raynaldus de Nirso cum fratre. . . .	Ambrosium de Conte.

In justitiariatu Capitinate. . . . .

Riccardus de Montefusculo justiciarius custodiat	Obbertinum de Ozul, Med.
Guido de Guasto.	Guillelmum de Galerato, Med.
Gualterius de Biccaro.	Judeum de Hayto, Med.

(*a*) In cod. Phill. *Spata in Rocca.*
(*b*) Sic in cod. Phill.; sed forsitan *de Lacu Pensili* (*Lagopesole*).

| In justitiariatu terre Bari barones et cives quorum custodie commissi sunt prisones Lombardi et obsides Padue : Fol. 44 recto.

Dominus Turi custodiat.	Henricum Manerium Med.
Goffridus de Montefusculo.	Lanzinum de Curte Med.
Johannes Amorosus.	Crescentium, filium Alberigecti de Danisauo de Padua (a).
Melenzanus de Baro.	Bartholomeum, filium Alvernani de Zacho Paduan.
Thomasius Arbustus de Neapoli. . .	Odericum, filium Henrici de Vico Ageris, Pad., qui per licteras factas primo junii apud Capuam datus est Nicolao de Cicala.

In Monopolo obsides Padue :

Segnoricius de Monopulo custodiat	Albertum de Bonizo.
Petrus de Uncia.	Guarmerinum, filium Orlandi Guarmerini.
Raymundus judicis Petri.	Bartholomeum, filium Symeonis Mancaspissu.
Protontinus.	Oliverium, filium Marci de Danisa.
Magister Rainerius.	Benedictum, filium Gabrielis de Ludisino.

In Botonto obsides Padue :

Segnorus custodiat.	Bonaventuram, filium Andree de Frido (b).
Judex Petrus de Botonto.	Rodulfum, filium Manfridi de Cerruto.
Goffridus de Litthia.	Paradisum, filium Henrici Paradisi.
ugeius de Furasia cum genero. . .	Carsilionem, filium Paganini de Vigentio.
Abbamundus cum fratribus.	Antoninum de Manfredis.
Jacobus de Ferrariis.	Panium de Dente.
Major de Ferrariis.	Andream, filium Massari Dulcis.

In Trano obsides Padue :

Urso judicis Johannis custodiat. . .	Solimanum de Leopardo.
Eustasius de Zafiro.	Jacobum, filium Henrici Robberti judicis.
Iaquintus de Risando cum fratre. . .	Philippum, filium Bertrami (c) judicis.
Apolitus de Barulo	Vivianum de Domo judicis.
Johannes Mazzuccus cum fratre Amuruzo.	Simeonem Mancaspissu. Qui Symeon XIII junii, XIII indictionis, apud S. Germanum

(a) In cod. Phillipps. *de judice*.
(b) In cod. Phillipps. *de Trudo*.
(c) In cod. Phillipps. *Brittandi*.

Digitized by Google

commissus est justitiario terre Bari et terre Idronti L. de Franco, ut ipsum in aliquo castrorum imperialium faciat cum expensis ipsorum custodiri, deputando duos servientes ad ipsius custodiam cum expensis eorumdem. Que lictere facte sunt per manus magistri P. de Capua, de maudato judicis Taddei.

Judex Gualterius cum fratribus. . . Ugarettum filium Petri Penne de Ungarellis.

In Barulo obsides Padue:

Ugo de Lellis custodiat. . . . . . . Jacobum Frauciscum filium Ailli, quem mandatum est custodiri in castro Baroli sub expensis ejusdem Ugonis, XVI novembris, XIII (*a*) (leg. XIIII) indictionis.

Griso de Melficta. . . . . Tisium filium Maxen. Johanuis Vincentinum.

Johannes de Marra cum filio. . . . . Jordaninum filium Alberti Bar. XXVII aprilis, XIII indictionis, datus est in castro Baroli sicut scriptum est infra.

Notarius Gilibertus cum fratribus. . Ingolfum filium Samaritani de Contibus.

Henricus de Sire Bisantio. . . . . . Grimedulum filium Petri de Avonico (*b*).

Judex Angelus Bonellus. . . . . . Albertiuum filium Jacobi de Ponte.

Judex Guilielmus Furensis. . . . . Benedictum filium Laboneeti de Guido.

In Juvenatio. . . . .

Judex Salita cum nepotibus custodiat Arengiuum filium Bernardi Donne Diambre.

In Vigiliis obsides Padue:

Judex Petrus cum filiis custodiat. . Gualterium filium Antenopii judicis.

Jannoctarus Unzadaure. . . . . . . Arcoiginum filium David.

Judex Lupo cum filiis. . . . . Tusium filium Albertini.

Fol. 41 verso. | Barones et cives in justitiariatu terre Idronti, custodes captivorum et obsidum:

Thomasius Gentilis custodiat. . . . Jacobum Trikirolum.

Raynaldus et Gurrisius domini Paleiani. . . . . Johannem Passacalder. Plac.

(*a*) In cod. Phillipps. *XVI maii, XIV indict.*

(*b*) Ibidem *Ayonie* seu *Ayonic.*

Thomasius de Orya.	Guidonem de Vedellis Plac.
Thomasius de Brittavilla.	Girardum de Sutero Med.
Berardus de Ozano.	Castellectum Confalonerium Med.
Johannes Cacapice.	Henrigettum de Caral. Med.
Nicolaus Marescalcus.	Jacobinum Bossum Med.
Guillelmus de Carovigna.	Benkettum de Caymo Med.
Riccardus Malecta.	Villanectum Scolonem.
Comes Petrus de S. Felice.	Berteraymum de Montecimino Placent.
Robbertus Guaragnus.	Guillelmum filium Agati Plac.
Roggerius Marescalcus..	Rufinum de Son. Plac.
Filii Henrici de Bonseculo.	Johannem Faczubene Plac.
Petrus de Massafra.	Jannatium Buscinum Plac.
Robbertus Bellu.	Bernardum Sculfer. Plac.
Johannes filius Riccardi.	Philippum de Torano Med.
Robbertus de Cerasole.	Ruffinum Gatta Melata Plac.
Amo donne Calye.	Meolanum Malcarzatum Med.
Guido de S. Blasio.	Marcum de Sala Med.
Guerrerius de Montefusculo.	Gualdricum Ferr. Med.
Frater Giffredi de Castello.	Obertinum Salvaticum Med.
Gentilis de Castringa.	Aldricum Long. Med.
Vinciguerra Buteller.	Martinum Cacapistum Med.
Thomasius filius Marimontis.	Vassallum de Sesto Med.
Goffridus Brisardus.	Martinum de Rubeato Med.
Guillelmus Pisanellus.	Guillelmum de Sisto Med.
Jonathas de Luco.	Gerardum Ferrarium.
Riccardus de Petravalda.	Julianum Guadragnabum Plac.
Riccardus de Marczano.	Nicolaum Baghalottum Plac.
Roggerius de Trosen.	Lanfrancum Gorgol. Plac.
Philippus de Persona.	Acerbium de Ponterol. Med.
Petrus de Noa.	Bonifacium de Scintill. Paduanum.

In Hostuno obsides Padue :

Majo de Justar. cum fratre custodiat	Artusinum filium Pauli de Vico Ageris.
Judex Major..	Petrum Bonfilium Sulimonis de Cilliberta.

In Brundusio obsides Padue :

Guarinus custodiat.	Ubertum filium Uguizonis de Maltraversis.
Nicoletta.	Guillelmum filium Traversi de Sacza.
Francolinus.	. . . . . filium Jordani de Forzete.

In justitiariatu vallis Gratis et terre Jordane [custodes captivorum].

Comitissa de Coriliano custodiat. . .	Abbatem de Melignano Med. qui datus est ad custodiam Anselmi subscripti quia suus quem custodiebat obiit, et scripsit Laurentius ad eum sicut infra XVII (*lege* XXVII) aprilis, XIII indictionis.
Ampollonius de Morano.	Albertum Rizolum de Placentia Plac.
Paulinus de Tarsia.	Oddolinum de Mandello Med.
Roggerius de Matera.	Andream Manerium Med.
Roggerius de Guardia.	Henricum Valvum Med.
Francus de Mediolano.	Antolinum de Porta Med.
Mattheus de Tarsia.	Obbertum de Rizolo de Placentia Plac.
Parisius de Ypsicro.	Agatum Bapponum (*a*) Plac.
Berardus de Podio.	Ugatium Pisaiardum Plac.
Domini de Ursomarzo.	Aidricum Sellar. Med.
Robbertus de Berbecario.	Rubam de Balsamo Med.
Henricus Pappasider.	Jacobum de Avignone Med. qui XII aprilis commissus est Riccardo Valentono. Mandatum est [enim] justitiario vallis Gratis et terre Jordane ut quia Henricus de Pappasidere insufficiens est ad duorum captivorum custodiam, cum per justitiarium Basilicate datus fuerit eidem Henrico unus ex captivis custodiendus, idem auferat eidem Jacobum de Mediolano quem ipse dederat sibi custodiendum, et assignet illum custodiendum Riccardo Valentono (*b*).
Roggerius de Amicis justitiarius. . .	Petrum de Gerezano Med.
Fratres Raynaldi de Guasto.	Andream de Conte Med.
Ugo de Sabuco.	Benvenutum Ferr. de Placentia Plac.
Jacobus de Petramala.	Cannolum de Curtemajori Placentinum.
Riccardus de Rosa.	Joannem Zinzigolium de Placentia Plac.
Petrus Biscardus.	Fulcum Pelagum de Vicedominis.
Roggerius de Policastrello.	Johannem Librapanem de Placentia Plac.
Stephanus de S. Donato.	Jacobum Costa de Oca de Placentia Plac.

(*a*) In cod. Phillipps. *Capponem*.

(*b*) Ad meliorem rerum ordinem notam ad hunc locum cui competit transtulimus.

Digitized by Google

Anselmus Lombardus.	Raynerium Salvaticum. Datus est ei Abbatinus de Melignano suprascriptus.
	IV januarii scriptum est ut dictus Guillelmus (1) ducatur ad curiam cum filio Nicolai de Lucrato obside Padue quem debet custodire Gisolfus de Padula, licet non inveniatur scriptus in hoc quaterno prisonum et obsidum (2).

| In justitiariatu Calabrie custodes captivorum :

Fol. 45 recto.

Carnelevarius de Papia et odiat. . .	Goffridum Pizubonellum Med.
Guillelmus de Altavilla.	Artusium de Cusano Med.
Petrus de Calabria.	Jacobum Balbum Med.
Guillelmus de Sellia.	Thomasium Mantichazum Med.
Philippus Acchilione.	Lantelmum de Hysato Crem.
Alexander de Pissono.	Besentratum Benzonem Crem.
Jordanus Gualdricus.	Lantelmum de Marinata Med.

In justitiariatu Sicilie citra flumen Salsum :

Domina Paternionis custodiat. . . .	{ Rufinum Medicum et / Passaguadum Piliceu } Med.
Octavianus dominus Calatabiani. . .	Alterium de Bussano.

Postmodum II martii XIII indictionis apud Tuscanellam assignata est in camera, quam misit justitiarius Capitinate, divisio sive dispensatio custodie omnium prisonum et obsidum prescriptorum que in proximo sequenti folio continetur (3).

(1) Quis sit, ignoramus. Forsan iste Guillelmus filius Traversi de Sacza, obses Paduae, in Brundusio custodiendus.

(2) Ad quartum januarii diem hoc mandatum quoque deest.

(3) Hoc instrumentum omnino deest, dum in folio 45 verso nil scriptum inveniatur.

Digitized by Google

Pisis, 25 decembris.

Mandata ad justitiarios regni directa ut collectam recolligant juxta formam anno praeterito servatam.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 46 recto; in edit. Carcan., p. 306.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., B. Piscione justitiario Aprutii, etc. Imminens negotiorum nostrorum instantia, quibns decns nostrum et imperii tangitur, nos compellit ut qni personam nostram laboribns exponimus, preclare hereditatis nostre regno nostro Sicilie parcere non possimns quin ad ipsius incolas in laboribus nostris quasi declinantes caput ad requiem, qnos honoris nostri facimus in invidiam omnium popnlorum participes, faciamus nostrorum onerum non expertes, qnorum utique quietem sicut et nostram appetimus et in eorum laboribns fatigamnr. Scimus autem quod peculiaris populus noster de regno nostro pronus mandatis promptus [est] assurgere nt perficiat quod mandamus, ad obtinendam celsitudinis nostre gratiam quam in prontitudine fidei continnatis servitiis noscitur mernisse. Cum igitur velimns in presenti ut regnum nostrum nobis subventionem faciat, colligendam postposita tarditate in ea quantitate et forma qne in collecta anni preteriti statuta estitit et servata, ecce mictimus ad te judicem M. de Juvenatio, fidelem nostrum, qni snper quantitate et forma colligende collecte nostram tibi patefaciet voluntatem. Fidelitati itaque tne precipiendo mandamus quatenns eidem judici M. fideli nostro in hys que tibi super hoc dixerit fidem adhibeas et devote studeas adimplere, ita qnod qnantitas anno preterito imposita in justitiariatu tno in nnllo penitus minnatnr, et diligentiam tuam circa servitinm istud merito commendemus.

Datum Pisis, XXV decembris, XIII indictionis.

Similiter scripsit R. de Montenigro justitiario Terre Laboris et comitatus Molisii, quod credat R. de Montefnsculo jnstitiario Capitinate.

Digitized by Google

Similes T. de Montenigro justitiario Principatus quod credat eidem.

Similes L. de Franco justitiario terre Bari quod credat eidem.

Similes T. filio Osmundi justitiario Basilicate, quod credat judici Leoni de Juvenacio.

Similes A. de Aquaviva justitiario terre Idronti, quod credat eidem.

Similes justitiario vallis Gratis et terre Jordane, quod credat R. de Lauria.

Similes justitiario Calabrie, quod credat eidem.

Similes G. de Anglone justitiario Sicilie citra flumen Salsum, quod credat H. Abbati.

Similes R. de Amicis justitiario ultra flumen Salsum, quod credat eidem.

Predicto autem justitiario Capitinate scriptum est quod ipse imponat collectam in justitiariatu suo in quantitate et forma que in collecta anni preteriti statuta estitit et servata.

Mandatum ad Andream de Cicala et alios super negotio Beneventi.

Pisis, 25 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 46 recto; in edit. Carcan., p. 306.)

De imperiali mandato scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Andree de Cicala, etc. Quia per R. de Montefusculo justitiarium Capitinate fidelem nostrum super negotio Beneventi nostrum tibi beneplacitum revelamus, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus quicquid super eo tibi ex parte culminis nostri dicet, firmiter credas et efficaciter studeas percomplere.

Datum Pisis, XXV decembris, XIII indictionis.

Similes ad T. de Montenigro justitiarium Principatus, ut credat eidem super eodem negotio Beneventi.

Similes ad Johannem de Marzano, ut credat eidem super eodem.

Similes ad magistrum Sad. de Benevento ut credat eidem, non expresso in licteris negotio Beneventi.

Digitized by Google

Pisis, 25 decembris.

Mandatum ad justitiarium Capitanatae de dandis palafredo et vestimentis nepoti regis Tunisi.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 46 recto; in edit. Carcan., p. 307.)

De imperiali mandato scripsit G. de Tocco:

Fredericus, etc., R. de Montefusculo justitiario Capitinate, etc. Cum nepoti illustris regis Tunisi velimus de necessariis subveniri, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eidem nepoti regis des palafredum unum qui valeat usque in sex uncias auri, mataraczium unum de zendato, cultram unam de zendato, robbam unam de scarlato pro sua persona investitam de vario, et pro indumentis trium scuteriorum ejus uncias auri sex ad pondus curie nostre, recepturus de hiis que sibi dederis apodixam.

Datum Pisis, XXV decembris, XIII indictionis.

Pisis, 25 decembris.

Mandatum ad universos justitiarios et officiales ut omnes Sarracenos qui in eorum jurisdictionibus fuerint, Luceriam ire compellant.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 46 verso; in edit. Carcan., p. 307.)

De imperiali mandato scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., universis justiciariis, magistris camerariis, camerariis, bajulis et universis officialibus citra Farum constitutis fidelibus suis, etc. Quia beneplaciti nostri est ut omnes Sarraceni quos dudum venire mandavimus de Sicilie partibus, in Luceriam reducantur, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem R. de Montefusculo justi-

tiarii Principatus fidelis uostri, omnes Sarracenos generaliter qui fuerint in terris vestris jurisdictionibus subjectis ire Luceriam compellatis moraturos ibidem, nec patiamini quod aliquis Sarracenus amodo iu terris jurisdictionum vestrarum moretur quin Luceriam vadat juxta mandatum excellentie uostre, sicut caram habetis gratiam nostram.

Datum Pisis, XXV decembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Riccardum de Montefusculo de reparandis domibus principis, de aptandis placteriis et biveriis, de bonis captivorum capiendis. Apud Pisas, 25 decembris.

(*Regest. imper. Frider. II*, fol. 46 verso; in edit. Carcan., p. 307.)

De imperiali mandato scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., R. de Montefusculo, etc. Quia domos uostras de justitiariatu tuo decenter volumus reparari, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad ipsas reparandas te ostendas per effectum operis efficacem, apparatum faciens iu eisdem de gallinis, columbis, anseribus, anatribus, lignis siccis, et aliis oportunis; facias etiam abtari placteria et biveria nostra (*a*), et plantari uemora, sicut tibi dedimus verbotenus in mandatis. Volumus etiam et mandamus fidelitati tue ut omnia bona captivorum Capitinate quos inquisitiones facte culpabiles ostenderunt, ad opus uostre curie capi facias, et cum diligentia debita procurari, taliter in omnibus nostris servitiis processurus, etc.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Mandatum ad Riccardum de Montefusculo de mille bobus dandis ad partem Saracenis Luceriae et de canone et gesia a quolibet Saraceno recipiendis. Apud Pisas, 25 decembris.

(*a*) Verisimiliter legendum *flacteria et riveria nostra*. Cf. CANGIUM, ad verbum *Flactra*.

Digitized by Google

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 46 verso; in edit. Carcan., p. 307.)

De imperiali mandato scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., R. de Montefusculo, etc. Ecce scribimus M. de Plancatone secreto, fideli nostro, ut mille boves de armentis nostris inter domitos et indomitos tibi debeat assignare. Qui si forte numerum ipsum complere tibi non posset, fidelitati tue precipimus ut quot eidem de numero ipso defecerint, tot emas de pecunia curie nostre, ita quod numerum millenum completum habeas, et omnes ipsos mille boves des ad laborem pro parte curie nostre Sarracenis Lucerie ut ipsos teneant ad partem, sicut tenere consueverunt tempore regis G. secundi recolende memorie consobrini nostri ad commodum curie nostre; nomina omnium Sarracenorum quibus boves ipsos dederis sic, faciens in scriptis redigi ad cautelam curie nostre, quid etiam inde dare nostre curie teneantur. Volumus etiam et mandamus ut tam ab archadio quam a quolibet Sarraceno Lucerie recipias pro parte curie nostre canonem et gesiam, faciens in scripturam redigi ad cautelam debitam curie nostre quid et quantum dederint, et quid a quolibet debeatur, ita ut studium tuum possit et debeat ex effectu operis commendari, et quid ab eis acceperis ad cameram nostram mictas. Scriptum etiam de predictis omnibus studiose factum ad curiam nostram studeas destinare.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Item :

Fredericus, etc., Majori de Plancatone, etc. Quia pro servitiis nostris que R. de Montefusculo, etc., licteris nostris duximus injungendum, placet nobis ut mille boves inter domitos et indomitos ei de armentis nostris dare debeas, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ipsos mille boves inter domitos et indomitos de armentis nostris accipi facias, et eidem justitiario vel ejus nuntiis ad requisitionem ipsius studeas assignare, recepturus de hys quos dederis apodixam; ut idem justitiarius quod inde sibi mandavimus celeriter exequatur et diligentiam tuam proinde commendemus.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Mandatum ad Renaldinum de Panormo ut cum leopardis et leoparderiis usque ad Sanctum Flabianum veniat, adventum suum significaturus, et de expensis suis justitiarium Capitanatae requirat. Apud Pisas, 25 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 47 recto; in edit. Carcan., p. 308.)

De imperiali mandato facto per magistrum Roggerium de Petrasturmina scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Renaldino de Panormo vallecto, etc. Mandamus precipiendo fidelitati tue quatenus statim visis hys licteris eligas tres de leopardis tue cure commissis meliores et melius affaytatos et tres alios non affaytatos meliores qui tamen sciant equitare, et habiliores sint ad affaytandum, et ducas tecum leoparderios necessarios pro leopardis ipsis ac venias usque Sanctum Flabianum, deinde venturus ad nos si venire cum eis poteris salubriter et secure, alioquin adventum tuum nobis significes ut qualiter debeas ad nos venire, mandemus. De ronciuis autem et expensis necessariis pro te, leoparderiis et leopardis requiras justitiarium Capitinate, cui hoc dedimus in mandatis.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Fredericus, etc., R. de Montefusculo, justitiario Capitinate, etc. Quia volumus ut Raynaldinus de Panormo vallectus fidelis noster cum sex leopardis et leoparderiis ad presentiam nostram festinanter accedat, mandamus quatenus eidem roncinos et expensas necessarias pro leopardis et leoparderiis ipsis quos duxerit, de pecunia curie nostre que est per manus tuas debeas exhibere, et dicto R. pro se, duobus scuteriis et tribus equis suis expensas.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Apud Pisas, 25 decembris.

Mandatum ad Riccardum de Montenigro et ad Henricum Abbatem de expensis dandis nuntio Cuminiani et Theodoro valletto procuratori ejus, necnon de expensis pro canibus et scuteriis marescallae.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 47 recto; in edit. Carcan., p. 308.)

De mandato domini Raonis et magistri Alberti scripsit Laurentius :

Fredericus, etc., Riccardo de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Quia nuntium Cumiani in Apulia de curia nostra permictimus usque ad reditum nostrum Fogie moraturum, fidelitati tue mandamus quatenus eidem pro se et hys qui secum sunt, octo equos de hys qui sunt in contrata jurisdictionis tue, facias usque Fogiam mutuari, ut in eis usque ad dictum locum comode valeat equitare.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Item :

Fredericus, etc., Alexandro filio Henrici, etc. Quia nuntium, etc., *usque* moraturum, et cum eo Theodorum vallectum, etc., procuratorem a nostra curia sibi datum, mandamus quatenus eidem nuntio pro se et decem personis, sicut melius expedire videris, ac dicto Theodoro pro se, duobus scuteriis, et tribus equis, juxta assisam curie nostre, de pecunia nostre curie que est per manus tuas, expensas debeas exhibere, a medietate mensis januarii primo venturi in antea donec morabuntur ibidem.

Datum [*ut supra*].

Item :

Fredericus, etc., Alexandro filio Henrici, etc. Quia Conradum Firmonachum et Johannem de Troya marescalle nostre scuterios cum septem canibus in regnum venire mandavimus, fidelitati tue mandamus quatenus eis a medietate mensis januarii proximo futuri in antea donec

ibidem cum canibus ipsis fuerint, de pecunia curie nostre que est per manus tuas expensas moderatas et necessarias sicut potius expedire videris, debeas exhibere pro se et canibus antedictis.

Datum [*ut supra*].

Mandatum ad justitiarium Siciliae ultra flumen Salsum de castro Cephaludi Hugoni Anglico civi Panormi assignando. Apud Pisas, 25 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 47 recto; in edit. Carcan., p. 308.)

De mandato imperiali facto per Marinum de Panormo scripsit P. de Capua :

Fridericus, etc., Roggerio de Amicis justitiario Sicilie, etc. Notum facimus fidelitati tue quod nos confidentes de prudentia et fidelitate Hugonis Anglici habitatoris Panormi, fidelis nostri, custodiam castri nostri Cephaludi ipsi duximus commictendam. Quocirca fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus castrum ipsum cum omnibus rebus que in eo sunt sibi facias assignari custodiendum ad honorem et fidelitatem nostram, faciens de rebus in eo inventis fieri tria scripta similia : unum penes te retinendum, aliud eidem castellano tribuendum, tertium ad nostram curiam destinandum.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Mandatum ad secretum Panormi super servitiis camerae imperatricis. Apud Pisas, 25 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 47 recto; in edit. Carcan., p. 308.)

De imperiali mandato scripsit P. de Capua :

Fredericus, etc., Obberto Fallamonacho secreto, etc. Fidelitati tue pre-

Digitized by Google

cipiendo mandamus quatenus quidquid Johannes de Amato statutus super servitiis camere illustris consortis nostre super officio et ordinatione ejusdem camere per suas licteras tibi mictet, exequi et complere procures ut, etc.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Apud Pisas, 25 decembris.

Mandata varia de quinta parte tantum recipienda pro extractione victualium, de victualibus curiae dividendis, de scadentiis Augustae ab uno viro fideli procurandis, de terragio curiae ab hominibus Heracleae recipiendo, de plagia ibidem facienda, de navi una curiae assignanda pro victualibus curiae in Barbariam vel Hispaniam deferendis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 47 verso; in edit. Carcan., p. 309, 310.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Angelo Frisaro, etc. Benigne recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit et que continebant intelleximus diligenter, laudantes studium tuum de eo quod ad mandatum nostrum pecuniam assignasti H. Abbati fideli nostro ad nostram curiam deferendam, et placet nobis ut pecuniam undecumque potes studeas invenire nostris sumptibus oportunam. Super capitulis vero tuis licteris interclusis, singillatim tibi ad omnia respondemus. Primo de tertiaria extractionis victualium receptorum dudum a fidelibus nostris de regno, placet nobis ut sicut per alias licteras nostras tibi et aliis officialibus nostris statutis super portubus nostris mandavimus observandum, quintam partem tantum recipias. In hoc enim utilitati fidelium nostrorum benigne providimus, quorum commoda nostris accrescere commoditatibus reputamus. De victualibus curie nostre tam de portubus quam de granariis, placet nobis ut quia secretus fidelis noster fecit muniri castra nostra ipsarum partium, ipse victualia

Digitized by Google

ipsa recipiat, et quantum necessarinm fuerit castris ipsis detineat; de residuo vero faciat qnod ntilitati carie nostre melius videbitur expedire. De grauariis, campis, molendinis, terragiis et scadentiis Anguste qne ut scripsisti quidam inter se dividunt, et curia nostra nihil percipit, que si forent uni procuranda commissa, ad commodum nostre carie redundaret, placet excellentie nostre ut per dictum secretum aliquis discretus et fidelis hys omuibus proponatur, per quem in ipsis curie nostre ntilitas procuretur. De aliis victualibns carie nostre que sunt per manus tuas, et ut scripsisti si mictentur in Barbariàm vel Yspauiam carius venderentur, placet nobis nt ubicumque melius vendi possunt, ipsa victualia vendenda transmictas. De homiuibus Heraclee que volunt solvere ut scripsisti terragium curie nostre pro terris quas tenent, de qnibns caria nostra percipiet usqne in sex mille fere salmas, placet nobis ut ipsum terraginm ad opus curie nostre idem secretus cum consilio tuo recipi faciat et cnm debita diligentia procurari. De plagia vero qusm iidem homiues Heraclee petunt fieri, nt barce possint ingradari et fieri poterit cnm expensis solummodo mille tarenorum, et inde carie nostre commodum grande perveniet, placet nobis ut idem secretus de consilio tuo plagiam ipsam fieri statuat si videatur expedire curie nostre. Ipsi enim secreto super omnibus supradictis per licteras nostras speciales mictimus nostre beneplacitnm majestatis.

Datum apud Pisas, XXV decembris, XIII indictionis.

Item :

Fredericus, etc., secreto [Messane], etc. Significavit nobis per licteras snas Angelus Frisarus, fidelis noster, quod victualia curie nostre tam de portubus quam de granariis nostris que dudum M. Marchafaba secretus accepit, ad manus snas nou pervenіnnt, pront secundum formam commissionis sne noscuntur ad suum officium pertiuere. Vernm quia tu castra nostra in partibus ipsis muniri facis, placet excellentie nostre quod victualia ipsa de portubus et granariis nostris percipias et quantum expedire videris pro munitione castrorum retineas; de residuo facias quod ad commodum curie nostre melius videbitur expedire. Significavit etiam nobis quod de granario, campis, molendinis, et scadentiis Auguste,

Digitized by Google

que quidam inter se dividunt, curia nostra nichil percipit, et si forent uni procuranda commissa, curie nostre commodum curaretur. Super quo mandamus fidelitati tue ut fidelem hominem et idoneum statuas, qui ipsa ad utilitatem curie nostre procuret, sicut ipsum statui ad commodum nostrum cognoveris expedire, nomen ipsius quem ordinaveris nostre curie transmissurus. Item significavit quod homines Eraclee fideles nostri volunt solvere terragium curie nostre pro terris quas tenent, unde curia nostra percipiet usque in sex mille salmas, de quo placet nobis ut si ita inveneris esse verum, consilio habito cum ipso A. terragium ipsum percipi facias et fideliter procurari. Item exposuit nobis per easdem licteras suas quod iidem homines Eraclee petunt plagiam fieri per curiam nostram, ubi barce ingradari possint, que plagia fieri potest, ut ipse scripsit, fere pro mille tarenis, et grande commodum curie nostre accrescet. Super quo mandamus tibi ut communicato consilio cum prefato A. si ita inveneris quod in plagia ipsa pro tanta quantitate sumptuum facienda, utilitas curie nostre versetur, ipsam fieri facias in ea quantitate sumptuum sicut melius videbitur expedire, ut studium tuum, etc.

Datum [*ut supra*].

Item scripsit R. de Salerno :

Fredericus, etc., Nicolino Spinule ammirato, etc. Significavit excellentie nostre Angelus Fresarius magister portulanus Sicilie citra flumen Salsum, quod cum commiserimus ei quod victualia curie nostre que sunt per manus suas, ad illas partes extra regnum mictere debeat in quibus vendi valeant precio cariori ad utilitatem curie nostre, si de navibus curie nostre pro mictendis victualibus ipsis ad vendendum, unam sibi facere mandamus assignari, cum ea magnum commodum nostre curie procuraret. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, habito super hoc colloquio et consilio cum eodem Angelo, si videritis simul quod idem A. de victualibus ipsis majus commodum curie nostre cum navi nostra valeat procurare, tu unam de navibus curie nostre cum apparatu suo, pro exequendo servicio ipso cum ea, vel navim aliam quamcumque poteris ad commodum nostre curie sibi facias assignari, et quicquid inde duxeris faciendum nobis tuis licteris significare procures.

Datum [*ut supra*].

Digitized by Google

Mandata ad Carnelevarium de Papia et ad Alexandrum filium Henrici de duobus falconibus a Sancto Flaviano usque ad praesentiam principis si fieri possit deferendis, et de expensis pro falconibus et portitoribus ipsis exhibendis. Apud Pisas, 26 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 48 recto; in edit. Carcan., p. 310.)

De imperiali mandato scripsit Roggerius de Petrasturmina :

Fredericus, etc., Carnelevario de Papia, etc. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus duos falcones sacros, videlicet illum qui dicitur Saxo et alium meliorem quem habes, per duos bonos portitores ad presentiam nostram per terram transmictas, injungens portitoribus ut a Sancto Flaviano in antea usque ad presentiam nostram, si secure venire poterunt, veniant; alioquin significent nobis adventum suum ut sicut ei mandabimus exequantur. Et ecce quod Alexandro filio Henrici mandamus ut ad requisitionem tuam pro falconibus ipsis, portitoribus et equitaturis eorum usque ad presentiam nostram expensas debeat exhibere.

Datum apud Pisas, XXVI decembris, XIII indictionis.

Item scripsit Roggerius de Salerno dicto Alexandro ut ad requisitionem et ordinationem dicti Carnelevarii pro falconibus, portitoribus et equitaturis eorum expensas debeat exhibere de pecunia curie que est per manus suas.

Mandatum ad justitiarium Capitanatae pro moderata comestione captivis Lombardis tribuenda de pecunia curiae quam per manus habet. Apud Pisas, 26 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 48 recto; in edit. Carcan., p. 310.

Scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., R. de Montefusculo justitiario Capitinate, etc. Mandamus fidelitati tue quatenus omnibus captivis Lombardis qnos in regnum nostrnm Sicilie mictimus cum galeis, quousque assignati fuerint baronibus et militibus fidelibns nostris, quorum cnstodie deputantur, de pecunia curie nostre que de justitiariatu tuo est per manns tuas, moderatam comestionem tribnas, de hys que dederis cautelam debitam recepturus.

Datum apud Pisas, XXVI decembris, XIII indictionis.

Apud Pisas, 26 decembris.

Mandatum ad Riccardum Pulcarum de barkecta Isclae Henrico Abbati assignanda ut in Siciliam pro servitiis curiae transeat.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 48 recto; in edit. Carcan., p. 310.)

De imperiali mandato facto per magistrum R. de Trajecto scripsit G. de Tocco :

« Fredericus, etc., R. de Pnlcaro, etc. Qnia H. Abbatem fidelem nostrum » in Siciliam pro nostris servitiis destinamns, fidelitati tue precipiendo » mandamus quatenus cum ad te pervenerit, si expedierit servitiis nostris » eum ire per mare, facias eidem H. armari barkectam Iscle in qua in » Siciliam transeat pro servitiis nostris commodius et celerius faciendis.

» Datum apud Pisas, XXVI decembris, XIII indictionis. »

Cassate sunt quia non fuerunt assignate, sed restitute in camera salvo sigillo apnd Fogiam, VIII aprilis, XIII indictionis.

Pisis, 27 decembris.

Henricus Abbas de Trapano et judex Major de Juvenatio remittuntur cum galeis in regnum pro deferenda pecunia ad curiam sicut deferre consueverunt, quam recipere debent ab officialibus.

Digitized by Google

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 48 verso; in edit. Carcan., p. 310.)

Scripsit G. de Cusentia de mandato imperiali facto per magistrum R. de Trajecto literas patentes pro judice Majore predicto in hac forma :

Fredericus, etc., justitiariis, magistris camerariis, camerariis, portulanis, magistris sicle Brundusii et universis officialibus per justitiariatus Aprutii, Capitinate, terre Bari, terre Idronti, et Basilicate constitutis, etc. Quia judicem Majorem de Juvenatio fidelem nostrum in regnum duximus specialiter destinandum ut ab universis et singulis vestrum pecuniam nostre curie quam habetis vel habere poteritis undecumque requirat, recipiat, et citissime ad curiam nostram portet, cum sit nobis non modicum oportuna, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus omnem pecuniam curie nostre quam habetis vel habere poteritis undecumque, ad requisitionem ipsius, statim visis licteris, assignetis eidem. Nos enim sibi mandavimus ut statim ad nos ipse redire studeat cum pecunia memorata. Vos autem recipiatis ab eo de hys que sibi assignaveritis apodixam et eadem nobis per vestras licteras intimetis.

Datum Pisis, XXVII decembris, XIII indictionis.

Similes scripsit pro Henrico Abbate ad justitiarios, secretos, magistros camerarios, portulanos et universos officiales per totam Siciliam, Calabriam, terram Jordanem, vallem Gratis, Principatum et Terram Laboris statutos.

Mandatum ad notarium Simonem de Petramajore ut pecuniam curiae deferat, apud Sanctum Flavianum mandatum principis expectaturus. Pisis, 27 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 48 verso; in edit. Carcan., p. 311.)

Item scripsit [*G. de Cusentia*] :

Fredericus, etc., notario Symoni de Petramajore, etc. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus quantamcumque pecuniam habes de

curia nostra tecum deferas, et ad presentiam nostram te conferas cum eadem per terram, ita tamen quod cum fueris apud Sanctum Flavianum, significes nobis adventum tuum illuc, et in veniendo ulterius non procedas, donec quid facturus sis mandatum nostrum receperis speciale.

Datum Pisis, XXVII decembris, XIII indictionis.

Pisis, 27 decembris.

Mandatum ad secretum Messanae ut fieri faciat duas sellas pro rege Conrado de armatura ejusdem et scutum unum pro vallecto.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 48 verso; in edit. Carcan., p. 311.)

De mandato facto per Johannem Maurum scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., Majori de Plancatone secreto, etc. Mandamus fidelitati tue quatenus receptis licteris facias fieri apud Messanam sellam unam pulcram et competentem ad palafredum, et aliam sellam ad destrerium pro illustre rege C., etc., karissimo filio nostro de armatura ejusdem regis, et scutum unum de eisdem armis quod videatur ydoneum vallecto qui sit sedecim annorum, et ea omnia studiose peracta ad curiam nostram studeas celeriter destinare.

Datum Pisis, XXVII decembris, XIII indictionis.

Pisis, 27 decembris.

Mandatum ad quosdam quondam magistros portuum in Apulia ut pecuniam curiae quam habent tam ex eorum officio quam aliunde judici Majori omni mora et occasione remotis assignare non omittant.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 48 verso; in edit. Carcan., p. 311.)

Mandante domino imperatore per magistrum Riccardum de Trajecto scripsit notarius R. de Salerno :

Digitized by Google

Fredericus, etc., Johanni de Romaldicio et Johanni judicis Sparodi quondam magistris portuum in Apulia, etc. Non sine ammiratione intelleximus quod vos ad generale mandatum nostrum quod omnibus officialibus nostris dudum fecimus per patentes licteras nostras, pecuniam curie nostre que remansit penes vos de officio introitus portuum quod exercuistis, judici Majori fideli nostro assignare minime voluistis; immo ipsam contra mandatum nostrum tenere temere presumpsistis in vestrum commodum et nostre curie lesionem. Quo circa fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus si est ita, receptis hys licteris, omnem pecuniam quam habetis curie nostre, que pervenit vobis tam ex officio supradicto quam undecumque aliunde, latori presentium judici Majori cum omni integritate assignare curetis, omni mora et occasione remotis, sicut gratiam nostram diligitis et indignationem cupitis evitare, ut per eum ad nostram cameram deferatur. Vos autem recipiatis ab eo de hys que sibi dederitis apodixam, et significetis nobis per licteras vestras quantitatem pecunie quam sibi duxeritis assignandam.

Datum Pisis, XXVII decembris, XIII indictionis.

Litterae responsales ad Andream de Cicala, laudantes eum quod ad requisitionem Henrici regis Turrium et Gallurae milites et pecuniam etiam sine mandato mittere procuraverit. Apud Pisas, 27 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 49 recto; in edit. Carcan., p. 311.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Sugio scripsit Jacobus de Bantra licteras responsales :

Fredericus, etc., Andree de Cicala, etc. Benigne satis recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit et earum tenorem intelleximus diligenter. Studium autem et sollicitudinem tuam quam in ordinanda custodia et munitione castrorum nostrorum te habere significasti, plurimum commendamus. Super eo vero quod ad requisitionem et mandatum

dilecti filii uostri Henrici illustris regis Turrium et Gallure, sine speciali mandato nostro pro servitiis uostris contulisti te personaliter Contraguerram et milites, balistarios et Sarracenos jnxta ordiuationem ipsius cum illa pecunia quam habere potuisti ad servitinm nostrum mictere procnrasti, tanto te inde favorabiliter commendamus qnanto etiam uon recepto mandato nostro, te in omnibus servitiis uostris sollicitum exhibes et paratnm. Tu ergo more solito circa servitia nostra promptus et devotus existas ut de bono iu melins proinde te merito commendemus.

Datum apud Pisas, XXVII decembris, XIII indictionis.

Apud Pisas, 27 decembris.

Mandatum ad Riccardum de Pulcaro et ad justitiarium Terrae Laboris de galeis pisanis apud Neapolim frumento curiae onerandis quo muniantur castra quae tenet imperator in territorio Pontis Tremuli et in Lunesana, et de mittendis ducentis servientibus ad custodiam ipsorum castrorum per tres menses solidandis.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 49 recto; in edit. Carcan., p. 311.)

De imperiali mandato scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., R. de Pnlcaro, etc. Fidelitati tue precipiendo maudamus quatenus venientibus Neapolim galeis nostris et galeis Pisauis quas simul cum Lombardis prisonibns destinamus, loquaris cum H. Abbate fidele nostro et statuas cum Pisanis magistris galearum ipsarum ad melius (*a*) forum quod poteris ad ntilitatem cnrie nostre, et omnes ipsas galeas Pisanas studeas onerare frumento nostro quod habes de frumento curie; quod si non suffecerit, emas de pecunia curie nostre que est per manus tuas, ita quod omnes ipse galee onerentur frumento nostro, et statuas aliquem discretum et fidelem virum, qui veniat cum galeis ipsis et frumento usque Sarzannm in terram Lunesanam, de quo frumento

(*a*) In codice Phillipps. *malum*, minus recte.

Digitized by Google

nostro idem prepositus per te muniat castra nostra que tenemus in territorio Pontistremuli et terra Lunesane in manibus nostris pro sex mensibus; residuum vero vendat ibidem prout melius poterit ad utilitatem curie nostre, et de pecunia quam de ipso frumento percipiet solidabit CC servientes pro duobus mensibus, ad rationem de quatuor tarenis auri per mensem cuilibet eorumdem, et quos de Terra Laboris fideles et idoneos per nostras licteras evocamus, quas super hoc ad R. de Montenigro justitiarium Terre Laboris fidelem nostrum transmictimus; qui servientes venient cum eisdem galeis Pisanis, que cum nostro frumento redibunt. Tu vero super hys bene complendis studium habeas et diligentem laborem ut de mandato nostro per te bene completo tuam diligentiam commendemus. Significabis autem illi quem mictes super frumento quod servientes CC Terre Laboris solidabit pro II mensibus, quos per R. de Montenigro justitiarium Terre Laboris ipsos pro uno mense solidari mandamus. Injungas etiam ei et statuas quod de vidanda servientibus ipsis provideat quousque ad locum pervenerint supradictum, ubi castra nostra sunt sita eorum custodie deputanda.

Datum apud Pisas, XXVII decembris, XIII indictionis.

Item :

Fredericus, etc., R. de Montenigro justitiario Terre Laboris, etc. Cum velimus habere de justitiariatu tuo CC servientes decenter armatos pro custodia castrorum nostrorum, que habemus in partibus Pontistremuli et terra Lunesana, qui fideles sint, de fidelium nostrorum genere orti, et consanguineos habeant fratres seu filios in regione ipsa Terre Laboris, fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus receptis licteris sine mora ipsos CC servientes de justitiariatu tuo studeas invenire, solidans eos pro mense uno ad rationem de tarenis quatuor auri per mensem, et ipsos omnes sine mora mictas cum galeis Pisanis quas Riccardus de Pulcaro fidelis noster mictet oneratas frumento nostro, juxta mandatum nostrum, quos eodem modo faciemus in antea solidari, qui per castra nostra predicta distribuentur per U. Pellavicinum (*a*) ordinatum nostrum capitaneum in Lunesana ad custodiam

(*a*) In impresso *V. Pelavicum,* minus recte.

Digitized by Google

eorumdem, cui ipsos facies presentari. Tu vero super servientibus ipsis bonis et idoneis inveniendis, solidandis, et mictendis cum galeis predictis, talem sollicitudinem habeas ut mandato nostro plene completo tuam diligentiam commendemus. Significabis autem R. de Pulcaro mensem quo solidabis servientes ipsos, qui debet mictere nuntium specialem cum frumento nostro in predictis galeis, qui eosdem servientes debebit pro duobus aliis mensibus solidare, ut in numero mensium et solidis ipsis dandis nostra curia non fraudetur.

Datum [*ut supra*].

Apud Pisas, 27 decembris.

Litterae responsales ad justitiarium Terrae Laboris, eum commendantes de processu quem contra homines comitatus Molisii et Fundani dudum suspectos habuerit.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 49 verso; in edit. Carcan., p. 312.)

De mandato imperiali facto per magistrum R. de Sugio scripsit Jacobus de Bantra licteras responsales :

Fredericus, etc., R. de Montenigro justiciario Terre Laboris, etc. Grate satis et benigne recepimus licteras quas tua nobis devotio destinavit, et tenorem diligenter intelleximus earumdem. Super processu autem habito contra homines comitatus Molisii et Fundani, sicut tue lictere continebant, qui ex preteritis excessibus dudum contra nos per eos temere perpetratis curie nostre reddiderint se suspectos, studium et sollicitudinem tuam favorabiliter commendamus, et quia contra alios, qui in pari sunt crimine constituti, pro eo quod nobiscum morantur ad presens simili modo procedere non temptasti, celsitudini nostre placet. Volumus tamen ut quid de illis tibi mandavimus efficaciter exequaris.

Datum apud Pisas, XXVII decembris, XIII indictionis.

Mandatum ad justitiarium terrae Idronti ut totam pecuniam de residuo collectae praeteritae judici Majori de Juvenatio assignare debeat, in recolligendo si quod restat sollicite provisurus. Apud Pisas, 27 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 49 verso; in edit. Carcan., p. 312.)

Item scripsit Jacobus de Bantra de imperiali mandato :

Fredericus, etc., Audree de Aquaviva justitiario terre Idrouti, etc. Beuigne recepimus licteras quas tua uobis devotio destiuavit, et earum intellecto tenore, studium et sollicitudiuem tuam quam iu recolligendo residuo collecte preterite habere te novimus per effectum, favorabiliter commendamus. Fidelitati tue mandamus quatenus totam pecuuiam quam habes de residuo ipsius collecte, et quamcumque aliam habere poteris, judici Majori de Juvenacio secuudum tenorem licterarum nostrarum debeas assignare; nichilominus in recolligendo alio residuo si quod restat adhuc et assignando eidem sollicitudinem et studium adhibeas, ut devotionem tuam, etc.

Datum apud Pisas, XXVII decembris, XIII iudictionis.

Mandatum ad secretum Messanae de expensis Stephano Mustattio exhibendis tam pro falconibus quam pro custodibus eorum. Apud Pisas, 28 decembris.

(*Regest. imper. Freder. II*, fol. 49 verso; in edit. Carcan., p. 313.)

De imperiali mandato facto per comitem Thomasium de Acerris scripsit G. de Cusentia :

Fredericus, etc., Majori de Plaucatone secreto Messane, etc. Cum Stephanum Mustattium falconerium et fidelem nostrum iu partes Sicilie destiuemus qui recolligere debet falcones nostros, sicut hactenus consuevit,

Digitized by Google

fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eidem Stephano Mustattio expensas sicut recipiebat olim a Mattheo Marchafaba quondam secreto, facias exhiberi. Postquam autem falcones nostros habuerit, expensas juxta assisam curie tam pro falconibus quam pro custodibus eorum sibi facias exhiberi.

Datum apud Pisas, XXVIII decembris, XIII indictionis.

Apud Pisas, 28 decembris.

Mandatum ad justitiarium terrae Idronti ut omnia bona judicis Andreae de Pomarico, pro eo quod se in Lombardia male gessit nunc detenti, capi faciat ad opus curiae et fideliter procurari.

(*Regest. imper. Freder. II,* fol. 49 verso; In edit. Carcan., p. 313.)

De imperiali mandato facto per magistrum T. de Suessa scripsit G. de Tocco :

Fredericus, etc., A. de Aquaviva justitiario terre Idronti, etc. Quia judex A. de Pomarico in servitiis nostris statutus in Lombardia, male se gessit, et plura fecit in quibus nostram majestatem offendit, ipsum capi mandavimus et fecimus custodiri penam debitam recepturum; fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus omnia bona ejusdem judicis A. ad opus curie nostre capias, et statuas fideliter procurari. Significaturus nobis quid et quantum in bonis ejusdem inveneris et ceperis ad opus nostrum, studium etiam habiturus quod aliqua ex bonis ejus in prejudicium curie nostre non valeant occultari.

Datum apud Pisas, XXVIII decembris, XIII indictionis.

Item, similes per omnia Thomasio filio Osmundi justitiario Basilicate.

MAG 2020334

EN VENTE

A LA LIBRAIRIE ALLEMANDE, FRANÇAISE ET ÉTRANGÈRE DE A. FRANCK.

PARIS, RUE RICHELIEU, 67.

Prix de chaque volume : 10 francs.

A LA MÊME LIBRAIRIE

GRANDE CHRONIQUE DE MATTHIEU PARIS, traduite en français et annotée par A. HUILLARD-BRÉHOLLES, et précédée d'une introduction par M. le duc de LUYNES, membre de l'Institut. Paris, 1840-1841. 9 volumes in-8°. Prix. . . . . 30 fr.

RECHERCHES SUR LES MONUMENTS ET L'HISTOIRE DES NORMANDS ET DE LA MAISON DE SOUABE DANS L'ITALIE MÉRIDIONALE, publiées par les soins de M. le duc de LUYNES, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres; texte par A. HUILLARD-BRÉHOLLES, traducteur de *Matthieu Paris ;* dessins par VICTOR BALTARD, architecte. Paris, 1844; imprimerie Panckoucke. 1 vol. grand in-folio avec 35 planches. Prix, cartonné. . . . . 90 fr.

Chez HENRI PLON, 8, rue Garancière,

et chez H. BOSSANGE ET FILS, 25, quai Voltaire

CHRONICON PLACENTINUM ET CHRONICON DE REBUS IN ITALIA GESTIS, historiae stirpis imperatoriae Suevorum illustrandae aptissima, ad fidem Parisiensis et Londinensis codicum nunc primum recensuit, edidit et praefatione instruxit J. L. A. HUILLARD-BRÉHOLLES. Auspiciis et sumptibus H. DE ALBERTIS DE LUYNES, unius ex Academiae Inscriptionum sociis. Parisiis, 1856; excudebat Henricus Plon. 1 vol. in-4°. Prix : 15 fr.

PARIS TYPOGRAPHIE DE HENRI PLON, IMPRIMEUR DE L'EMPEREUR, RUE GARANCIÈRE, 8

Digitized by Google